

P4  
V. 60

## AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois présidentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachot divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 23 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées: aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait ni prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque universelle du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un assez sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre.

Cependant, parmi les calamités auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme, reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, savoir, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Éditeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Écriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à laquelle tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine.

Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est, sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les correcteurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient toujours une révision et souvent il en vient deux ou trois, puis l'on cliché. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'invariable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition.

De plus, les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent, le plus souvent, que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver, en dix-huit mois d'études, une seule faute dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'université de Wurzburg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre une seule faute, soit dans le latin, soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesmes, et M. Donnelly, directeur des *Annales de Philologie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction.

Dans le Clergé se trouvent très-certainement de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques. Eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque véritable faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, mais surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Éditeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est recorrige mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi-million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivaux, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRÈS COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaîtrons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hebreu a été revu par M. le chevalier Drach le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

*SÆCULUM V, ANNUS 407.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICOS, VATICANOS, ANGLICOS GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONIANAM  
EDITIONES CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PRÆFATIONIBUS, MONITIS,  
NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS, ONOMASTICO ET COPIO-  
SISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA

OPERA ET STUDIO D. BERN. DE MONFAUCON, MONACHI BENEDICTINI E CONGR. S. MAURI.

EDITIO NOVISSIMA, IIS OMNIBUS ILLUSTRATA QUÆ RECENTIUS TUM ROMÆ, TUM OXONII,  
TUM ALIBI, A DIVERSIS IN LUCEM PRIMUM EDITA SUNT,  
VEL JAM EDITA, AD MANUSCRIPTORUM DILIGENTIOREM CRISIM REVOCATA SUNT,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

**BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,**

SIVE

CURSuum COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORRE.

---

TOMUS NONUS.

---

VENIUNT 18 VOLUMINA 160 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMEOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE. NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIA.

1862

## ELENCHUS

### OPERUM QUÆ IN HOC TOMO LX CONTINENTUR.

---

Homiliæ LV in Acta apostolorum.	col.	13
Homiliæ XXXII in Epistolam ad Romanos.		583
Spuria.		681

#### MONITUM.

Forsitan miraberis, Lector benevole, quod, dum in omnibus tum præcedentibus tum subsequenter S. Joannem Chrysostomum SS. Patribus versio Latina ad textum Græcum *columna ad columnam* accedit, in hacce nostra ejusdem S. Doctoris editione, *pagina* Latina juxta Græcam *paginam* tantum ponatur. Hæc causa fuit et quidem unica, quod priusquam nobis in animo fuisset integram SS. Patrum Ecclesiæ Græcæ Traditionem contexere, jam quindecim abhinc annis seorsim edideramus Latine tantum S. J. Chrysostomi opera, litterisque mandaveramus immobilibus. Res cum ita se haberent, et nec in manu esset litteras immobiles movere, neque in animo hujusce editionis mere Latinæ novem delere volumina quæ jam integre typis immobilibus mandata erant et pluris quam sexaginta millibus constiterant francis, hunc feliciter invenimus modum, non tamen sine opera et impensa, hæc aptandi huic editioni novæ, quæ sic lingua tum Græca tum Latina ditata evadit.

---

256363

УНАСЛУ ОРОУВАТЪ

---

Ex typis MIGNÉ, au Petit-Montrouge.

# Præfatio

## AD HOMILIAS IN ACTA APOSTOLORUM.

In nullum incidimus S. Joannis Chrysostomi opus, a consueto et eleganti tanti artificis stylo ita alienum, ut sunt Homiliæ in Acta. Hactenus orationis poliendæ et ornandæ auctorem locupletissimum vidimus; hic oratorem conspicimus plerumque humilem, jejunum, intricatum; sicubi autem pristinum eloquentiæ gradum resumat, subinde recidit in abjectum et strigosum dicendi modum. Hinc suborta dissensio fuit inter criticos, aliis homilias hasce Chrysostomo vel abjudicantibus vel ut suspectas habentibus; aliis illas ut omnino elegantes defendentibus; aliis, quibus nos adstipulamur, plerumque incultas illas, sed *genuinas* et vere Chrysostomi esse pugnantibus. Ut autem ordine quoquam procedatur, primo variorum sententiæ referentur, hinc veterum testimonia, deinde quid causæ fuerit indagabitur cur Chrysostomus hiulca hujusmodi et inculta invexerit. Ibidemque asseretur *genuinitas* operis tam ex veterum testimoniis, quam ex iis, quæ ipse Chrysostomus cum solita eloquentia passim interserit, maxime cum de moribus informandis agitur. Demum de anno disseretur quo hæc homiliæ dictæ fuerit, adjunctis quibusdam ad rem eandem pertinentibus.

### *Recentiorum scriptorum opinio circa hasce in Acta Homilias.*

Nemo certe tractandis Chrysostomi scriptis assuetus non fateatur, hic Chrysostomum multa effundere sine delectu, caque inculta, ac plerumque perplexa, imo nonnumquam lacera et hiulca, maxime vero in concionum principio, et cum allatos Scripturæ versiculos explicat, idque sat jejune et exiliter: et ubi jam explicata resumit, hoc vel simili præmisso dicto, *sed superiora repetamus*: quod ad nauseam usque repetit. Has homilias cum Latine convertere cœpisset Erasmus, tanto affectus tædio fuit, ut in epistola quadam ad Tonstallum Anglum hæc scriberet: *Ex Chrysostomo in Acta veteram homilias tres: cujus operæ me pœnituit, cum hic nihil viderem Chrysostomi. Tuo tamen hortatu recepi codicem in manum: sed nihil unquam legi indoctius. Ebrius ac stertens scriberem meliora. Habet frigidus sensiculos, nec eos satis commode potest explicare.* In præfatione autem interpretationi suæ Latinæ præfixa, de auctore subdubitare se dixit, *Quod stylus haberet concisum quiddam et abruptum; id quod a phrasi Chrysostomi videtur alienum. Si docti tamen censebunt opus Chrysostomo dignum, libenter hoc quidquid est suspicionis ponam.* Hæc Erasmus, qui cum semel incidisset in illa, quæ nos ipsi inculta et salebrosa esse fatemur, non advertisse videtur alia his intermixta esse, quæ Chrysostomum vere sapiant et tanto doctore digna sint. Huic subjunxit Savilius Jacobum Billium, qui Erasmo semper infensus, dicit, hoc in Acta Apostolorum libro nihil fingi posse elegantius, nihilque Chrysostomo dignius; sed huic opponit Flaminium Nobilium, qui non negat hoc opus Chrysostomi esse, sed ait scaterere mendis, et videri ex diversis librorum scriptis consarcinatum. Demumque suam Savilius affert opinionem, atque opus quidem salebrosum et perplexum esse, ac multa habere *non satis accurata*; sed quædam passim auri ramenta, quæ non nisi ab aurea illa vena manare potuerunt; demumque opus vere Chrysostomi esse pronuntiat. Hæc carptim a me dicta sunt, quia Savilii hac de re sententiam ipsis verbis in fine hujusce Præfationis afferre animus est. Hæc cum sagacitate et accuratione solita memorat Tillemontius, et licet multis in locis neglectam orationem, perplexas, obscuras, imo etiam hiulcas sententias agnoscat; multa tamen in ethicis admiranda recenset, cui et nos hac in re adstipulamur: adjicimusque non multas esse apud Chrysostomum conciones informandis moribus aptiores. Harum vero *genuinitatem*, præter ea, quæ diximus, probant etiam testimonia veterum mox adferenda; nec non illa quæ de anno quo dictæ illæ fuerunt proferimus, et alia quoque ipsis subjungenda.

### *Veterum testimonia de his homiliis, quæ harum genuinitatem probant.*

Qui primus hoc Chrysostomi opus memorasse putatur, est Cassiodorus, qui sic loquitur T. 2, p. 344: *Sed in Actibus Apostolorum S. Joannis episcopi Constantinopolitani in Græco sermone commenta reperimus: quæ amici nostri in duobus Codicibus, quinquaginta quinque homiliis, Deo juvante, transtulerunt.* Hic hodierno, qui in Editis habetur, parem homiliarum numerum recenset, qua re probatur eundem ipsum in Acta Apostolorum commentarium sæculis Chrysostomo vicinis, ejus præmisso nomine in Occidentem allatum fuisse. Hunc commentarium laudat etiam Joannes Damascenus, ut Savilius et Tillemontius referunt; Oecumenius quoque Enarrationibus in Acta Apostolorum non semel quædam ex hoc libro mutuatur.

Photius vero in Bibliotheca sua N. CLXXII, p. 386, ubi de Homiliis in Genesim agit, hæc de

Concionibus in Acta Apostolorum interserit: *Homiliæ in Acta quinquaginta sunt, et per integrum fere annum sunt habitæ: neque enim quotidie, sed quinto quoque die, vel septimo, vel tardius, illas copiosioribus proferebat. Declaratque ipse illas se, cum archiepiscopatus tertium annum ageret, quæ popululum habuisse. Homilias vero in Genesim quo tempore habuerit scire nondum potuimus; incertum quippe est an in vigesima octava illas memorare velit, quas tertio archiepiscopatus sui anno habuit, an alias. Palam est, eum has etiam cum archiepiscopus esset adpropinquasse; viginti septem nempe, in quadragesima secundi (archiepiscopatus sui) anni, reliquas autem in quarto anno. Loquutio ejus cum solita claritate puritateque splendorem profluentiamque exhibet, conjunctam cum sensuum ubertate, et concinna exemplorum copia. Inferior tamen est Homiliis in Acta, ad humiliorem declinans dictionem; tantoque spatio, quanto hæc in Acta opera Commentariis in Psalmos et in Apostoli Epistolas inferior est. Hæc Photius, qui in numero Concionum in Acta errat, quadraginta tantum esse dicens, cum quinquaginta quinque numero sint, ut etiam Homiliarum in Genesim numerum non accurate retulit; nisi fortassis menda in ejus exemplaria irrepserint, quod facilius est cum anni numeralibus literis notantur. Neque felicius procedit cum ait, Homilias in Genesim habitas fuisse Constantinopoli, partem scilicet earum anno archiepiscopatus Chrysostomi secundo, et partem anno quarto. Certum quippe est Homilias in Genesim Antiochiæ, cum adhuc Chrysostomus presbyter esset, dictas fuisse, ut in Præfatione ad Homilias in Genesim probavimus. Quod de stylo ait, cum scilicet Homiliarum in Acta dictionem præfert Homiliarum in Genesim loquutioni, nescio an iis omnibus, qui stylum utriusque operis conferre voluerint, placitum sit. Certumque est in utroque opere Chrysostomum a solita eloquentia non parum deflectere. Utri autem operi hic nævus magis adscribi debeat, examinare non magnum operæ pretium fuerit.*

*Cur Homiliæ in Acta humiliore stylo conscriptæ videantur, quam cæteræ Chrysostomi.*

Ait Photius conciones, quas Antiochiæ habuit Chrysostomus, ornatiores cultioresque esse illis quas Constantinopoli pronuntiavit. Quod ut plurimum verum esse fatendum est. Cave tamen hoc dictum pro norma habeas, et hinc semper judicium ferendum censeas. Nam is ipse Photius, qui hanc posuit tesseram, Homilias in Genesim inter incultiora Chrysostomi opera locatas, Constantinopoli dictas fuisse affirmavit, quæ tamen Antiochiæ certissime, ipso indicante Chrysostomo, habitæ fuerunt. Nihilominus stat illud, quod supra dictum est, Concioniones nempe in Acta, quæ Constantinopoli dictæ fuere, inter jejuniore humilioresque quoad magnam sui partem computandas esse: id vero hinc evenisse putatur, quod imperatoribus urbis præsul constitutus Chrysostomus et negotiorum, quæ tantæ civitatis cura afferebat, mole obrutus, ornandis poliendisque concionibus spatium non habuerit: maxime vero annis 400 et 401, quæ habitas putamus hasce homilias, ut mox dicetur. Tunc enim Gaina et Gothis tumultu omnia replentibus, Chrysostomus, qui eorum conatibus pro virili obstebat, minus operæ adornandis concionibus insumere valebat, nec mirum si præpedito tot tantisque negotiis artifice, tumultuarium aliquid in hoc opere deprehendatur. Alia vero perplexæ et nonnullis in locis hiulcæ seriei causa non abs re affertur, quod videlicet librarii, qui dicta sancti doctoris excipientes describebant, in tumultuariis illis, et ex tempore prolatis concionum partibus, alii aliud conscriberent. Hinc haud dubie orta est illa tanta varietas, quæ in Codicibus has homilias efferentibus observatur. Ut enim in ima pagina aliquoties monuimus, tanta in Manuscriptis occurrit lectionum diversitas, ut si omnia excrispsissemus, novam seriem concionibus longitudine pene prærem attulissemus; idque nullo fructu. Varietates enim illæ tam frequentes, vel ordinem verborum periodos constituentium diversum efferunt solummodo, vel synonymas voces suppeditant. Neque animus erat tantam operum Chrysostomi molem, quantam scriptorum nullus umquam suppeditavit, superfluis accessionibus augere.

Unum restat explorandum, cur nempe Joannes noster in omnibus fere in Acta Concionibus, postquam libri versiculos explanandos protulit ac brevi interpretatione donavit, aliam illamque brevem eorumdem versiculorum explicationem aggrediatur, hoc vel simili præmisso dicto, *sed superius dicta repetamus*: id quod in aliis nullis ejus in Scripturam sacram Commentariis observatur. Ipse fortasse Chrysostomus hujus solvendæ quæstionis modum administravit, quando in primæ concionis principio ait, Actorum librum ita ignotum auditorum plerisque esse, ut ne quidem noverint an exstet, et an ita pretiosus liber inter Biblicos compareat. Ut igitur ignoti antea libri pleniorum notitiam inculcarent, post priorem explanationem, alteram adjecerit; quod extemporale additamentum plerumque intricatum et nonnumquam hiulcum est. Hæc enim styli perplexitas in his maxime additamentis observatur. Nam *ethica*, et ea quæ ad mores informandos post additamenta sequuntur, suam semper servant dignitatem, et vere Chrysostomi eloquentiam ut plurimum saltem præferunt.

*Quo anno hæc in Acta Homiliæ habitæ fuerint.*

Ipsa Chrysostomo duce et locum et annum statuimus, quo has conciones habuit. Non semel enim indicat se episcopum et in episcopali solio sedentem concionari: indubitatumque est hasce conciones in Constantinopolitanis censendas esse. Habuit autem illas anno episcopatus sui tertio, ut testificatur ille *Homilia quadragesima quarta col. 312: Ecce per gratiam Dei nos triennium jam habemus, non quidem nocte et die hortantes, sed post tres sæpe dies, vel post septem hoc facientes.* Ubi observes illud, *triennium habentes*, si literam sequaris, significare Chrysostomum in episcopatu jam triennium emensum fuisse, quando ad hanc quadra-

gesimam quartam homiliam pervenit; cumque Chrysostomus in sedem Constantinopolitanam evehctus fuerit anno 398, mensis Februarii die vigesimo sexto, hinc sequeretur dictam illam fuisse anno 401. At præterquam quod non omnino constat hic exactum triennium, diserte notari, jam sæpe vidimus Chrysostomum non cum tanto scrupulo notas temporum consignare. Ut ut res est, alio argumento comprobari videtur hanc temporis notam referendam esse in annum 401. Homilia quadragesima prima ait Chrysostomus, col. 291, *anno superiore*, *πίρσι*, concussisse Deum universam civitatem, Constantinopolim nempe terræ motu agitatum fuisse. Hic vero terræ motus quem refert Synesius, ad annum 400 consignari debet, unde sequatur hanc homiliam, quæ quadragesima prima numero est, anno 401 habitam fuisse; in quem etiam annum illam retulit Baronius. Tillemontius vero Baronii sententiam non respuit quidem, mallet tamen terræ motum in annum 399, et homiliam quadragesimam primam in annum 400 referre: frequentissimi quippe erant Constantinopoli terræ motus, neque omnes quotquot acciderunt, ab historiæ scriptoribus referuntur: ille vero qui anno 400 contigit, a Synesio tantum et carptim recensetur. Secundum hanc Tillemontii opinionem, in nota ibid. col. 291 in imo margine posita diximus, terræ motam illum anno 399 accidisse, remque pluribus excussam fuisse monuimus in Vita S. Joannis Chrysostomi, quæ sub initium primi tomi ponitur. In annum ergo vel 400 vertentem, vel in sequentem 401 referenda est hæc quadragesima prima homilia. Nam illa vox *πίρσι*, *anno superiore* seu *proximo*, non ita accipienda est, ut annum integrum elapsam Chrysostomus significare voluerit.

Ibidem autem et continenter col. 291 eadem locutione, *anno proximo*, Chrysostomus utitur ad rem aliam carptim indicandam. *Quæ circa Theodorum illum anno proximo gesta sunt, quem non obstupescerunt? Et tamen nihil amplius factum est.* Quis ille Theodorus esset, quidve illi acciderit, nullus, quod sciam, scriptor docuit. Sed hoc unum hinc expiscari possumus, nimirum hæc verba, *anno superiore* et *anno proximo*, *πίρσι*, quæ pro terræ motu et pro illo tanto Theodori casu indiscriminatim usurpantur, annum proxime præteritum ita significare, ut non curaverit orator an plures paucioresve menses intercesserint. Stet igitur id quod supra diximus. Homiliam nempe quadragesimam primam vel anno 400 vertente, vel 401 ineunte dictam fuisse, donec quid certius emerit.

Homilias autem incepit extra Quadragesimam, ut ipse dicit homilia prima col. 25, et quidem Paschali tempore, ut innuere videtur col. 22, anni videlicet 400. In moralibus autem adhortationibus quæ partem concionum postremam occupant, multa profert utilia, et quædam ad vitam suam spectantia, quæ suo loco commemorabuntur; in quinquagesima vero secunda se Joannem appellari dicit.

His subjungere visum fuit judicium Savilii circa Homilias Chrysostomi in Acta Apostolorum.

## SAVILII IN CHRYSOSTOMUM

### IN ACTA APOSTOLORUM JUDICIUM.

De auctore harum in Acta Homiliarum magnam esse inter doctos video controversiam. Erasmus in Epistola quadam ad Tonstallum, magnum suo tempore ornamentum Angliæ, in volumine Floridarum, *Ex Chrysostomo*, inquit, *in Acta verteram homilias tres; cujus operæ me pœnituit, cum nihil hic viderem Chrysostomi. Tuo tamen hortatu recepi codicem in manum; sed nihil unquam legi indoctius. Ebrius ac stertens scriberem meliora. Habet frigidus sensiculus, nec eos satis commode potest explicare.* Hæc ille, severitate plus quam censoria usus. Idem tamen in Præfatione huic libro Latine verso præfixa haud paulo mitius, *Subdubitare se, quod stylus haberet concisum quiddam et abruptum, id quod a phrasi Chrysostomi videbatur alienum: si docti tamen, inquit, censebunt opus Chrysostomi dignum, se libenter hoc, quidquid est, suspicionis positurum, quam tamen haud temere concepisse sibi visus est.* Atque ut Erasmi suspicionem augeam, addo perplexa et involuta hic reperiri complurima, pleraque aspera et salebrosa, ὑποσλοιχα multa, ab alio argumento in aliud saltum potius quam transitum, textum bis percursum magis quam explicatum, solemnem illam cantilenam, ἴδωμεν δὲ ἄνωθεν τὰ εἰρημένα, vel τὰ ἀνεγνωσμένα, sexcenties ad nauseam usque inculcatam. In summa, destituta fere omnia iis luminibus, iis orationis ornamentis, quibus disertissimus vir Chrysostomi nomen apud posteritatem inveniit. Tantum abest, ut Jacobo Billio assentiar, qui, sive odio Erasmi stimulatus, seu quo alio partium studio abreptus, *Græco codice nihil ait fingi posse elegantius, nihil quod Chrysostomi phrasin melius referat.* Quanto rectius doctissimus vir Flaminius Nobilius: *Omnino, inquit, hi Commentarii in Acta parum explere animum lectori possunt. Scitent enim mendis, suntque ex variis, ut puto, librorum scriptis, Chrysostomi orantis sententias, quoquo modo poterant, excipientium, male coagmentata.* His accedat Photii auctoritas, qui Chrysostomum quidem in Acta commentatum esse prodit, sed homilias numerat non plures quinquaginta, easque multo elegantius scriptas censet, quam sunt illæ in Genesin: ἡλάττωται δὲ ὁμῶς (scilicet, phrasis Homiliarum in

Genesin) τῆς ἐν ταῖς Πράξεσι φράσεως, ἐπὶ τὸ ταπεινότερον ἀπενηνεγμένη : quod aperte, ut mihi quidem videtur, si de hisce accipias, secus est. Atque hæc fere sunt, quæ in eam partem afferantur. Quæ tamen omnia eam vim non habent, ut mihi vel tantillum persuadeant γνήσιον hunc fœtum, etsi minus fortasse ὠρατον, a γνησίῳ patre abjudicare. Ac primo, ramenta quædam passim apparent, quæ nonnisi ab aurea illa vena manare potuerunt. At multa sunt, inquis, plumbea. Respondeo, proclivius esse χρυσορρόμονι nostro alicubi humi repere, adeoque jacere, quam alii ad ejus altitudinem assurgere : ut propter aliqua admirabiliter scripta malim Chrysostomum inscribere auctorem, quam alium propter nonnulla humiliora. Deinde quis nescit, non eosdem esse omnes omni tempore? Aliter eloquentiæ Latinæ princeps dixit adolescentior, aliter jam consularis. Et de Chrysostomo nostro verissime Photius, ipsum Antiochiæ, semotum a publicis curis, multo accuratius limatiusque scripsisse, quam eundem Constantinopoli ἀρχιερατεύοντα : in quod tempus hæc, quæ in manibus habemus, incidisse luce clarius est. De numero Photiano respondeo, idem objici posse de Homiliis in Genesin, quæ sine dubio germanæ sunt, et non plures Photio una et sexaginta, cum tamen omnes nostri Codices septem et sexaginta præferant, ut vel Photium hic et ibi memoria lapsu esse necesse sit, vel in Codicibus incidisse minus integros, vel oscitantes librarios hic pro vs' facili lapsu scripsisse v. Has enim esse, quas jam manibus terimus, non alias in Acta homilias a Photio intelligi, verba ipsius aperte declarant : αἱ γὰρ εἰς τὰς Πράξεις ὀμιλίαι πενήτην μὲν εἰσι, σχεδὸν δὲ δι' ὅλου αὐτῷ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐρρήθησαν. Οὐ γὰρ καθ' ἡμέραν ταύτας, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πέντε (malim τρεῖς : respexit enim ad locum in hom. quadragesima quarta διὰ τριῶν πολλάκις ἡμερῶν ἢ ἐπτά τοῦτο ποιῶντες) καὶ ὑπὲρ ἑπτὰ, καὶ πλείω (fort. πλείους : nam de diebus loquitur) καθωμίλει· ἄς ὄηλον αὐτὸς ποιεῖ, ὅτι ἀρχιερατεύων κατὰ τὸ τρίτον ἔτος ὠμίλησε. Locus, ad quem respexit Photius, est in hom. quadragesima quarta, pag. 856, lin. 39 [p. 335 D., Montf., col. 312, lin. 33 ed. nov.], ubi arrepta occasione ex Pauli verbis, μνημονεύοντες, ὅτι τριετίαν νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαυσάμεν, Actorum 20, 31, Chrysostomus de se, ἰδοὺ τῆς χάριτι τοῦ Θεοῦ καὶ ἡμεῖς λοιπὸν τριετίαν ἔχομεν. Atque ut non alium esse hujus libri auctorem, quam Joannem nostrum, liquidius appareat, hæc pauca adjecisse non abs re fuerit. Omitto multas loquendi formulas huic nostro peculiare, interrogatiunculas, dialogismos, digressiones morales, leges contra juramenta latas, Sixto Senensi atque ipsi Erasmo notata. Quod in hom. prima invehitur in eos, qui baptismum rejiciunt usque ad extremas ἀναπνοάς· quod in hom. trigesima legem statuit in eos, qui episcopo concionanti plausus cient : quod contra Platonem et philosophos toties ac tam vehementer disputat, an non satis indicant antiquum esse scriptorem, qui in vitia multis jam inde sæculis antiquata tam acriter invehitur? Quid quod homil. undecima, ἤκουσά ποτε πατέρων τῶν ἡμετέρων, inquit, λεγόντων, ὅτι κατὰ τὸν διωγμὸν τὸν παλαιὸν ἦν ἰδεῖν ὄντως Χριστιανούς ἀνδρας, etc. Ex quibus apparet hujus libri auctorem statim post tempora persecutionis vixisse, qui hæc a patribus suis audire potuerit. Quid quod homil. vigesima secunda legitur, σπεῖρα, ὃ καλοῦμεν νῦν νούμερον? et quod homil. quadragesima sexta, ὃ παρ' ἡμῖν λέγουσι κατὰ τὴν Ῥωμαϊκὴν συνήθειαν, ἐν τοῖς σίγνοις αὐτὸν ἐμβάλε, nonne satis hæc per se antiquitatem produunt? Sed quid conjecturas consector, cum ipse aperte hom. quadragesima prima contemporaneum se profiteatur Juliano? Locus est pag. 839, 7 [p. 311 extr. Montf., col. 291, lin. 32 ed. nov.] : ἰδοὺ γὰρ ἐπὶ τῶν καιρῶν τῶν ἡμετέρων τὰ κατὰ τὸν μακάριον Βαβύλαν γέγονε, τὰ κατὰ τὰ Ἱεροσόλυμα, τὰ κατὰ τὴν καθαιρέσιν τῶν ἱερῶν? quorum duo priora sub Juliano contigerunt, tertium sub Theodosio. Jam illud hom. trigesima octava de libro magico invento in flumine, cum adhuc μετράκιον esset Chrysostomus, Cardinalis Baronius recte, ut opinor, ad tempora Valentis refert. Ex his liquet scriptorem fuisse temporum illorum æqualem. Sed et episcopum fuisse satis constabit. Hom. tertia loquitur de seipso, ut episcopo. Hom. nona aperte se ipsum episcopum vocat, ἀλλὰ σὺ, φησὶν, ἀρχων εἶ καὶ ἐπίσκοπος. Homil. octava de seipso loquitur, ut episcopo in civitate βασιλευούσῃ (quod nomen præterquam Romæ et Constantinopoli, nulli alii conveniebat civitati (suspiciose quædam aspergens de sua expulsionione, περὶ τῆς αὐτοῦ καθαιρέσεως : qualia sunt pag. 653, 24 [pag. 68, A, Montf., col. 74, lin. 22 nov. ed.] : ἢ καθέλετέ με ταύτης τῆς ἀρχῆς, ἢ μένοντά με μὴ περιβάλλατε κινδύνους. Et pagina sequente, lin. 12 [pag. 69, A, col. 76, lin. 5 ed. nov.] : ἕως ἂν ἐν τῷ θρόνῳ καθέζωμαι τοῦτοι, οὐδὲν προήσω τῶν αὐτοῦ δικαιωμάτων. Ἄν μὲ τις καταδιδάσῃ, λοιπὸν ἀνεύθυνός εἰμι. Et homil. undecima loquitur, ut in civitate, quæ præter Judæos et gentiles, Christianorum habeat plus quam centum millia. Hom. quadragesima secunda, p. 848 l. 12 [p. 324, B, col. 302, lin. 29 et nov.] : Ἰδοὺ ἡλίκη πόλις ὅμιν ἐστὶν ἢ μεγάλη αὕτη. Et quod nusquam, ut opinor, alibi in ejus operibus reperitur, homil. quinquagesima secunda, pag. 902, l. 40 [p. 395, D, col. 365, lin. 44 ed. nov.] nomen suum directe ponit : Εἰμὶ τοῦ μακαρίου μὲν ἔκκενου (Ἰωάννου) ὁμώνυμος, οὐ μὴν συνώνυμος. Οὐκ εἰμὶ Ἰωάννης, ἀλλὰ καλοῦμαι. Postremo accedunt et veterum scriptorum de hujus libri auctore testimonia. De Photio supra diximus. Damascenus, lib. 3, cap. 15, De fide orthodoxa, locum citat ex secunda homil. in Acta : qui tamen auctoris an librarii lapsu, non in secunda reperitur homil., sed in prima, pag. 610, l. 18. Deinde Catenarum scriptores, Nicetas, Œcumenius, etc. non ex aliis quam ex hoc horto depromptis flosculis suas contexuere corollas : ut jam stultum sit deinceps, ut mihi quidem videtur, de hujus libri auctore dubitare.

---

# INDEX

## OPERUM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

QUÆ IN NONO TOMO CONTINENTUR.

---

- I. Homiliæ LV. In Acta Apostolorum. Savil. Tom. IV. Morel. Tom. III. in Novum Testam.  
 II. Homiliæ XXXII. in S. Pauli Epistolam ad Romanos. Savil. Tom. III. Morel. Tom. III.

### SPURIA.

- I. De pœnitentia. I. col. 681. Savil. T. VI. pag. 905.  
 II. De pœnitentia. II. col. 699. Savil. T. VI. p. 917.  
 III. De pœnitentia. III. col. 705. Savil. T. VI. p. 924.  
 IV. De eleemosyna. col. 707. Savil. T. VI. p. 926.  
 V. De prædicatione jejunii. I. col. 711. Savil. T. VI. p. 930.  
 VI. De jejunio. II. col. 713. Savil. T. VI. p. 932.  
 VII. De jejunio. III. col. 715. Savil. T. VI. p. 935.  
 VIII. De jejunio. IV. col. 715. Savil. T. VI. p. 935.  
 IX. De jejunio. V. col. 717. Savil. T. VI. p. 936.  
 X. De jejunio. VI. col. 719. Savil. T. VI. p. 938.  
 XI. De jejunio. VII. col. 721. Savil. T. VI. p. 940.  
 XII. De patientia. I. col. 723. Savil. T. VI. p. 943.  
 XIII. De patientia. II. col. 729. Savil. T. VI. p. 940.  
 XIV. De salute animæ. col. 735. Savil. T. VI. p. 968.  
 XV. In catechumenos. col. 739. Savil. T. VI. p. 971.  
 XVI. Contra eos qui virgines corrumpunt. col. 744. Savil. T. VI. p. 976.  
 XVII. Contra hæreticos. col. 745. Savil. T. VI. p. 979.  
 XVIII. De eleemosyna. col. 747. Savil. T. VI. p. 811.  
 XIX. Epistola ad monachos. col. 751. Savil. T. VII. p. 225.  
 XX. In annuntiationem sanctissimæ Deiparæ. col. 755. Savil. T. VII. p. 249.  
 XXI. In illud, *Quæcumque ligaveritis*, etc. col. 759. Savil. T. VII. p. 268.  
 XXII. In illud, *Dæmonium habes*, etc. col. 763. Savil. T. VII. p. 272.  
 XXIII. De pœnitentia. col. 765. Savil. T. VII. p. 282.  
 XXIV. De fide. col. 767. Savil. T. VII. p. 288.  
 XXV. De spe. col. 771. Savil. T. VII. p. 293.  
 XXVI. De caritate. col. 773. Savil. T. VII. p. 295.
-



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ  
 ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ  
 ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΑΣ ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

ΟΜΙΛΙΑ Α'.

*Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιήσαμην περὶ πάντων, ὡς θεόφιλε, ὡν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, ἀχρι ἥς ἡμέρας ἐντειλόμενος τοῖς ἀποστόλοις διὰ Πνεύματος ἁγίου, οὗς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη.*

α'. Πολλοὶ τοῦτ' ἐπιβιβάζον οὐδ' ἐπι γινώριμόν ἐστιν, οὔτε αὐτὸ, οὔτε ὁ γράψας αὐτὸ καὶ συνθεῖς. Διὸ καὶ μάλιστα α' εἰς ταύτην ἐμαυτὸν ἐκρίνα θεῖναι τὴν πραγματείαν, ὥστε καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάξαι, καὶ μὴ ἀφείναι τοσοῦτον λανθάνειν καὶ ἀποκρύπτεσθαι θησαυρόν. Οὐδὲ γὰρ ἕλαττον αὐτῶν τῶν Εὐαγγελίων ὠφελῆσαι ἡμᾶς δυνήσεται· τοσαύτης ἐμπέπλησται φιλοσοφίας καὶ δογμάτων ὀρθότητος, καὶ θαυμάτων ἐπιδείξεως, β', καὶ μάλιστα τῶν παρὰ τοῦ Πνεύματος ἐργασμένων. Μὴ δὴ λοιπὸν παρατρέχωμεν αὐτὸ, ἀλλὰ μετὰ ἀκριθείας ἐξετάζωμεν. Καὶ γὰρ τὰς προφ-  
 ῆσεις, ἃς ἐν τοῖς Εὐαγγέλοις ὁ Χριστὸς προαναφω-

νει, ταύτας εἰς ἔργον ἐξελεύσας ἐνταῦθα ἐστὶν ἰδεῖν, καὶ ἀπ' αὐτῶν γ' τῶν πραγμάτων διαλάμπουσιν τὴν [2] ἀλήθειαν, καὶ πολλὴν τῶν μαθητῶν τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολὴν τὴν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος αὐτοῖς ἐγγενομένην. Καὶ γὰρ ἄπερ ἤκουσαν τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, ὅτι πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ σημεῖα, δ' ἐγὼ ποιῶ, καὶ κείνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει· καὶ προλέγοντος τοῖς μαθηταῖς δ', ὅτι ἐπι ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσονται, καὶ ὅτι ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν αὐτοὺς, καὶ τὰ ἀνήκεστα πείσονται, καὶ ὅτι περιέσονται πάντων, καὶ ὅτι τὸ Εὐαγγέλιον κηρυχθήσεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, ταῦτα πάντα μετὰ ἀκριθείας ἀπάσης ἐκδεθηκότα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ ἐστὶν ἰδεῖν, καὶ πλείονα τούτων ἕτερα, ἄπερ εἶρηκεν αὐτοῖς συνών. Ὁψεί δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀποστόλους ἐνταῦθα καθάπερ πτηνοὺς διατρέχοντας γῆν καὶ θάλατταν, καὶ τοὺς δειλοὺς ἐκεί-

α' Morel. ἀναγκαίως. Paulo prest pro διδάξαι Savil. ἐπισπάσασθαι. Mss. διδάξαι habent. β' Hæc, καὶ θαυμάτων ἐπιδείξεως, desunt in Savil., nec lecta sunt ab Erasmo; habentur in Morel. et mss.

γ' Savil. ἐπ' αὐτῶν. δ' Hæc, προλέγοντος τοῖς μαθηταῖς, desunt in duobus mss., sed in ceteris habentur et ab interprete lecta sunt.

---

SANCTI PATRIS NOSTRI  
JOANNIS CHRYSOSTOMI  
OPERA OMNIA.

---

COMMENTARIUS IN ACTA APOSTOLORUM <sup>(a)</sup>.

---

HOMILIA I.

**CAP. 1. 1.** *Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cæpit Jesus facere et docere, 2. usque in diem, qua præcipiens apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est.*

1. *Libri Actuum Apostolorum dignitas.* — Multi perinde ignorant an hic liber exstet, et quis sit ejus auctor : quæ mihi potissimum causa fuit ut hoc opus aggrederer, quo hujus rei ignaros instituerem<sup>1</sup>, nec

(a) Hæc Commentaria collata sunt cum duobus Codd. Colbertinis, uno Coisluniano et Edit. Savil. Nota autem in his Codicibus singulas homilias, *homilias*, appellari, quæ sermones, *sermones*, vocat Savilius. Quod autem dicit in ipso principio Chrysostomus, perinde multos ignorare an hic liber exstet, atque quis sit ejus scriptor, habetur etiam Tomo tertio Homil. in principium Actorum, col. 71.

<sup>1</sup> Pro instituerem, Savil. legit, *pertraherem*. Mss. habent, *instituerem*.

tantum thesaurum latere sinerem. Non minus enim nobis, quam ipsa Evangelia utilis esse poterit : tanta nimirum plenus est philosophia, tanta dogmatum sinceritate, miraculorumque copia, eorum maxime quæ a Spiritu sancto patrata sunt. Ne itaque deinceps hunc librum prætercurramus ; sed cum magna ac-  
curatione exploremus. Etenim ea, quæ Christus in Evangeliiis præduxit, hic opere completa videre est ; veritatem ex rebus ipsis splendentem, discipulosque post acceptum Spiritum sanctum in melius longe commutatos. Nam quæ a Christo audierant dicente : *Omnis qui crediderit in me, signa quæ ego facio, et ipse faciet, et his majora faciet (Joan. 14. 12)* : et ea quæ prædixit discipulis, quod ante præsides et reges du-  
cendi essent (*Matth. 10. 18*), quod in synagogis fla-

gellandi, quod intolerabilia passuri, et his omnibus superiores futuri essent, quod item evangelium prædicandum foret in universo mundo: hæc, inquam, omnia accuratissime completa in hoc libro cernere est; necnon his plura quæ cum discipulis versans Dominus dixerat. Videbisque hic apostolos ceu volucres per terram et maria discurrerentes, illosque olim timidos et rudes, in alios homines repente mutatos, divitiarum contemptores, gloria, ira, concupiscentia cæterisque omnibus superiores effectos: multam videbis inter ipsos concordiam, nullam invidiam, ut olim, nullam ob primatus desiderium contentionem; sed omnem in illis virtutem diligenter cultam, caritatemque eximie fulgentem: de qua multa ipsis præceperat, dicens: *In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei sitis, si dilexeritis invicem* (Joan. 13. 35). Quin et dogmata quædam in hoc libro reperire licet, quæ nisi scriptus ille fuisset, nulli ita perspicua et plana visissent: imo etiam id, quod est salutis nostræ caput, tam secundum vitam et mores, quam secundum dogmata, occultum obscurumque esset. Maxima pars autem libri, Pauli gesta sunt, qui plus omnibus laboravit. Cujus rei causa est, quod is qui hunc librum scripsit, beatus Lucas, ejus esset discipulus: cujus virtutem tum ex aliis multis cernere est, tum maxime quod doctori suo indesinenter hæserit. Itaque cum Demas et Hermogenes ipsum reliquissent, alterque in Galatiam, alter in Dalmatiam abiisset, audi quid de illo dicat: *Lucas solus mecum est* (2. Tim. 4. 11); et Corinthiis scribens de illo ait: *Cujus laus est in evangelio per omnes Ecclesias* (2. Cor. 8. 18). Et cum dicit: *Visus est Cepha, deinde duodecim*<sup>1</sup>; cum ait vero, *Secundum evangelium quod accepistis* (1. Cor. 15. 5. 4); de Lucæ Evangelio loquitur: ita ut non aberraverit, si quis ipsi hoc opus adscripserit. Cum ipsi dico, Christo dico. Quod si quis dixerit: Cur non omnia scripsit qui usque ad finem cum ipso semper fuerit? respondebimus, hæc satis fuisse iis, qui animam adhibere vellent; illosque iis semper incubuisse, quæ magis urgerent, neque illis tantum fuisse scribendi studium; multas quippe non scriptas traditiones dederunt.

*Cur Christi divinitas in Actis non ita aperte enuntietur.* — Omnia itaque hoc in libro admiratione digna sunt, maxime vero illa verborum demissio, qua, suggerente Spiritu sancto, de œconomia loquentes usi sunt apostoli. Ideo cum tot tantaque de Christo narrent, pauca de divinitate ejus dixerunt, longe plura vero de humanitate, de passione, de resurrectione, de ascensione. Nam hoc interim quærebatur, ut crederetur ipsum resurrexisse et ascendisse in cælos. Quemadmodum igitur ipse Christus in primis ostendere curabat, se a Patre venisse: ita et hic narrat, ipsum resurrexisse, assumptum fuisse, et ad filium rediisse, a quo venerat. Nisi enim hoc prius creditum fuisset; multoque magis postquam accesserunt resur-

<sup>1</sup> Sic omnes Editi et Mss. At in Novo Testamento Græco legitur *et, etiam*, et in Vulgata *undecim*; et hæc vera lectio est.

rectio et assumptio, totum dogma Judæis incredibile visum fuisset. Quapropter sensim et paulatim eos ad sublimiora ducit. Athenis vero hominem eum simpliciter vocat Paulus, nihil amplius addens (Act. 17. 31): et jure quidem. Etenim si ipsum Christum, de sua cum Patre æqualitate loquentem, sæpe lapidare tentarunt (Joan. 8. 59), ipsumque blasphemum ideo vocarunt, vix illum sermonem a piscatoribus accepissent, cum maxime crux præcessisset.

2. Et quid de Judæis loquar, quando ipsi quoque discipuli, cum sublimiora audirent dogmata, sæpe turbati et offensi sunt? Ideo dicebat: *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo* (Joan. 16. 12). Si illi non poterant, qui tanto tempore cum ipso erant, qui tot arcanorum consortes erant, et tot viderant miracula: quomodo homines recens avulsi ab aris, ab idolis, a sacrificiis, a felibus, a crocodilis (hic enim erat gentilium cultus); qui a cæteris malis tunc primum abducti fuerant, sublimia statim dogmatum verba accepissent? quomodo etiam Judæi, qui quotidie discebant et instituebantur a lege: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est, et præter eum non est alius* (Deut. 6. 4); qui ipsum viderant cruci affixum; imo qui crucifixæ et sepelient, neque ipsum resuscitatum viderant, audientes eundem ipsum esse Deum et Patri æqualem, non omnino resilliissent ac recessissent? Ideoque paulatim et sensim illos ad majora ducunt, et sese multum ipsis attemperant. Uberiore vero Spiritus gratia fruuntur, et majora, quam Christus fecit, in ipsius nomine faciunt; ut utrinque ipsos humi jacentes erigant, et ut resurrectioni fidem habeant. Hic quippe liber in primis est resurrectionis demonstratio, qua credita, cætera facile succedunt. Argumentum ergo et scopus hujus libri, ut summatim dicam, hic potissimum est. Audiamus demum ipsa præcæmia. (Cap. 1.) 1. *Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cepit Jesus facere et docere.* Cur illi Evangelium in memoriam revocat? Ut accuratorem suam ostendat. Nam initio illius operis dixit: *Visum est et mihi assequuto omnia a principio diligenter, ex ordine tibi scribere* (Luc. 1. 3). Neque suo contentus testimonio, totum refert ad apostolos, dicens: *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis.* Idcirco postquam sermoni fidem ibi conciliavit, hic alia confirmatione opus non habet, cum Theophilus jam persuasus, ac per illud opus de accurata rei veritate institutus esset. Etenim cui habita fides est scribenti quæ audierat; multo magis credendus est, cum ea scribit, non quæ ab aliis accepit, sed quæ vidit et audivit. Nam si ea quæ de Christo dicta sunt, inquit, accepta habuisti, multo magis accipies ea quæ de apostolis dicturus sum. Quid igitur? an historia tantum hoc opus, et Spiritu vacuum est? Nequaquam. Quo pacto? Quoniam ea, quæ ipsi tradiderunt ii qui viderant et ministri sermonis fuerant, ex Spiritu erant. Et cur non dixit, Sicut tradiderunt nobis, qui Spiritu sancto dignati erant, sed, *Qui ab initio viderunt?* Quia hoc maxime fidem facit, cum ab

νοὺς καὶ ἀσυνέτους φθρόν ἀλλοὺς ἀντ' ἄλλων γενομένων, καὶ χρημάτων ὑπεροπτίας, καὶ δόξης, καὶ θυμοῦ, καὶ ἐπιθυμίας, πάντων ἀπλῶς ἀνωτέρους γεγονότας, καὶ πολλὴν τὴν ὁμόνοιαν ἔχοντας, καὶ οὐδαμοῦ οὐδεμίαν βασκανίαν ὡς ἐμπροσθεν, οὐδὲ τὸν περὶ πρωτείων ἔρωτα, ἀλλὰ πᾶσαν ἀπηκριθωμένην ἐν αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν ἀγάπην μεθ' ὑπερβολῆς διαλάμπουσαν, ὑπὲρ ἧς καὶ πολλὰ παρήγγειλεν αὐτοῖς λέγων, ὅτι *Ἐν τούτῳ γινώσκονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μνηταὶ ἐστέ, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.* Ἔστι δὲ καὶ δόγματα ἐνταῦθα εὐρεῖν, ἅπερ, εἰ μὴ τοῦτο ἦν τὸ βιβλίον, οὐδὲν σαφῶς οὕτω γινώριμα ἐγένοντο· ἀλλὰ τὸ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἀπεκρύπτετο, καὶ ἄδηλον ἦν, καὶ βίου καὶ δογμάτων ἕνεκεν. Τὸ πλεον δὲ τῶν ἐνταῦθα ἐγκειμένων, Παύλου πράξεις εἰσι, τοῦ περισσώτερον πάντων κοπιᾶσαντος. Καὶ τὸ αἰτίον, ὅτι αὐτοῦ φοιτητῆς ἦν ὁ τὸ βιβλίον τοῦτο συνθεὶς Λουκᾶς ὁ μακάριος· οὗ τὴν ἀρετὴν πολλαχόθεν μὲν καὶ ἄλλοθεν ἐστὶν ἰδεῖν, μάλιστα δὲ ἐκ τοῦ πρὸς τὸν διδάσκαλον ἀδιασπάστως ἔχειν, καὶ διαπαντὸς αὐτῷ παρακολουθεῖν. Ὅτε γοῦν Δημᾶς καὶ Ἐρμογένης αὐτὸν ἐγκατέλιπον, ὁ μὲν εἰς Γαλατίαν, ὁ δὲ εἰς Δαλματίαν ἀπελθὼν, ἀκούσον τί φησι περὶ τούτου· *Λουκᾶς ἐστὶ μόνος μετ' ἐμοῦ*· καὶ Κορινθίους δὲ ἐπιστέλλων περὶ αὐτοῦ φησιν· *Οὗ ὁ ἔπαιρος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διὰ πιστῶν τῶν Ἐκκλησιῶν.* Καὶ ὅταν λέγῃ, ὅτι *Ἐφθῆ Κηφᾶ, εἶτα τοῖς δώδεκα*· καὶ, *Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ὃ παρελάβετε*, τὸ τοῦτο λέγει· ὥστε οὐκ ἂν τις ἀμάρτοι τὴν πραγματείαν ταύτην αὐτῷ ἀναθεῖς. Ὅταν δὲ εἶπω, τούτῳ, τῷ Χριστῷ λέγω. Εἰ δὲ τις λέγοι· Καὶ τί δήποτε οὐχὶ πάντα σφενδαφί, μέχρι τέλους ὧν μετ' αὐτοῦ; ἐκεῖνο ἂν εἴποιμεν, ὅτι καὶ ταῦτα ἀρκοῦντα ἦν τοῖς βουλομένοις προσέχειν, καὶ ὅτι πρὸς τὰ κατεπείγοντα ἀεὶ ἴσταντο, καὶ ὅτι οὐκ ἐν τῷ λογογραφεῖν ἦν αὐτοῖς ἡ σπουδὴ· πολλὰ γὰρ καὶ ἀγράφως παραδίδει δεδώκασιν<sup>a</sup>.

Καὶ πάντα μὲν οὖν ἀξία θαύματος τὰ ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ κείμενά, μάλιστα δὲ τῶν ἀποστόλων ἡ συγκατάθεσις, ἦν καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῖς ὑπέβαλλε, παρασκευάζον αὐτοὺς τῷ τῆς οἰκονομίας ἐνδιατρίθειν λόγῳ. Διὰ δὴ τοῦτο τοιαῦτα περὶ Χριστοῦ διαλεχθέντες, ὀλίγα μὲν [3] περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰρήκασιν, τὰ δὲ πλείονα περὶ τῆς ἀνθρωπότητος διελέγοντο, καὶ τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἀναβάσεως. Τὸ γὰρ ζητούμενον τέως τοῦτο ἦν, τὸ πιστευθῆναι, ὅτι ἀνέστη καὶ ἀνέβη εἰς οὐρανοῦς. Ὅσπερ οὖν καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς μάλιστα πάντων ἐσπουδαίε διείξει, ὅτι παρὰ τοῦ Πατρὸς ἦκει· οὕτω καὶ οὗτος, ὅτι ἀνέστη καὶ ἀνελήφθη, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπῆλθε, καὶ παρ' αὐτοῦ ἀφίκετο. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐπιστεύθη πρότερον, πολλῶν μᾶλλον τῆς προσθήκης γενομένης τῆς κατὰ τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν ἀνάληψιν, ἀπιστον ἄπαν τὸ δόγμα τοῖς Ἰουδαίοις ἔδοξεν εἶναι. Διὸ ἡρέμα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτοὺς ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα ἀνάγει<sup>b</sup>. Ἐν δὲ Ἀθήναις· καὶ ἀνθρωπον αὐτὸν ἀπλῶς καλεῖ ὁ Παῦλος, οὐδὲν πλέον εἰπῶν· εἰκότως. Εἰ γὰρ αὐτὸν τὸν Χριστὸν διαλεγόμενον περὶ τῆς εἰς τὸν Πατέρα ἰσότητος λιθάσαι· πολλὰκις ἐπεχείρησαν, καὶ βλάσφημον διὰ τοῦτο ἐκάλουν, σχολῆ γ' ἂν παρὰ τῶν ἀλιείων τοῦτον ἐν λόγον ἐδέξαντο, καὶ ταῦτα τοῦ σταυροῦ προχωρήσαντος.

β'. Καὶ τί δεῖ λέγειν τοὺς Ἰουδαίους, ὅπου γε καὶ αὐτοὶ τότε πολλὰκις οἱ μαθηταὶ τῶν ὑψηλοτέρων ἀκούοντες δογμάτων, ἐθορυβοῦντο καὶ ἐσκανδαλίζον-

<sup>a</sup> Duo mss. παραδεδώκασιν. <sup>b</sup> Sic Savil. et mss. Mr vero ενύγει.

το; Διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγε· *Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι.* Εἰ δὲ ἐκεῖνοι οὐκ ἔδυναντο, οἱ συγγενόμενοι χρόνον τοσοῦτον αὐτῷ, καὶ τοσοῦτων κοινωνήσαντες ἀπορρήτων, καὶ τοσαῦτα θεασάμενοι θαύματα, πῶς ἀνθρωποὶ ἀπὸ βωμῶν καὶ εἰδώλων καὶ θυσιῶν, καὶ αἰλούρων, καὶ κροκοδείλων (τοιαῦτα γὰρ ἦν τῶν Ἑλλήνων τὰ σεβάσματα), καὶ τῶν ἄλλων τῶν κακῶν τότε πρῶτον ἀποσπασθέντες, ἀθρόον τοὺς ὑψηλοῦς τῶν δογμάτων ἐδέξαντο λόγους; πῶς δὲ ἂν καὶ Ἰουδαῖοι, οἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν<sup>c</sup> μαυθάνοντες, καὶ ἐνηχοῦμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου· *Ἄκουε Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεὸς σου, Κύριος εἷς ἐστίν, καὶ πλὴν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἄλλος*· ἐπὶ ξύλου σταυροῦ ἰδόντες<sup>d</sup> προσηλωμένον αὐτόν· μᾶλλον δὲ καὶ σταυρώσαντες καὶ θάψαντες, καὶ οὐδὲ ἀναστάντα θεασάμενοι· ἀκούοντες, ὅτι Θεὸς ἐστὶν αὐτὸς οὗτος, καὶ τῷ Πατρὶ ἴσος, οὐκ ἂν μάλιστα πάντων ἀπεπήδησάν τε καὶ ἀπερβόγησαν; Διὰ τοι τοῦτο ἡρέμα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτοὺς προσβιάζουσι, καὶ πολλῆ μὲν κέχρηται τῇ τῆς συγκαταθέσεως οἰκονομίᾳ, δαψιλοστέρας δὲ ἀπολαύουσι<sup>e</sup> τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος, καὶ μερίζον ὧν αὐτοὺς πεποίηκεν ἐργάζονται τῷ αὐτοῦ νόματι, ἵνα ἐκατέρωθεν αὐτοὺς χαμαὶ κειμένους ἀναστήσωσι, καὶ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως πιστώσονται λόγον. Καὶ γὰρ τοῦτο μάλιστα ἐστὶ τοῦτὶ τὸ βιβλίον, ἀπόδειξις ἀναστάσεως. Τούτου δὲ πιστευθέντος, ὁδῶν καὶ τὰ ἄλλα προῦθαιεν. Ἡ μὲν οὖν ὑπόθεσις καὶ ὁ τοῦ βιβλίου σκοπὸς ἅπας, ὡς ἂν τις παχυμερῶς<sup>f</sup> συλλαβῶν εἴποι, οὗτος μάλιστα ἐστίν. Ἀκούσωμεν δὲ λοιπὸν αὐτῶν τῶν προοιμίων. *Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποίησάμην περὶ πάντων, ὃ θεόφιλε, ὡν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδύσκειν.* Τίνος ἕνεκεν αὐτὸν ἀναμνησθεῖ [4] τοῦ Εὐαγγελίου; Ἄσπερ τὴν οἰκίαν ἀκριθείαν ἐνδείξαται. Καὶ γὰρ ἀρχόμενος τῆς πραγματείας ἐκεῖνης φησὶν· *Ἔδοξε κάμωι παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριθῶς, καθεξῆς σοὶ γράψαι.* Καὶ οὕτε τῇ οἰκίᾳ ἀρκεῖται μαρτυρίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνάγει ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους τὸ πᾶν, λέγων· *Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπαρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου.* Διὸ τὸν λόγον ἀξιοπίστον ἐκεῖ ποιήσας, οὐδὲ δεῖται ἐνταῦθα ἐτέρας βεβαιώσεως, ἅπαξ αὐτοῦ πιστευθέντος, καὶ δι' ἐκεῖνον τὸ ἀκριθῶς αὐτὸν τῆς ἀληθείας κατηχήσας<sup>g</sup>. Ὁ γὰρ ἅπερ ἤκουσαν ἀξιοπίστος γενόμενος γράψαι, καὶ πιστευθεὶς, πολλῶν μᾶλλον ὁ ταῦτα συνθεὶς ἢ μὴ παρ' ἐτέρων παρεῖληφεν, ἀλλ' ἃ εἶδε καὶ ἤκουσε, πιστευθῆναι δίκαιος ἂν ἦν. Εἰ γὰρ τὰ τοῦ Χριστοῦ ἐδέξω, φησὶ, πολλῶν μᾶλλον τὰ τῶν ἀποστόλων. Τί οὖν<sup>h</sup>; ἱστορία μόνον τὸ πρᾶγμα ἐστίν, καὶ Πνεύματος ἁμοίρος ὁ λόγος; Οὐδαμῶς. Πῶς; Ὅτι ἅπερ οἱ ἀπαρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου αὐτῷ παρέδοσαν, τοῦ Πνεύματος ἦσαν. Καὶ διατὶ μὴ εἶπεν, ὅτι Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ Πνεύματος ἁγίου καταξωθέντες, ἀλλ', *Οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται γενόμενοι*; Ὅτι τοῦτο μάλιστα εἰς πίστιν ἐστὶν ἀξιοπίστον, τὸ παρὰ αὐτοπτῶν μαθεῖν· ἐκεῖνο δὲ καὶ ἀλαζονεία, καὶ τυφὸς ἂν ἔδοξε<sup>i</sup> τοῖς ἀνοήτοις. Διὸ καὶ Ἰωάννης οὕτως ἔλεγεν· *Ἐγὼ δώρακα καὶ μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ.* Καὶ ὁ Χριστὸς δὲ οὕτω διαλέγεται τῷ Νι-

<sup>c</sup> Morel. solus καθ' ἑκάστην καίπερ ἡμέραν. Ibid. μαυθάνοντας, sic Morel. et unius cod.; atque ita legit Erasmus. Savil. et alius cod. ἀκούοντας. <sup>d</sup> Alius ἄλλος καὶ ἐν τῷ σταυρῷ ἰδόντες. <sup>e</sup> Sic Savil. Morel. vero ἀπολαύουσι, unius cod. ἀπολαύουσι. <sup>f</sup> Alius παχυμερῶς. <sup>g</sup> Alii οὐδὲν δεῖται ἐπίσης ἀκρίθως... ἀληθείας ἀνάμνησις. <sup>h</sup> Καὶ τί δεῖ λέγειν. <sup>i</sup> ab omnibus mss. et hic εἶναι δοκεῖ.

κοδήμῳ παχυτέρῳ ὄντι· Ὁ οὐδαμῶν λαλοῦμεν, καὶ δ' εὐαράκαμεν μαρτυροῦμεν, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν οὐδεὶς λαμβάνει. Καὶ πάλιν δεῖκνυς, ὅτι πολλὰ καὶ ἀπὸ ἄλλων μαρτυρεῖν ἐστὶ, τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε· Καὶ ὑμεῖς ἁ μαρτυρεῖτε περὶ ἐμοῦ, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς μετ' ἐμοῦ ἔσθε. Καὶ αὐτοὶ οἱ ἀπόστολοι πολλοῦ οὕτω φασί· Μάρτυρες ἡμῖς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δ' ἔδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς κειθαρχοῦσιν αὐτῷ. Καὶ μετὰ ταῦτα δὲ πιστούμενος τὴν ἀνάστασιν ὁ Πέτρος ἔλεγεν· Ὅστινες συνεγράφομεν καὶ συνεκλώμεν αὐτῷ. Τάχον γὰρ τὴν παρὰ τῶν συγγενομένων ἀνθρώπων μαρτυρίαν ἐδέχοντο, διὰ τὸ τῆς περὶ τοῦ Πνεύματος ἐννοίας σφρόδρα τέως ἀποδεῖν. Διὰ τοῦτο καὶ Ἰωάννης ἐν τῇ τοῦ Εὐαγγελίου συγγραφῇ ἔλεγεν<sup>b</sup>, ὅτι αὐτὸς εἶδε, περὶ τοῦ αἵματος καὶ τοῦ ὕδατος διαλεγόμενος, τὴν ὄψιν αὐτοῦ ἀντὶ μαρτυρίας τιθεὶς μεγίστης· καίτοι ἔβλεψεν ἀκριβέστερα τὰ παρὰ τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' οὐ παρὰ τοῖς ἀπίστοις. Ἐπεὶ δὲ Πνεύματος μετεῖχεν ὁ ἀνὴρ, πολλαχόθεν δῆλον, ἀπὸ τε τῶν σημείων τῶν νῦν γινόμενων, ἀπὸ τε τοῦ καὶ τοὺς τυχόντας τότε μεταλαμβάνειν Πνεύματος, ἀπὸ τε τῆς Παύλου μαρτυρίας (Ὁδ' γὰρ, φησὶν, ὁ βραχίονας ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ), ἀπὸ τε τῆς κατὰ τὴν χειροτονίαν ψήφου. Εἰπὼν γὰρ τοῦτο, ἐπάγει· Ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἐκκλησιῶν, συνέκδημος ἡμῶν ἐν τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονοῦμένῃ ὑφ' ἡμῶν.

γ'. Καὶ ὅρα αὐτοῖς τὸ ἄτυπον. Οὐ γὰρ λέγει, Τὸ μὲν πρῶτον Εὐαγγέλιον, δ' εὐηγγελισάμην· ἀλλὰ, Τὸν [5] μὲν πρῶτον λόγον ἐποιήσαμην, μείζονα ἑαυτοῦ εἶναι νομίζων τοῦ Εὐαγγελίου τὴν προσηγορίαν. Καίτοι καὶ ὁ Ἀπόστολος ἐνταῦθεν αὐτὸν κοσμεῖ λέγων· Ὁδ' ὁ βραχίονας ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Ἀλλ' αὐτὸς μετρίάζει καὶ φησὶ· Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιήσαμην περὶ πάντων, ὃ Θεὸς ἐλε, ὃν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν· οὐκ ἀπλῶς, περὶ πάντων, ἀλλ' ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους. Ἀχρὶ γὰρ τῆς ἡμέρας, φησὶν, ἦς ἀνελήφθη. Καὶ μὴν Ἰωάννης δεῖκνυσιν, ὅτι οὐκ ἦν δυνατὸν πάντα γράψαι. Θέλων γὰρ τοῦτο δηλῶσαι, εἰπὼν, Ἄτινα ἐστὶν γράφονται καθ' ἐν, οὐδὲ αὐτὸν τὸν κόσμον οἶμαι χωρῆσαι, προσετίθει, Τὰ γραφόμενα βιβλία. Πῶς οὖν, φησὶ, περὶ πάντων οὕτως λέγει; Ἀλλ' οὐκ εἶπε, Πάντα, ἀλλὰ, Περὶ πάντων ὡς ἂν εἴποι τις, ἀδρομερῶς<sup>c</sup> καὶ παχυμερῶς<sup>d</sup>· ἢ περὶ πάντων λέγει, τῶν συνεχόντων καὶ κατεπιγόντων. Εἶτα δεῖκνυσι καὶ ποίων πάντων. Ὅν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, τὰ θαύματα καὶ τὰς διδασκαλίας αἰνιττόμενος. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ποίων ἐδίδασκεν. Ὅρα δὲ αὐτοῦ καὶ τὴν φιλόνητον καὶ ἀποστολικὴν γνώμην, εἰ καὶ ἐνὸς ἕνεκεν τοσαύτην ἐποιεῖτο ἀκριβείαν, ὡς ὀλόκληρον Εὐαγγέλιον γράψαι. Ἰνα γὰρ ἔχῃς, φησὶ, περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν. Καὶ γὰρ ἤκουσε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Οὐκ ἔστι θέλημα τοῦ Πατρὸς μου, ἵνα ἀπόληται εἰς τῶν μικρῶν τούτων. Καὶ τίνας ἕνεκεν οὐκ ἐν βιβλίῳ ἐποίησεν, ἐν τῷ Θεοφίλῳ ἐπιστέλλων, ἀλλ' εἰς δύο διεῖλεν ὑποθέσεις; Σαφηνείας ἕνεκεν, καὶ τοῦ διαναπαῦσαι τὸν ἀκροατὴν· ἄλλως δὲ, καὶ τῇ ὑποθέσει διηρημέναι εἶσιν<sup>e</sup> ἀπὸ πραγματείας. Σκόπει δὲ ὅπως ἑαυτοῦ τοὺς λόγους ὁ Χριστὸς διὰ τῶν ἔργων ἀξιόπιστους ἐποίησε.

<sup>a</sup> Unus cod. λαμβάνει. Διὰ τοῦτο πολλὰ καὶ ἀπὸ ἄλλων μαρτυρεῖν ἐπέτρεπε λέγων, καὶ Ἰημῖς. <sup>b</sup> Savil. et unus cod. ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τότε ἔλεγε. <sup>c</sup> Ἀδρομερῶς, confertim, summatim. Hinc vox apud Chrysostomum raris, habetur etiam supra tom. VI, in prologo ad Synopsin Scripturæ, p. 316. Non ergo ex hujus vocis ἀδρομερῶς usu νοθείας sententia ferenda est in Synopsim illam. <sup>d</sup> Morel. so'us post eisdem addit eis duo.

Περὶ πραότητος παρήγει, καὶ ἔλεγε· Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πραὸς εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. Ἐδίδασκεν ἀκτῆμονας εἶναι, καὶ τοῦτο ἐδείκνυτο· διὰ τῶν ἔργων· Ὁ γὰρ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει, ποῦ τὴν κεραιλὴν κλίνη, φησὶ. Πάλιν ἐκέλευσε τοὺς ἔχθρους ἀγαπᾶν. Ἐδίδαξε τοῦτο ἐπὶ τοῦ σταυροῦ εὐχόμενος ὑπὲρ τῶν σταυρούμενων. ἔλεγε, Τῷ θέλω σοὶ κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον. Ὁ δὲ οὐκ ἐπὶ τὰ ἱμάτια μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ αἷμα ἔδωκεν. Οὕτω καὶ τοῖς μαθηταῖς ἐκέλευσε ποιεῖν. Διὰ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε· Καθὼς ἔχετε τύπον ἡμῖς. Οὐδὲν γὰρ διδασκάλου ψυχρότερον, ἐν λόγοις φιλοσοφούντος μόνον. Τοῦτο γὰρ οὐ διδασκάλου, ἀλλ' ὑποκριτοῦ. Διὰ τοῦτο οἱ ἀπόστολοι πρότερον ἀπὸ τοῦ βίου ἐδίδασκον, καὶ τότε ἀπὸ τῶν ῥημάτων· μάλλον δὲ οὐδὲ ἔδει ῥημάτων αὐτοῖς, τῶν ἔργων βωόντων. Οὐκ ἂν δὲ τις ἀμάρτιοι καὶ τὸ πάθος αὐτοῦ πράξιν καλέσας· ἐν τῷ γὰρ παθεῖν ἐποίησε τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ἔργον ἐκεῖνο, τὸν θάνατον καταλύσας, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐργασάμενος. Ἀχρὶ ἦς ἡμέρας ἐντεταλμένος τοῖς ἀποστόλοις διὰ Πνεύματος ἁγίου, οὗς [6] ἐξελέξατο, ἀνελήφθη. Διὰ Πνεύματος ἐντεταλμένος, τουτέστι, Πνευματικὰ πρὸς αὐτοὺς εἰπὼν ῥήματα, οὐδὲν ἀνθρώπινον. Ἡ τοῦτο οὖν ἐστὶν εἰπεῖν, ἢ ὅτι διὰ Πνεύματος αὐτοῖς ἐνετείλατο. Ὅρα, πῶς ταπεινῶς ἐτι διαλέγεται περὶ αὐτοῦ, ὅς καὶ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ, λέγων· Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, καὶ γὰρ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐνήργει ἐν ἐκείνῳ τῷ ναφί. Τί δαὲ ἐνετείλατο; Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐνετείλαμαι ὑμῖν. Μέγα τῶν ἀποστόλων τὸ ἐγκώμιον, ὅταν τοιαῦτα ὡσιν ἐγκεχειρισμένοι· τῆς οἰκουμένης λέγω τὴν σωτηρίαν· ὅταν ῥήματα τοῦ Πνεύματος γέμοντα· δὴ που καὶ αἰνιττόμενος εἶπεν τὸ, Διὰ Πνεύματος ἁγίου· τουτέστι, Καὶ τὰ ῥήματα, ἃ ἐλάλησα ὑμῖν, Πνεῦμά ἐστι. Τοῦτο δὲ φησὶ, τὸν ἀκροατὴν εἰς ἐπιθυμίαν λοιπὸν ἄγων τοῦ μαθεῖν τὰς ἐντολάς, καὶ ἀξιόπιστους τοὺς ἀποστόλους ποίων, εἰ γε τὰ τοῦ Πνεύματος μέλλουσι λέγειν, καὶ τὰς τοῦ Χριστοῦ ἐντολάς. Ἐντεταλμένος οὖν, φησὶν, ἀνελήφθη. Οὐκ εἶπεν, Ἀνέβη, ἐπειδὴ ἐτι ὡς περὶ ἀνθρώπου διαλέγεται. Ἄρα καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐδίδασκε τοὺς μαθητάς· ἀλλὰ τὸν χρόνον τοῦτον οὐδεὶς εἶπεν ἡμῖν μετὰ ἀκριβείας ἅπαντα. Ἀλλ' ἐγγρονίζει μὲν αὐτῷ ὁ Ἰωάννης τῶν ἄλλων μᾶλλον, καὶ οὕτως· πάντα δὲ σαφῶς οὐδεὶς ἀπήγγειλε (πρὸς γὰρ ἔταρον ἠπειλούντο)· ἐμάθομεν δὲ ταῦτα διὰ τῶν ἀποστόλων· ἃ γὰρ ἤκουσαν καὶ εἶπον· Οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα. Εἰπὼν περὶ τῆς ἀναλήψεως πρότερον, λέγει καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ἀνελήφθη, ἵνα μὴ νομίση ὑφ' ἐτέρων αὐτὸν ἀνεληφθαι, ἐπήγαγεν· Οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα. Εἰ γὰρ ἐν τῷ μείζονι ἑαυτὸν παρέστησε, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ ἐλάττω.

δ'. Εἶδες, πῶς λανθανόντως παρασπείρει τὰ μεγάλα ταυτὶ δόγματα; Δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα διακονοῦμενος αὐτοῖς. Οὐ γὰρ ὡσπερ πρὸς τῆς ἀναστάσεως αἰετὸς μετ' αὐτῶν ἦν, οὕτω καὶ τότε. Ὅρα γὰρ. Οὐκ εἶπε ἑ, Τεσσαράκοντα ἡμέρας, ἀλλὰ, Δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα. Ἐπίστατο γὰρ, καὶ ἀπίστατο ἢ πάλιν. Τί δήποτε; Ἀνάγων αὐτῶν τὰς διανοίας, καὶ οὐκ ἐτι συγχωρῶν ὁμοίως πρὸς αὐτὸν διακείσθαι ὡς

<sup>e</sup> Unus codex καὶ ὑπεδείκνυτο. <sup>f</sup> Idem codex ὅρα καὶ μετὰ. <sup>g</sup> Savil. οὕτω καὶ τότε. Οὐ γὰρ εἶπε. <sup>h</sup> Savil. ἀπίστατο. Morel. et mss. ἀπίστατο.

illis ipsis qui viderunt narratur; illud vero arrogantiam et fastum præ se tulisset apud insipientes. Ideo Joannes dicebat: *Ego vidi, et testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei* (Joan. 1. 34). Christus vero sic alloquitur Nicodemum adhuc rudiorum: *Quod scimus loquimur, et quod vidimus testamur, et testimonium nostrum nemo accipit* (Id. 3. 11). Ac rursus os tendens multa ex oculorum testimonio dici, discipulis dicebat: *Et vos testificamini de me, quia ab initio mecum estis* (Id. 15. 27). Apostoli quoque sæpe ita loquuntur: *Testes nos et Spiritus sanctus, quem dedit Deus credentibus in se* (Act. 2. 32). Postea vero Petrus, ut resurrectioni fidem faciat, dicit: *Qui manducavimus et bibimus cum illo* (Ibid. 10. 41). Facilius enim eorum testimonium admittebant, qui versati fuerant cum illo, quod adhuc longe abessent a notitia Spiritus. Quamobrem Joannes in Evangelio dicebat se vidisse, de sanguine et aqua loquens, oculatum testimonium ut maximum ponens; etiamsi oculis certiora sint ea quæ a Spiritu proficiscuntur; sed non apud incredulos. Quod vero Spiritus particeps Lucas fuerit, ex multis perspicuum est; tum ex signis quæ tunc fiebant, tum quod illo tempore quilibet Spiritus essent participes; tum ex Pauli testimonio: *Cujus laus est in evangelio* (2. Cor. 8. 18), inquit; tum ex ordinationis calculo; post illud enim addit: *Sed et ordinatus est ab Ecclesia comes peregrinationis nostræ in hanc gratiam, quæ ministratur a nobis*.

3. Et vide quam sit a fastu alienus. Non enim dicit, Primum evangelium, quod evangelizavi; sed, *Primum sermonem feci*, se majorem esse putans evangelii appellationem: etiamsi illum inde apostolus celebrat, dicens: *Cujus laus est in evangelio*. Sed ille modeste sic loquitur: *Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cepit Jesus facere et docere*, non simpliciter, De omnibus, sed a principio ad finem usque: Usque ad diem, inquit, quo assumptus est. Atqui Joannes declarat non posse omnia scribi. Ut enim hoc ostendat, postquam dixerat: *Quæ si scribantur singula, nec ipsum arbitror mundum posse capere*, adjicit, *Eos qui scribendi sunt libros* (Joan. 21. 25). Quomodo igitur, inquires, hic de omnibus loquitur? At non dixit, Omnia, sed, *De omnibus*: ac si quis dicat summam et in genere; aut de omnibus quæ competunt et urgent. Deinde ostendit quæ sint illa omnia, *Quæ cepit Jesus facere et docere*; miracula nempe et doctrinam subindicans. Neque hoc tantum, sed quod etiam faciendum doceret. Vide autem illius benignum apostolicumque animum, qui vel illius hominis causa hanc suscepit accuratam operam, ut totum Evangelium scriberet. *Ut habeas, inquit, eorum, de quibus eruditus es, sermonum veritatem* (Luc. 1. 4). Audierat enim Christum dicentem: *Non est voluntas Patris mei ut pereat unus ex his pusillis* (Matth. 18. 14). Et cur non unum librum fecit nisi Theophilo mittendum, sed in duo partitus est argumenta? Perspicuitatis causa, et ut intermissionem daret auditori: alioquin vero distincta sunt amborum argumenta. Consideres autem velim, quomodo Christus per opera dictis suis fidem

conciiliarit. Ad mansuetudinem hortabatur, dicens: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde* (Matth. 11. 29). Docebat paupertatem, et illam per opera exhibebat: nam *Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet* (Id. 8. 20), inquit. Jubebat rursus inimicos diligere. Hoc in cruce docuit cum pro crucifigentibus precatus est. Dicebat, *Volenti tecum in judicio contendere et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium* (Id. 5. 40): ipse vero non solum vestimenta, sed etiam sanguinem suum dedit. Sic etiam discipulos suos facere jussit. Quapropter dicebat Paulus: *Sicut habetis formam nostram* (Philipp. 3. 17). Nihil enim frigidius doctore, qui verbis tantum philosophatur: neque enim hoc doctoris est, sed hypocritæ. Idcirco apostoli primum exemplo, hinc verbis docebant; imo non verbis opus habebant, operibus ipsis clamantibus. Neque aberraverit si quis passionem ejus actionem vocaverit: patiendi namque magnum illud mirabileque opus edidit, quo mortem solvit, ac reliqua omnia peregit. 2. *Usque in diem, qua præcipiens apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est. Per Spiritum præcipiens*, id est, spiritualia apud ipsos loquens præcepta, nihilque humanum. Vel hoc ergo dicendum; vel quod per Spiritum ipsis præceperit. Vides, quomodo adhuc de Christo humiliter loquatur, ut et ipse de se ipso loquebatur, dicens: *Si autem ego in Spiritu Dei ejicio demonia* (Matth. 12. 28)? Etenim Spiritus sanctus in illo templo operabatur. Quid autem præcepit? *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti; docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis* (Id. 28. 19. 20). Magna laus apostolorum, cum talia ipsis commissa sint, nimirum totius orbis salus; cum etiam verba Spiritu plena essent: id quod subindicans dicebat, *Per Spiritum sanctum*; id est, Verba quæ loquutus sum vobis, Spiritus sunt. Hoc porro dicit, ut auditorem ad concupiscentiam trahat discendi præcepta, apostolisque fidem conciliet: siquidem ea, quæ sunt Spiritus, loquuntur sunt, necnon præcepta Christi. Cum præcepisset, inquit, *Assumptus est*. Non dixit, *Ascendit*; quia de illo ut de homine adhuc loquitur. Post resurrectionem quoque fortasse discipulos docuit; sed hoc totum tempus nemo nobis accurate explicavit. Verum huic rei magis immoratur Joannes, quam cæteri, ut hic quoque; sed nullus omnia clarè recensuit: ad aliud quippe festinabant. Hæc porro didicimus per apostolos, qui ea quæ audierant retulerunt. 3. *Quibus et præbuit seipsum vivum*. Loquutus ante de assumptione, jam de resurrectione agit. Quia enim dixerat, *Assumptus est*, ne putares illum ab aliis assumptum fuisse, subjunxit, *Quibus et præbuit seipsum vivum*. Nam si in majori re seipsum exhibuit, multo magis in minori.

4. Viden' quomodo clanculum hæc magna disseminet dogmata? *Per dies quadraginta apparens eis*. Neque enim, ut ante resurrectionem, semper cum illis erat. Observa autem non dixisse illum, *Quadraginta diebus, sed, Per dies quadraginta*. Adveniebat enim, et avolebat rursus. Quare? Animos illorum ad altiora du-

cebat, nec sinebat illos perinde erga se affici atque antea. Nec sine causa hoc agebat, sed utrumque diligenter præparans, ut resurrectio crederetur, et ut major ipse putaretur esse, quam homo. Atqui hæc erant inter se contraria. Ut enim resurrectio crederetur, humana multa fieri oportebat; ut alterum vero firmaretur, non item. Attamen utrumque opportuno tempore factum est. Cur autem non omnibus, sed apostolis tantum apparuit? Quia multis id phantasma visum fuisset, qui arcanum mysterii non noverant. Si enim ipsi discipuli non credebant initio et turbabantur, tactuque manus opus habebant, necnon mensa communi, quomodo vulgus affectum fuisset? Quapropter ex miraculis indubitata reddit resurrectionem; ita ut non illis tantum tunc temporis hominibus, sed omnibus postea certa foret resurrectio. Quod enim in illis effecerunt conspecta signa, hoc in posteris omnibus per fidem futurum erat. Ideo hinc incredulos argumentis impetimus. Si non resurrexit, sed mortuus manet, quomodo in nomine ejus apostoli signa fecerunt? At non fecere miracula? Quomodo ergo gens nostra constitit? Non enim huic veritati obstant neque pugnabunt contra ea, quæ sub conspectum cadunt. Itaque quando dicunt, non facta fuisse miracula, tunc magis sese confundunt. Hoc enim maximum esset miraculum, si sine miraculis totus orbis accurrisset, a duodecim pauperibus et illiteratis hominibus captus. Neque enim pecuniis, non verborum sapientia, non alio simili modo piscatores vice- runt; ut vel inviti conflteantur divinam in illis esse virtutem: neque enim humanæ vires talia umquam facere potuerint. Ideo ille quadraginta diebus mansit post resurrectionem; tam longo conspectus sui spatium rei veritatem comprobans, ne id quod videbatur, phantasma esse putarent. Neque his contentus, mensam etiam addidit, id quod etiam postea dicit. 4. *Et convalescens cum illis.* Hoc autem ipsi apostoli semper in resurrectionis argumentum sumpserunt dicentes, *Qui manducavimus et bibimus cum illo (Act. 10. 41).* Quid autem apparens fecerit, per sequentia ostendit dicens: *Apparens illis, et loquens de regno Dei*<sup>1</sup>. Quia vero dejecti animis erant, et turbati ob ea, quæ facta fuerant, atque ad magna deinceps exituri erant certamina, sermone circa futura habito recreans illos, *Præcepit ab Jerosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris.* Primo in Galilæam deduxerat eos adhuc formidantes et tremantes, ut cum libertate dicta audirent. Deinde cum audissent, et in his per quadraginta dies essent versati, *Præcepit eis ab Jerosolymis ne discederent.* Quare? Sicut milites in agmina irrupturos nemo sinit exire, donec armati fuerint, neque equos ex carcere exsilire, priusquam aurigam uacti sint: sic neque illos ante adventum Spiritus sancti in acie comparere permisit, ne facile a multis caperentur. Neque propterea tantum, sed quia multi erant illic credituri. Ad hæc vero, ne quidam dicerent ipsos, missis notis et contribulibus suis, ad ex-

<sup>1</sup> Alius legit: *Quid autem fecerit per quadraginta dies apparens eis? loquebatur de regno Dei.*

traneos ostentationis causa migrasse; idcirco apud eos ipsos, qui Jesum occiderant, signa præbent resurrectionis, apud eos, inquam, qui crucifixæ, qui sepelierant, in ipsa urbe ubi facinus impium patratum fuerat; ita ut extranei omnes hinc obmutescere cogèrentur. Cum enim ii, qui crucifixæ, inter credentes comparerent; hinc certe et crucis et tam iniqui facinoris certum indicium, et resurrectionis magnum eucebatur argumentum. Deinde ne dicerent, Quomodo ergo poterimus inter tam multos homines nefarios et homicidas degere, nos qui ita pauci et viles sumus? vide quomodo hanc angustiam expedit et solvat dicens: *Sed expectarent promissionem Patris, quam audistis a me.* Et quandoam, inquit, audierunt? Cum diceret: *Expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos (Joan. 16. 7);* et rursus, *Ego rogabo Patrem, et alium Paracletum mittet vobis, ut maneat vobiscum (Id. 14. 16).*

5. Et cur non Christo præsentem, vel non statim post ejus discessum, advenit Spiritus, sed Christus quadagesima die ascendit, Spiritus vero advenit cum compleretur dies Pentecostes? Ac, si nondum advenerat ille, quomodo Christus dicebat: *Accipite Spiritum sanctum (Id. 20. 22)?* Ut illos capaces redderet atque idoneos accipiendo Spiritui. Si enim angelum visurus Daniel, dissolvebatur (*Dan. 8. 17*), multo magis hi id passuri erant, tantam accepturi gratiam. Vel hoc dicendum est, vel quod rem futuram ut jam factam diceret; ut cum ait: *Calcate supra serpentes et scorpiones, et supra omnem virtutem inimici (Luc. 10. 19).* Cur autem non tunc statim advenit? Oportebat eos rei desiderio teneri, atque ita gratiam accipere. Ideo postquam ille discesserat, Spiritus advenit. Si illo præsentem venisset, non in tanta expectatione fuissent. Idcirco neque statim post ascensionem ejus advenit, sed post octo vel novem dies. Ita et nos tum maxime excitamur erga Deum, cum in necessitate constituti sumus. Ideoque Joannes tunc mittit discipulos suos ad Christum, quando illo opus habituri erant, Joanne in carcere degente. Alioquin vero oportebat in cælo comparere naturam nostram, et perfectam reconciliationem fieri, ac tum venire Spiritum, puramque percipi voluptatem. Nam si Spiritu præsentem, Dominus abisset, ille vero mansisset, non tanta fuisset consolatio; Christo enim admodum hærentes, ab illo ægre divulsi fuissent. Unde et consolans illos dicebat: *Expedit vobis ut ego vadam (Joan. 16. 7).* Ideo missionem Spiritus per aliquot dies differt, ut aliquandiu mœsti, et, ut dixi, in necessitate constituti, plena et pura fruerentur voluptate. Si vero minor esset Filio Spiritus, non fuisset sufficiens consolatio: quomodo enim dixisset, *Expedit vobis?* Ideo major illi doctrina reservata est, ne illum minorem putarent. Consideres velim quantam illis necessitatem imposuerit manendi Jerosolymis, cum promisisset se illic Spiritum præbiturum esse. Nam ne rursus post assumptionem ipsius fugerent, hæc expectatione, ceu vinculo, illos omnes ibi retinet.

περ και εμπροσθεν. Οὐχ ἀπλῶς δὲ τοῦτο ἐποίει, ἀλλ' ἐκάτερα μετὰ ἀκριβείας κατασκευάζων, και τὸ πιστευθῆναι τὴν ἀνάστασιν, και τὸ μείζονα αὐτὸν νομισθῆναι λοιπὸν ἢ κατὰ ἀνθρώπων. Καίτοιγε ταῦτα ἐναντία ἦν. Ὑπὲρ μὲν γάρ τοῦ πιστευθῆναι τὴν ἀνάστασιν πολλὰ ἂ ἀνθρώπινα ἴδαι γενέσθαι· ὑπὲρ δὲ θατέρον, τούναντίον. Ἄλλ' ὁμως ἀμφοτέρα γέγονε μετὰ τοῦ προσήκοντος καιροῦ. Τίνος δὲ ἔνεκεν οὐχὶ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀποστόλοις ἐφάνη; Ὅτι φάντασμα ἢ ἂν ἔδοξεν εἶναι τοῖς πολλοῖς, οὐκ εἶδότε τὸ ἀπύρρητον τοῦ μυστηρίου. Εἰ γὰρ και αὐτοὶ οἱ μαθηταὶ ἠπίσταν τὴν ἀρχὴν και [7] ἐθορυβοῦντο, και ἀφῆς ἐδέθησαν τῆς διὰ χειρὸς, και τραπέζης, τί τοὺς πολλοὺς εἰκὸς παθεῖν ἦν; Διὰ τοι τοῦτο ἐκ τῶν σημείων ἀναμφίβολον ποιεῖ τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀπόδειξιν, ὡστε μὴ τοῖς τότε μόνον, ἀλλὰ και πᾶσι τοῖς μετὰ ταῦτα φανερὰν γενέσθαι τὴν ἀνάστασιν. Ὅπερ γὰρ ἐκεῖνοις ἐκ τῆς ἔψεως τῶν σημείων, τοῦτο ἐκ τῆς πίστεως πᾶσιν ὑστερον ἐμελλεν ἔτεσθαι. Διὰ τοι τοῦτο και τοὺς ἀπίστους ἐνεῦθεν συλλογιζόμεθα. Εἰ γὰρ οὐκ ἀνέστη, ἀλλὰ μένει νεκρὸς, πῶς ἐν τῷ ὄνοματι αὐτοῦ οἱ ἀπόστολοι σημεῖα ἐποίησαν; Ἄλλ' οὐκ ἐποίησαν σημεῖα; Πῶς οὖν συνέστη τὸ ἔθνος τὸ ἡμέτερον; Οὐ γὰρ δὴ και πρὸς τοῦτο ἀντιστήσονται, οὐδὲ τοὺς ὀρωμένους μαχῆσονται. Ὅστε ὅταν λέγῃσι μὴ γενέσθαι σημεῖα, μείζονως ἑαυτοὺς καταισχύνοσι. Τοῦτο γὰρ μέγιστον σημεῖον, τὸ χωρὶς σημείων τὴν οἰκουμένην προσδραμεῖν ἄπασαν, ὑπὸ δώδεκα πτωχῶν και ἀγραμμάτων ἀνθρώπων ἀλιευθεῖσαν. Οὐδὲ γὰρ πλουτῶν χρημάτων, οὐ σοφία λόγων, οὐκ ἄλλῃ τιλ ἐπιούτη περιεγέγοντο οἱ ἀλιεῖς· ὡστε και ἀκοντες ὀμολογῶσιν θεῖαν εἶναι ἐν αὐτοῖς δύναμιν, ἀμήχανον γὰρ ἀνθρωπίνην ἰσχὺν δυνηθῆναι τοσαῦτά ποτε. Διὰ τοι τοῦτο και αὐτὸς τεσσαράκοντα ἡμέρας ἔμεινε μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἔλεγχον διδοὺς ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ τῆς ἔψεως τῆς οἰκείας, ἵνα μὴ φάντασμα εἶναι νομισῶσι τὸ ὀρώμενον. Καὶ οὐδὲ τοῦτῳ ἠρέεσθη, ἀλλὰ και τράπεζαν προσετίθει. Ὅπερ οὖν και προῖων λέγει· *Και συναλιζόμενος αὐτοῖς*. Τοῦτο δὲ αἰ και αὐτοὶ οἱ ἀπόστολοι τεκμήριον ἐπιούουντο τῆς ἀναστάσεως λέγοντες· *Οἵτινες συνεφάγομεν και συνεπίομεν αὐτῷ*. Τί δὲ και φαινόμενος ἐποίηι, δι' ὧν ἐπήγαγε δεῖκναι λέγων· *Ὁπτανόμνος αὐτοῖς, και λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ*. Ἐπεὶ δὲ και ἰσχυροὶ ἦσαν, και τετραγαμένοι τοῖς ἡθῆς γεγενημένοις, και πρὸς μέγαλλος ἐμελλον λοιπὸν ἐξείναι ἀγῶνας, τοῖς περὶ τῶν μελλόντων αὐτοῦ ἀνακτώμενος λόγοις, *Παρήγγειλεν ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς*. Πρῶτον αὐτοὺς εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐξήγαγε, δεδοικότες ἔτι και τρέμοντας, ἵνα μετὰ ἀδείας ἀκούσῃσι τῶν λεγομένων. Εἶτα, ἐπειδὴ ἤκουσαν, και τεσσαράκοντα συνδιέτριψαν ἡμέρας, *Παρήγγειλε μὴ ἀπὸ Ἱεροσολύμων χωρίζεσθαι*. Τί δήποτε; Καθάπερ τινὰς στρατιώτας μέλλοντας εἰς πληθὸς ἐμπίπτειν, οὐδεὶς ἀφίησιν ἐξελεῖν, ἕως ἂν ὀπλισῶνται· οὐδὲ ἵππους προπηδᾶν τῆς βαλίδος, ἕως ἂν τὸν ἡνίοχον λάθωσιν· οὕτω δὴ και αὐτοὺς πρὸ τῆς τοῦ Πνεύματος καθόδου φανῆναι ἐπὶ τῆς παρατάξεως οὐκ ἔφθει, ὡστε μὴ γενέσθαι εὐχειρώτους και ἀλωσίμους τοῖς πολλοῖς. Οὐ δὲ διὰ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ και ἐπειδὴ πολλοὶ ἦταν

<sup>a</sup> Unus cod. ἀνάστασιν, και τὸ μείζονα αὐτὸν νομισθῆναι λοιπὸν ἢ κατὰ ἀνθρώπων, πολλὰ. ἢ Morel. solus ἔτι φάντασμα. <sup>c</sup> Alius τί δὲ ἐποίει τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας ὀπανόμενος; Διελέγετο αὐτοῖς τὰ περὶ τῆς. <sup>d</sup> Unus ἐπειδὴ καὶ. Intra λοιπὸν deest in quibusdam mss.

οἱ μέλλοντες πιστεύειν αὐτόθι. Και πρὸς τοῦτους πάλιν, ἵνα μὴ λέγῃσι τινες, ὅτι τοὺς γνωρίμους ἀφέντες παρὰ τοῖς ξένοις ἦλθον κομπάσαι, τοῦτο χάριν παρ' αὐτοῖς τοῖς πεφονευκῶσι παρέχουσι τὰ τεκμήρια τῆς ἀναστάσεως, παρ' αὐτοῖς τοῖς ἐσταυρωκῶσι, τοῖς θάψασιν, [8] ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἐν ἣ τὸ πρᾶγμα τὸ παράνομον ἐτολήθη, ὡστε και τοὺς ἐξωθεν ἐπιστομισθῆναι ἄπαντας. Ὅταν γὰρ οἱ ἐσταυρωκότες αὐτοὶ φαίνωνται και πεπιστευκότες, εὐδὸλον, ὅτι και ὁ σταυρὸς και τοῦ τολήματος ἐδείκνυτο ἡ παρανομία, και τῆς ἀναστάσεως πολλὴ ἡ ἀπόδειξις. Εἶτα ἵνα μὴ λέγῃσι, Πῶς οὖν δυνησόμεθα μεταξὺ ἀνθρώπων μιαιφῶν και φονούντων, και τοσοῦτων ὄντων, ὄλιγοι και εὐτελεῖς ὄντες μένειν, ὅρα, πῶς λύει τὴν ἀγωνίαν, εἰπὼν· *Ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου*. Και τότε ἤκουσαν, φησὶν; Ὅτε ἔλεγε· *Συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλω*. Ἐάν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς· και πάλιν, Ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, και ἄλλον Παράκλητον πέμψει ὑμῖν, ἵνα μένη μεθ' ὑμῶν.

ε'. Και τίνος ἔνεκεν οὐχὶ παρόντος αὐτοῦ οὐδὲ ἀπελθόντος εὐθέως παρεγένετο, ἀλλ' αὐτὸς μὲν τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ ἀνήλθε, τὸ δὲ Πνεῦμα παρεγένετο ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς; Και πῶς, εἰ μὴδέπω παρεγεγόνει, ἔλεγε, *Ἀδελφες Πνεῦμα ἄγιον*; Ἴνα δεκτικούς αὐτοὺς ποιήσῃ, και ἀρκούντας πρὸς τὴν ὑποδοχὴν. Εἰ γὰρ ἀγγελον μέλλον ὄρᾶν ὁ Δανιὴλ παρέτετο, πολλῶν μάλλον οὗτοι μέλλοντες τοσαύτην δέχεσθαι χάριν. Ἡ τοῦτο οὖν ἔστιν εἰπεῖν, ἡ ὅτι τὸ μέλλον ἔσεσθαι ὡς ἡθῆς γεγενημένον εἴρηκεν, ὡπερ ὅταν λέγῃ, *Πατεῖτε ἐκάνω ὄφρων και σκορπίων, και ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ*. Τίνος δὲ ἔνεκεν οὐκ εὐθὺς τότε παρεγεγόνει; Ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτοῦς ἔδει γενέσθαι τοῦ πράγματος, και οὕτω δέξασθαι τὴν χάριν. Διὰ τοῦτο ὅτε αὐτὸς ἀπέπητ', τότε ἐκεῖνο ἦλθεν. Εἰ δὲ ἦλθε, παρόντος αὐτοῦ, οὐκ ἂν ἐν τοσαύτῃ ἐγένοντο προσδοκία. Διὰ τοῦτο οὐδὲ εὐθέως ἀνελθόντος αὐτοῦ παραγίνεσθαι, ἀλλὰ μετὰ ὀκτῶ ἡ ἐννέα ἡμέρας. Οὕτω και ἡμεῖς πρὸς τὸν Θεὸν τότε μάλιστα διεχειρόμεθα, ὅταν ἐν χρεῖᾳ καταστῶμεν. Διὰ τοῦτο και Ἰωάννης τότε μάλιστα πέμπει τοὺς μαθητὰς πρὸς τὸν Χριστὸν, ὅτε ἐμελλον ἐν χρεῖᾳ εἶναι τοῦ Ἰησοῦ, τὸ δεσμητήριον οἰκούντος ἐκεῖνου. Ἄλλως δὲ, ἔδει ἐν οὐρανῷ φανῆναι τὴν ἡμετέραν φύσιν, και τὰς καταλλαγὰς γενέσθαι ἀπρητισμένας, και τότε ἐλθεῖν τὸ Πνεῦμα, και καθαρὰν γενέσθαι τὴν ἡδονήν. Εἰ γὰρ παρόντος αὐτοῦ, ὁ μὲν ἀπῆλθεν, ὁ δὲ ἔμεινε, οὐκ ἂν τὸσαῦτα τὰ τῆς παραμυθίας· και γὰρ σφόδρα αὐτοῦ δυσασπαστῶς εἶχον. Διὸ και ἔλεγε παραμυθούμενος αὐτοῦς· *Συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλω*. Διὰ τοῦτο και ἡμέρας ἀναμένει τὰς μεταξὺ, ἵνα μικρὰν ἀθυμήσαντες, και ἐν χρεῖᾳ, ὅπερ ἔφην, καταστάντες, ὀλόκληρον και καθαρὰν καρπώσωνται τὴν ἡδονήν. Εἰ δὲ ἔλαττον ἦν τὸ Πνεῦμα, οὐκ ἦν ἀρκοῦσα ἡ παραμυθία. Πῶς δὲ και ἔλεγε, *Συμφέρει ὑμῖν*; Διὰ τοῦτο τὰ μείζονα αὐτῷ τετήρηται τῆς διδασκαλίας, ἵνα μὴ βλαττον αὐτὸ νομισῶσι. Σκόπει δὲ ἡλίκτην αὐτοῖς ἀνάγκην ἐπέθηκεν ἐν Ἱεροσολύμοις εἶναι, τῷ ὑποσχέσθαι ἐκεῖ τὸ Πνεῦμα παρέχεσθαι. Ἴνα γὰρ μὴ πάλιν [9] μετὰ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ φύγῃσι, τῇ προσδοκίᾳ ταύτῃ καθάπερ τιλ δεσμῷ κατέχει πάντας αὐτοὺς ἐκεῖσε. Εἰπὼν δὲ, *Περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου*, ἐπήγαγεν·

<sup>e</sup> Morel. παρῖετο, Savil. διελέετο. Utraque lectio quatuor potest. <sup>f</sup> Savil. in marg.





Postquam autem dixit : *Ut expectarent promissionem Patria, quam audistis a me*, subdit : 5. *Quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu sancto non post multos hos dies*. Ostendit demum, quantum intersit Joannem inter et ipsum; jam non adumbrate ut antea : nam obscure admodum loquutus fuerat, quando dixit : *Qui autem minor est in regno cœlorum, major est illo* (Matth. 11. 11) : sed nunc manifestius : *Joannes*, inquit, *baptizavit aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu sancto*. Non jam utitur testimonio; sed personam tantum memorat, in memoriam revocans ea, quæ prius dixerat, significatque ipsos jam majores esse Joanne; siquidem in Spiritu et ipsi baptizaturi erant. Non dixit, Vos ego baptizo in Spiritu sancto, sed, *Baptizabimini* : docens nos humilitatem. Nam ex testimonio Joannis palam erat ipsum baptizatum esse; dixit enim : *Ille vos baptizabit in Spiritu sancto et igne* (Luc. 3. 16) : ideoque illum unum memoravit. Evangelia igitur historia sunt eorum, quæ Christus fecit et dixit : Acta vero eorum quæ alius Paracletus dixit et fecit. Ille namque jam olim multa operabatur, sicut etiam Christus nunc operatur, et olim quoque operabatur; sed tunc per templum, nunc per apostolos. Et tunc quidem in virgineum uterum venit, et templum formavit; nunc autem in animas venit apostolicas : tunc in specie columbæ, nunc in specie ignis. Quare? Illic mansuetudinem exhibebat, hic vero ultionis severitatem. Judicium autem oportune commemorat. Cum enim peccata condonanda erant, multa opus erat mansuetudine : quia vero donum consequuti sumus, jam tempus est judicii et examinis. Quomodo autem dicit, *Baptizabimini*, cum aqua non esset in cœnaculo? Quia Spiritus est, per quem aqua operatur : quemadmodum Christus unctus fuisse dicitur, licet nunquam oleo unctus fuerit, sed Spiritum acceperit. Alioquin vero ipsos aqua baptizatos fuisse reperire est, et in diversis temporibus. Apud nos enim utrumque uno eodemque fit tempore, tunc autem diversis temporibus. Initio namque a Joanne baptizati sunt; nec mirum est. Nam si meretrices et publicani ad illud baptismum venerunt; multo magis ii, qui postea a Spiritu baptizandi erant. Deinde, ne dicerent, rem in promissis semper esse (nam multa hac de re dicta fuerant); neve putarent operationem esse sine re aliqua, illos ab hac suspicione abducens, ait : *Non post multos hos dies*. Neque iudicavit quando, ut semper vigilarent; sed brevi futurum dixit, ne animo delicerent; nec addidit quando, ut semper vigiles essent. Neque hoc tantum modo illos ad credendum inducit, scilicet per brevitatem temporis; sed etiam cum dicit, *Promissionem quam audistis a me*; id est : Non nunc vobis tantum dixi, sed jam promisi, quæ omnino facturum sum. Quid ergo miraris, si diem consummationis non dicat, qui hunc vicinum diem noluit indicare? Idque jure merito, ut nimirum expectando vigilarent ac solliciti essent.

6. Non potest enim, non potest, inquam, gratia frui qui non vigilat. Annon vides, quid dicat Elias

discipulo? *Si videris me cum assumar, erit tibi sic* (4. Reg. 2. 10) : id est, Continget tibi hoc quod postulas. Christus quoque solebat accedentibus dicere, *Credis?* Etenim nisi rei datæ admodum hæserimus, beneficium non valde sentiemus. Sic et Paulo non statim data est gratia, sed triduum intercessit quo cæcus erat, atque interim metu purgabatur et præparabatur. Quemadmodum enim qui purpuram tingunt, prius quibusdam aliis præparant id, quod tincturam accepturum est, ne flos evanidus sit : ita hic quoque Deus prius sollicitam animam præparat, et tunc gratiam infundit. Idcirco non statim Spiritum misit, sed in Pentecoste.

*Cur baptismus tempore Chrysostomi in Pentecoste non daretur.* — Quod si quis dixerit : Cur nos non hoc tempore baptizamus? respondebimus, gratiam eandem tunc fuisse quæ nunc est; sed mentem sublimiorem nunc esse, quod jejuniis præparetur. Pentecostes vero tempus habet aliquam rationem non ineptam. Quænam illa est? Existimaverunt patres nostri, baptismum esse frenum idoneum malæ concupiscentiæ, magnamque doctrinam continere, ut vel tempore deliciarum temperantes simus. Ac si ergo cum Christo epulemur, meusæ ejus consortes, ne quid temere faciamus, sed in jejuniis, precibus et temperantia multa degamus. Nam si is, qui sæcularem quamdam præfecturam aditurus est, sibi parat quiddam ad vitam pertinet; et ut dignitatem quamdam assequatur, pecunias impendit, tempus consumit, et sexcentos subit labores; quo nos digni fuerimus supplicio qui cum tanta socordia regnum cœlorum adimus, neque antequam assequamur solliciti, et post acceptum ignavi? Ideo enim postquam accepimus, segnes sumus, quia antequam acciperemus, non vigilavimus. Idcirco multi postquam acceperunt, protinus ad priorem vomitum redierunt, pejores sunt effecti, et gravius sibi supplicium attraxerunt, a prioribus liberati peccatis : hincque magis judicem ad iram concitarunt, quod a tanto soluti morbo, ne sic quidem resipuerint; sed illud passi sint, quod paralytico comminatus est Christus, dicens : *Ecce sanus factus es; noli amplius peccare, ne quid tibi deterius contingat* (Joan. 5. 14) : quodque de Judæis prædixit, ostendens ipsos ingrati animi causa intolerabilia passuros esse : *Si non venissem et loquutus fuisset eis, peccatum non haberent* (Joan. 15. 22). Itaque posthac dupla et quadrupla sunt peccata. Quo pacto? Quia post collatum honorem ingrati sumus et improbi. Quapropter nihil nobis proficit lavacrum, ut mitius puniamur. Animadvertite porro : in gravia peccata quis incidit; vel cædem, vel adulterium, vel aliud quidpiam deterius admisit : hæc per lavacrum remissa sunt. Nullum quippe est, nullum est certe peccatum, nulla impietas, quæ huic dono non cedat : divina quippe est gratia. Rursum mœchatus est quis et occidit : primum quidem adulterium solutum est, et cædes condonata, neque revocatur : *Dona quippe Dei et vocatio ejus sunt sine pœnitentia* (Rom. 11. 29). Sed pro iis, quæ post baptismum perpetrata sunt

tautas damus poenas, quantas si illa revocata non fuissent, imo longe majores. Non enim jam simplex est peccatum, sed duplex et triplex. Quod autem horum major sit ultio, audi quid dicat Paulus: « Irritam quis faciens legem Moysis, sine ulla misericordia duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, et spiritui gratiæ contumeliam fecerit (Hebr. 10. 28. 29)? »

*Contra eos qui baptisma differebant.* — Fortasse multos avertimus, ne nunc accipiant baptisma. Verum non hæc illa de causa diximus, sed ut qui jam acceperunt, in multa maneant temperantia et modestia. At metuo, dicet aliquis. Si metueres, accepisses utique et servasses. Verum, inquit, ea ipsa de causa non accipio, quod metuam. Annon metuis sic ex hac vita decedere? Clemens, inquit, est Deus. Igitur accipe baptisma: clemens enim est et opitulatur. Tu vero ubi oporteret studiose rem agere, illam non præstendis clementiam; ubi vero differre optas, tunc illam clementiam memoras. Atqui tunc tempus esset utendi illa clementia, atque illum tum magis assequemur, cum ea quæ penes nos sunt afferemus. Etenim is, qui omnia in Deum rejicit, et post baptisma peccat utpote homo, per poenitentiam venia donabitur: qui vero de Dei clementia quasi argute agit, si gratiæ expers hinc decedat, inevitabili supplicio plectetur. Cur autem hæc adversus salutem tuam præstendis? Impossibile enim est, impossibile, ut puto, est, eum, qui tali spe fultus differt, strenuum quid aut bonum operari. Tu vero cur tantum metum suscipis, et incertum futurum præstendis? cur non metum illum in laborem et diligentiam mutas, ut sis magnus et mirabilis? utrum melius est, timere, an laborare? Si quis te collocaret otiosum in domo ruinæ proxima, diceretque, Expecta donec contignatio jam putris in caput tuum cadat (nam forte cadet, forte non cadet); sin non placet, operare, et in tutiore habita thalamo: utrum potius eligeres, otiumne illud timore plenum, an laborem spe fultum? Ita et nunc facito. Nam incertum illud futurum, est quasi domus in ruinam vergens; illa vero operatio, etsi laboriosa, securitatem spondet.

7. Absit ergo ut in tantam necessitatem incidamus, ut post lavacrum peccemus. Attamen si quid simile accidat, ne sic quidem desperemus. Clemens enim est Dominus, multasque nobis dedit remissionis postea impetrandæ vias. Cæterum sicut ii, qui post lavacrum peccant, gravius puniuntur, quam catechumeni: sic qui sciunt poenitentia esse remedia, nec iis uti volunt, graviora patientur. Quanto enim major est Dei clementia, tanto magis supplicium augetur, si non illa ut oportet utamur. Quid dicis, o homo? Tantis plenus malis ac deploratus, amicus repente factus es, et ad culmen honoris evectus, non ex propriis laboribus, sed ex dono Dei, et rursus ad pristinam reversus es turpitudinem, etiamsi hinc graviter cruciandus sis: ille vero neque sic aver-

sus est; sed mille salutis ansas Deus dedit, per quas amicus efficiaris: tu vero ne sic quidem vis laborem suscipere. Et qua tandem venia dignus eris? quomodo non te jure gentiles derideant, ceu fucum quempiam temere frustra que viventem? Nam si valet, inquit, philosophia vestra, quid sibi vult illa non initiatorum multitudo? Præclara certe atque expetenda mysteria. Sed nullus expectet, ut animam agens lavacrum accipiat. Non enim mysteriorum tempus illud est, sed testamentorum: mysteriorum autem tempus est sanitas mentium, et animæ temperantia. Dic enim mihi: si testamenta non vult quis sic affectus edere, sed et si ediderit, ansam dat postea litigandi; ideoque qui testantur hæc addunt verba: Ego vivens, et mente valens mea dispono: quomodo is, qui sui compos non est, poterit accurate mysteriis initiari? Si enim de sæcularibus rebus non sinunt externæ leges testari eum, qui omnino mente non valeat, cum tamen de suis facultatibus præscripturus sit: quomodo de regno cælorum deque arcanis illis bonis institutus poteris clare omnia discere, cum sæpe ob morbum mente captus sis? quandonam verba illa Christo dices, Consepultus cum illo, cum jam migraturus sis? Nam et operibus et verbis benevolentia illi exhibenda est. Tu vero perinde facis, ac si quis postulet adscribi militiæ, cum jam bellum est solvendum; aut si athleta tum vestes exuat, cum spectatores surgunt. Nam ideo arma sumis, non ut protinus aufugias; sed ut illis instructus, contra hostem tropæum erigas. Nemo putet intempestivum hunc sermonem esse, quia non in Quadragesima nunc sumus (a). Ideo namque discrucior, quod in talibus rebus tempus observetis. Etenim eunuchus ille et barbarus iter agens, media in via cum esset, tempus non exquisivit (Act. 8. 27): nec custos carceris ille, inter viectos, cum magistrum videret flagellis cesum et vinctum, et in carcere mansurum (Id. 16. 29). Hic autem plerique, non in carcere, non in via constituti, differunt, idque ad extremum usque vitæ halitum.

8. *Baptisma non differendum.* — Quod si adhuc ambigis num Christus sit Deus, foris stato, nec divina verba audias, neque inter catechumenos te annumeres: sin confidis, et hoc probe cognoscis, quid cunctaris? cur refugis et segnis es? Vereor, inquit, ne peccem. Quod vero deterius est non vereris, ne cum tantis sarcinis illo abeas? Non enim par culpa est propositam gratiam non assequi, et rem aggressum, frustra conatum esse. Dic mihi, si redarguaris, cur non accesseris, cur non recte rem perfeceris, quid dices? Illic enim forte allegare posses onus præceptorum<sup>1</sup> et virtutis; hic vero nihil simile. Gratiæ enim est gratis dans libertatem. Verum times, ne pecces? Hoc post baptisma dicit. Tunc time, ut serves libertatem, quam accepisti; non ut tantum donum gratis non accipias. Nunc autem ante bap-

<sup>1</sup> Alius legit, *affectuum*, pro, *præceptorum*.

(a) In Quadragesima quippe de non differendo baptismo concionari solebant.





sma pius es, post baptismum segnis. Sed tempus Quadragesimæ expectas? Qua de causa? num amplius quid habet illud tempus? Apostoli namque non in Paschate gratia dignati sunt, sed alio tempore: illa tria et quinque millia non in Paschate baptizata sunt, ut neque Cornelius, eunuchus, et alii plurimi. Ne itaque tempus expectemus, ut ne cunctantes et differentes, vacui et expertes tantorum honorum abeamus. Quantum putatis me discrucari, cum audio quempiam non initiatum obiisse, et cogito intolerabilia illa supplicia inevitabilemque cruciatum? rursus quam angor, cum alios video ad extremum halitum deductos, non tamen resipiscere? Ideo multa fiunt hoc tanto dono indigna. At cum oporteret gaudere, choreas agere, lætari, coronari, cum quispiam initiatur; quando ægroti uxor audit, id a medico statutum fuisse, quasi in magno infortunio plangit, et lamentatur (a): hinc gemitus et ejulatus per totam domum, ac si damnatus quispiam ad necem duceretur. Ille quoque tunc magis dolet, et si a morbo convalescat, gravius cruciatur, ac si magno affectus esset damno. Quia enim non erat ad virtutem præparatus, segniter agit deinceps, et certamina refugit. Viden' quantas machinas diabolus apparet, quantum risum, quantum ludibrium? Ab hoc itaque ludibrio nos subdu-

(a) Tunc utique multi, quos frequenter carpunt Chrysostomus, Augustinus alique Patres, baptismum differebant usque ad mortis articulum. Si quando igitur medici monebant periclitantem conjugatum baptizandum esse, uxor quasi mox amissura virum, ejulatus magnos edebat; ut etiam nunc sæpe contingit, quando ægro conferenda est extrema uocatio.

camus: vivamus ut præcepit Christus. Ideo baptismum ledit, non ut statim abscedamus, sed ut post baptismum viventes fructus proferamus. Quomodo abeunt et exciso dices, Fructifica? non audisti, quod *Fructus Spiritus sit, caritas, gaudium, pax* (Gal. 5. 22)? Quomodo igitur contraria eveniunt? Etenim uxor adstat lugens, cum gaudere oporteret; liberi plorant, cum gratulari par esset: is ipse qui jacet obtenebratus, tumultu ac perturbatione plenus est, cum oporteret festum agere; in mœrore totus, quod filios orbos relinquat, uxorem viduam, domum desertam. Num sic, quæso, acceditur ad mysteria? num sic aditur sacra mensa? hæcine ferenda? Si Imperator missis literis vinctos in carcere solvat, gaudium est ac lætitia: Deus autem mittit Spiritum de cælis, non pecuniæ reliquias, sed universa peccata condonans, omnesque lugetis et ingemiscitis? Quæ est hæc inæqualitas? Nondum enim dico, quod mortuis infusa sit aqua, et quod sancta projecta sint in terram: non enim nos in causa sumus, sed ingrati quidam. Proinde rogo, ut omnibus omissis nosmetipsos convertamus, et cum omni alacritate ad baptismum accedamus; ut cum<sup>1</sup> in præsentī vita magnam exhibuerimus diligentiam, futuram consequamur fiduciam: quatinus nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

<sup>1</sup> Alius habet.... *ut, omnibus omissis, illud curemus ne ante initiationem ex hac vita egrediamur, Baptismum accipere festinantes cum omni alacritate; ut cum,* etc.

## HOMILIA II.

CAP. 1. v. 6. *Igitur qui convenerant, interrogabant eum dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?*

1. Discipuli interrogaturi simuladeunt, ut multitudinis reverentia responsionem obtineant. Sciebant id quod nuper dixerat, *Nemo novit diem* (Matth. 24. 36), repellentis fuisse, neque ignorantis, sed differentis responsionem: unde rursus accedunt, et interrogant. Non autem interrogassent, nisi id vere persuasum habuissent. Quia enim audierant, se Spiritum sanctum accepturos esse ut jam digni id volebant ediscere, jam parati ad libertatem obtinendam. Non enim volebant se in pericula conijcere, sed potius respirare, eo quod non exigua essent, quæ illis contigerant, sed de extremis periclitati essent. Nihil igitur de Spiritu loquuti, sic interrogant: *Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?* Non dixerunt, Quando? sed, An nunc? adeo desiderabant diem cognoscere. Ideo multo cum honore adeunt. Puto autem illos non clare novisse, quodnam esset illud regnum: nondum enim Spiritus illos docuerat. Nec dixerunt, Quando hæc erunt? sed quid? *Si in tempore hoc restitues regnum Israel?* utpote quod jam exciderat. Hæc ita aciscitantur, quia erga sensibilia adhuc affecti erant, etsi non quantum antea: nondum enim meliores facti erant. Sic demum hi majora de illo imaginabantur.

Quia igitur ad altiora provecti erant, et ipse sublimius eos alloquitur. Non jam enim ita dicit illis: *Neque Filius diem novit* (Marc. 13. 32); sed quid? *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Majora, inquit, postulatis. Atqui longe majora, inquires, jam didicerant. Ut autem hoc accurate discas, perpende quam multa recenseam. Quid, quæso, majus iis, quæ didicerant? Ipsi nempe esse Filium Dei, esse Patri honore parem didicerant (Joan. 5. 17. 19); resurrectionem fore (Matth. 17. 9), ipsum ascendentem sessurum ad dexteram Patris (Luc. 22. 69. Marc. 16. 19). Rem item magis stupendam didicerant, quod caro superne scdeat, et adoretur ab angelis, quod iterum venturus sit judicare mundum universum (Matth. 16. 27. Luc. 21. 27): didicerant, quod ipsi quoque tunc scassuri essent judices duodecim tribuum Israel (Matth. 19. 28): didicerant Judæos ejiciendos esse, atque eorum loco ingressuras gentes (Luc. 21. 24). Discere hæc futura esse, magnum est; discere vero, aliquem esse regnaturum, et quando id accidet, non ita magnum est. Didicit Paulus quæ non licebat homini loqui (2. Cor. 12. 4), omnia quæ mundum hunc præcesserant. Utrum discere difficilius est, principium an finem? Liqueat, prius esse difficilius. Atqui id Moyses didicit, et quando et quanto ante tempore declarat, cum an-

nos enumerat. Hoc et Salomon sciebat; ideo ait: *Commemorabo ea, quæ fuerunt a sæculo* (Eccli. 51. 11). Quod porro Dominus prope sit, hi postea noverunt, ut et Paulus, qui dicit: *Dominus prope est, nihil olliciti sitis* (Philipp. 4. 5. 6). Sed tunc non noverant, tametsi signa jam acceperant. Christus autem ut dixit, *Non post multos hos dies*, volens illos vigiles esse, nec evidenter rem declaravit: ita et nunc facit. Illi autem hic non de consummatione, sed de regno interrogant; ideoque dicebant: *Si in tempore hoc restitues regnum Israel*? Ille vero neque id eis revelavit. De fine autem antehac interrogabant; sed non quemadmodum illic severius respondit, abducens illos, ne putarent liberationem esse vicinam, et conjecit illos in pericula: ita et hic facit, sed mansuetius. Ne putarent enim sibi contumeliam inferri, neve crederent hæc obtentus esse, audi quomodo statim illis polliceatur se aliquid datum, de quo gaudent. Subjecit igitur: 8. *Sed accipietis virtutem supervenientis in vos Spiritus sancti, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in omni Judæa, et Samaria, et usque ad ultimum terræ*. Deinde ne rursus ipsum interrogarent, statim assumptus est. Quemadmodum igitur illic metu ipsos obtenebravit, cum dixit, se nescire: sic et hoc loco statim assumptus, ut dicitur. Multo namque rei desiderio tenebantur, neque destitissent; ac necesse admodum erat, ne scirent id, quod scire cupiebant. Dic enim mihi, quid minus credunt gentiles, an futuram consummationem, an quod Deus homo factus sit, et ex Virginis utero prodierit, atque cum carne ab hominibus visus sit? annon hoc postremum? Ita certe dicturus es. Verum pudet me hac de re sæpe loqui, quasi de negotio quopiam indifferente. Rursus ne dicerent, Cur rem suspendis? ait, *Quæ Pater posuit in sua potestate*. Atqui una est Patris et Filii potestas, ut cum dicit: *Sicut enim Pater mortuos suscitavit et vivificavit, ita et Filius quos vult vivificavit* (Joan. 5. 21). Si cum operari oportet, cum eadem agit potestate, annon cum scire quidpiam oportet, cum eadem scit potestate? Attamen longe majus est mortuos suscitare, quam scire illam diem. Quod si id, quod majus est, cum potestate facit, annon multo magis faciet et alterum?

2. Verum ut rem discatis, exemplo vobis illam declarabo. Sicut cum infantem videmus plorantem, ac sæpe quidpiam a nobis petentem sibi non necessarium, id occultamus, vacuasque illi manus ostendimus, dicentes, Ecce non habemus: ita et ipse apostolis fecit. Verum ut infans ille, si nihil ostendamus, instat plorando, se delinsum videns, nosque discedimus dicentes: Vocat me quispiam, et ejus quod petebat loco, aliud quidpiam illi damus, ut eum a tali desiderio avocemus, et laudantes id quod damus præ re quæsitâ, statim nos subducimus: sic fecit Christus. Illi accipere quærebant; hic se habere negavit. Attamen primo deterruit; at quia rursus

<sup>1</sup> In Savilio sic legitur: *Illi autem non de consummatione interrogant, sed, Si in tempore hoc restitues regnum Israel?*

*Quid est, lunam mutari in sanguinem?* — Deinde in metaphora insinit, sub oculos auditorum excidium adducens. *Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem*. (a) [Quid est, lunam mutari in sanguinem?] Videtur mihi hic maximam eadem indicare, sermonemque ita concinnatum esse, ut maximo terrore impleat. *Et erit, omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit*. Omnia, inquit, et si sacerdos sit (sed nondum revelat), sive servus sit, sive liber: *Non est enim mas neque femina in Christo Jesu, non servus, nec liber* (Gal. 3. 28). Jure quidem: hoc enim discrimen hic est, ubi omnia umbra sunt. Nam si in regia nemo nobilis, nemo ignobilis, sed sua quemque operantur, et si in arte opus commendat artificem: multo magis in illo statu. *Omnis quicumque invocaverit*. *Invocaverit*, inquam, non quavis ratione (*Non enim*, inquit, *omnis qui dicit mihi, Domine, Domine* [Matth. 7. 23]), sed qui cum affectu, cum optima vita, cum congruenti fiducia. Interim non moleste loquitur, de fide agens, neque supplicii terrorem abscondens. Quomodo? Ostendit in invocatione salutem esse.

3. Quid, quaeso, dicis? salutem memoras post crucem? Exspecta interim: magna est Dei clementia. Et hoc non minus ostendit illum esse Deum, quam

(a) Quæ uncinis clauduntur, deorant in editis, et ex 1. 2. adjecta sunt.





in prophetia, quæ quidpiam terribile habet. 19. *Et dabo*, inquit, *prodigia in caelo sursum, et signa in terra deorsum*. His et futurum iudicium et Jerosolymorum excidium subindicat. *Sanguinem et ignem, et vaporem fumi*. Vide, quomodo excidium describat. 20. *Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem*. Ex affectu patientium ita loquitur. Narratur tamen multa similia in caelo visa fuisse, ut testificatur Josephus (a). Interim illos quoque perstrinxit, tenebras quæ accidere memorans, et futuri expectationem inducens. *Antequam veniat dies Domini magnus et manifestus*. Ne quia nunc impune peccatis, inquit, ideo confidatis. Hæc proœmia sunt magni cujusdam et gravissimi diei. Viden', quomodo animos eorum exagitavit, et risum convertit in excusationem? Si enim hæc sunt proœmia diei illius, necesse est periculum de extremis jam imminere. Quid vero? num pergit terribilia dicere? Nequaquam. Sed quid? Rursus dat illis respirandi locum, et ait: 21. *Et erit, omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit*. Hoc de Christo dictum est, ut Paulus ait (Rom. 10. 13): hic vero non audeat id palam revelare. Dicta vero a principio repetamus. Rocte quasi adversus ridentes et subannantes insurgit, dicens: *Notum sit omnibus vobis, et auribus percipite verba mea*. Initio autem dicebat, *Viri Judæi*. Judæos mihi dicere videtur eos, qui in Judæa habitabant. Et, si placet, afferamus illa Evangelii verba, ut discas qualis repente factus sit Petrus. *Exiit, inquit, puella dicens: Et tu eras cum Jesu Nazareno. Ille autem respondit, Nescio hominem. Et rursus interrogatus cœpit detestari et jurare* (Matth. 25. 69-72).

2. *Adulatio vitanda*. — Sed hic vide illius fiduciam magnamque dicendi libertatem. Non laudavit eos, qui dixerant: *Audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei*; sed illa qua erga alios usus erat gravitate, hos studiosiores reddere volens, et sermonem ab adulatione alienum ostendere. Hoc enim ubique observandum est, quomodo indulgenter licet loquatur, sermo tamen ab adulatione simul et a contumelia sit alienus; quod tamen difficile est. Quod autem hæc hora tertia facta sint, non sine causa dispensatum est. Cum enim lucis splendor apparet, tunc non prandii curis homines occupantur, tunc læta dies est, tunc omnes in foro sunt. Viden' sermonem libertate plenum? *Et auribus percipite verba mea*. His dictis ex se nihil addidit, sed hæc subjunxit: *Hoc est, quod dictum est per prophetam Joel: Et erit in novissimis diebus*. Ostendit enim postea consummationem prope affuturam. Sic illud, *In novissimis diebus*, quamdam habet emphasim. Deinde ne videatur hæc ad solos filios pertinere, subjungit: *Et seniores vestri somnia somniant*. Vide rei seriem. Primo filii; sicut et David ait: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii* (Psal. 44. 17); et rursus Malachias: *Convertens corda patrum in filios. Et super servos meos, et super ancillas meas* (Mal. 4. 6). Et hoc virtutis indicium: servi enim ejus faci-

(a) Signa quæ Jerosolymorum excidium præcesserunt, narrat Josep, l. 2 de Bello Judaico.

sumus, liberati a peccato. Magnum autem est hoc donum, quando in alium quoque sexum transit gratia; non in unam alteramve sicut olim, nempe in Deboram et Oldam. Neque dixit esse Spiritum sanctum, neque prophetæ verba explicavit; sed solam induxit prophetiam per seipsam certantem. Nihilque de Juda jam loquitur, quia omnibus palam erat quales dedisset pœnas; sed silet, sciens nihil validius esse quam ex prophetia loqui illis: hoc enim ipsis etiam operibus fortius est. Nam cum signa faceret Christus, sæpe contradicebant; cum autem prophetam induceret illis dicentem: *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis* (Matth. 22. 44. Psal. 109. 1), ita silebant, ut nemo deinceps posset illi respondere. Ac sæpe ille Scripturas memorat, dicens, *Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est* (Joan. 10. 35). Imo ubique hoc quis invenerit. Ideo hic ait: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*; hoc est, in gentes. Sed nondum revelat, nec interpretatur; neque enim expediebat, quia etiam hoc obscurum erat. *Dabo prodigia in caelo sursum*. Magis illos hoc terrebat, quod esset obscurum. Si autem hoc interpretatus esset, magis illis obstitisset. Deinde illud præterit quasi manifestum, talem volens dare opinionem. Denique hoc illis interpretatur, cum de resurrectione loquitur, et ad id sermone viam parat. Ideo sponte præterit, quoniam bona ad illos pertrahendos non satis erant: quamquam hoc numquam factum est. Nemo enim tunc effugit; nunc vero fideles effugerunt sub Vespasiano. Et hoc est quod dicit: *Nisi abbreviati fuissent dies illi, non salvata fuisset omnis caro* (Matth. 24. 22). Quod molestius erat, primo contigit: primo enim accidit ut habitatores caperentur, et urbs subverteretur et succenderetur.

*Quid est, lunam mutari in sanguinem?* — Deinde in metaphora insi-tit, sub oculos auditorum excidium adducens. *Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem*. (a) [Quid est, lunam mutari in sanguinem?] Videtur mihi hic maximam eadem indicare, sermoneque ita concinnatum esse, ut maximo terrore impleat. *Et erit, omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit*. Omnis, inquit, et si sacerdos sit (sed nondum revelat), sive servus sit, sive liber: *Non est enim mas neque femina in Christo Jesu, non servus, nec liber* (Gal. 3. 28). Jure quidem: hoc enim discrimen hic est, ubi omnia umbra sunt. Nam si in regia nemo nobilis, nemo ignobilis, sed sua quemque opera notant, et si in arte opus commendat artificem: inulto magis in illo statu. *Omnis quicumque invocaverit. Invocaverit*, inquam, non quavis ratione (*Non enim, inquit, omnis qui dicit mihi, Domine, Domine* [Matth. 7. 22]), sed qui cum affectu, cum optima vita, cum congruenti fiducia. Interim non moleste loquitur, de fide agens, neque supplicii terrorem abscondens. Quomodo? Ostendit in invocatione salutem esse.

3. Quid, quæso, dicis? salutem memoras post crucem? Exspecta interim: magna est Dei clementia. Et hoc non minus ostendit illum esse Deum, quam

(a) quæ unclis clauduntur, deerant in editis, et ex MSS. adjecta sunt.

αὐτὸν δείκνυσαι Θεὸν, καὶ τῶν σημείων, τὸ τούτους <sup>α</sup> προσκαλεῖσθαι. Τὸ γὰρ σφόδρα ἀγαθὸν, τοῦτο Θεοῦ μάλιστα ἴδιον. Διὰ τοῦτο καὶ λέγει· Ὁυδείς ἀγαθός, εἰ μὴ εἰς ὁ Θεός. Ἄλλὰ μὴ τὴν ἀγαθότητα εἰς ἀφορμὴν βιβθυμίας λάθωμεν· καὶ γὰρ καὶ καλῶς καθάπερ Θεός. Αὐτὰ γοῦν ταῦτα αὐτὸς ἐργάσατο ὁ εἰπὼν· Ὅς ἂν ἐκικαλέσῃται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται. Τὰ κατὰ τὴν Ἱερουσαλήμ λέγω, τὴν ἀφόρητον ἐκείνην κόλασιν· ἧς βούλομαι ὀλίγα πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, χρησιμεύοντα ἡμῖν καὶ πρὸς Μαρκωνιστάς καὶ πρὸς ἄλλους πολλοὺς τῶν αἰρετικῶν. Ἐπειδὴ γὰρ λέγουσιν ἀγαθὸν Θεὸν τὸν Χριστὸν, ἐκείνον δὲ πονηρὸν, ἴδωμεν τίς ταῦτα ἐποίησεν. Τίς τοίνυν ταῦτα ἐργάσατο; ὁ πονηρὸς, τούτῳ ἀμύνων; Οὐδαμῶς. Πῶς οὖν αὐτοῦ ἀλλότριος; Ἄλλ' ὁ ἀγαθός; Ἄλλὰ δείκνυται καὶ ὁ Πατήρ καὶ ὁ Υἱὸς πεποιηκώς· ὁ μὲν Πατήρ πολλαχού, ὡς ὅταν λέγῃ, ἐν τῷ ἀμπλῶνι πέμπειν τὰ στρατεύματα αὐτοῦ· ὁ δὲ Υἱὸς, ὅταν λέγῃ, *Τοῖς δὲ ἐχθρούς μου ἀγάγετε καὶ κατασφράξατε ἐνώπιόν μου, τοὺς μὴ θελήσαντάς με αὐτῶν βασιλεῦσαι*. Ἄλλως δὲ καὶ αὐτὸς λέγει τὰς θλίψεις τὰς ἰσομένας, ὧν οὐδὲν ὠμότερον γέγονε τῶν πώποτε πεπραγμένων, καὶ αὐτὸς αὐτὰς ἀπεφώνητο. Θέλεις οὖν ἀκούσαι τὰ γεγενημένα; Ὁβελίσκοις αὐτοὺς διέπειραν. Τί τοῦτων ἰδεῖν βαρύτερον; Ἄλλὰ τὸ τῆς γυναικὸς βούλει πάθος διηγῆσομαι καὶ τὴν τραγωδίαν ἐκείνην, ἥτις πᾶσαν ἀπέκρυψε συμφοράν; ἀλλὰ τοὺς λιμοὺς καὶ τοὺς λοιμοὺς; Καὶ παρήμιι τὰ τούτων χαλεπώτερα. Ἡγορήθη παρ' ἐκείνης ἡ φύσις, ἠγορήθη ὁ νόμος· τὰ θηρία ὑπερηκόντισαν. Πάντα δὲ ταῦτα ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τῶν πολέμων γέγονε, τοῦ Θεοῦ βουλομένου καὶ τοῦ Χριστοῦ. Ταῦτα καὶ πρὸς Μαρκωνιστάς ἀρμόσει, καὶ πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας τῇ γενένη· ἱκανὰ γὰρ αὐτῶν ἐπιστομίαι· τὴν ἀναισχυντίαν. Τῶν ἐν Βαβυλῶνι κακῶν οὐχὶ ταῦτα πολλῶν βαρύτερα; Περὶ τούτων καὶ αὐτὸς ἀπεφώνητο ὁ Χριστὸς, λέγων· *Ἔσται θλίψις οἷα οὐ γέγονεν, οὐδὲ μὴ γένηται*. Πῶς οὖν λέγουσι τινες, δεῖ εἶασεν αὐτοῖς ὁ Χριστὸς τὴν ἀμαρτίαν; Τάχα δοκεῖ κοινὸν εἶναι τὸ ζήτημα· ἀλλ' ὅμως αὐτὸ ἱκανόλυσαι. Οὐδεὶς οὐδαμοῦ πλάσμα τοιοῦτον ἔχει δείξει, οἷον ἐπὶ τῆς ἀληθείας γέγονε. Καὶ εἰ μὲν Χριστιανὸς ὁ ταῦτα γράφων ἦν, κἂν ὑποπτος ὁ λόγος ἦν· εἰ δὲ Ἰουδαῖος, καὶ Ἰουδαῖος ζηλωτῆς, μετὰ τὸ Εὐαγγέλιον εἰδῶν, πῶς οὐ πᾶσι κατὰ δόγμα τὰ γενόμενα; Ὁφεί γὰρ αὐτὸν πανταχοῦ καὶ ἐπαίροντα τὰ Ἰουδαϊκά. Οὐκοῦν ἔστι καὶ γένηνα, καὶ ἀγαθός ἔστιν ὁ Θεός. Ἄρα ἐφρίξατε ταῦτα ἀκούσαντες; Ἄλλὰ ταῦτα ἐνταῦθα γινόμενα οὐδὲν ἔστι πρὸς τὰ ἐκεῖ. Πάλιν ἀναγκάζομαι ἀηδὴς φαῖνεσθαι καὶ φορτικὸς καὶ βαρῦς· ἀλλὰ τί πάθω; Εἰς τοῦτο κεῖμαι, εἰς τὸ μισεῖσθαι παρὰ τῶν παιδαγωγουμένων· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, τοὺς μὲν παρὰ βασιλέων τάξιν τινὰ [45] ταχθέντας, κἂν ἀηδὴς ἦ τὸ προσταττόμενον <sup>β</sup> ποιεῖν· ἡμᾶς δὲ διὰ τὴν παρ' ὁμῶν μέψιν ἐλλείπειν τὴν τάξιν, ἦν ἐτάχθημεν;

<sup>α</sup> Ἄλλος ἔργον ἔχει ἕτερον· ὁμῶν δὲ πολλοὶ ἔργον ἔχουσι, τὸ ἐλεεῖν, τὸ φιλανθρωπεύεσθαι, ἡδέεις εἶναι καὶ προσήνεκτοι τοῖς εὐεργετούμενοις. Ἡμεῖς δὲ τοῖς ὠφελουμένοις βαρεῖς φαινόμεθα καὶ χαλεποὶ, καὶ φορτικοὶ καὶ ἀηδεῖς· οὐ γὰρ δι' ὧν τέρπομεν ὠφελούμεν, ἀλλὰ δι' ὧν δάκνομεν. Τοιοῦτός ἔστι καὶ ὁ ἱατρὸς. Ἄλλ' ἐκεῖνος μὲν οὐ σφόδρα ἀ-

δὴς· εὐθέως γὰρ τῆς αὐτοῦ τέχνης τὴν ὠφέλειαν παρέχεται· ἡμεῖς δὲ ἐν τῷ μέλλοντι. Τοιοῦτός ἔστι καὶ ὁ δικαστὴς, λυπηρὸς τοῖς νοσοῦσι καὶ στασιάζουσι τοιοῦτος ὁ νομοθέτης, λυπηρὸς τοῖς νομοθετούμενοις. Ἄλλ' οὐχ ὁ καλῶν ἐπὶ τρυφῆν, οὐδὲ ὁ δημοτελεῖς ποιῶν ἑορτάς καὶ πανηγύρεις, οὐδὲ ὁ στεφανῶν τὸν θεῖμον· ἀλλὰ προσήνεκτοι οὗτοι, εὐωχοῦντες τὰς πόλεις θεάμασι παντοδαποῖς, εἰσφέροντες, ἀναλλίσκοντες. Διὰ τοῦτο καὶ εὐφημίας <sup>ε</sup> αὐτοὺς ἀμείδονται οἱ παθόντες εὐ, καὶ παραπετάσμασι, καὶ λαμπράδων πλήθει, καὶ στέμμασι, καὶ κλάδοις, καὶ ἐσθῆτι λαμπρῇ. Ἄν δὲ τὸν ἱατρὸν ἴδωσιν οἱ κάμνοντες, στυγνοὶ καὶ κατηφεῖς γίνονται· ἂν τὸν δικαστὴν ὁμοίως ὁ στασιάζωντες, συνεσταλμένοι γίνονται, οὐχὶ διαφέροντες, οὐδὲ ὀρχοῦνται, πλὴν ὅταν κάκεινος εἰς ἐκείνην μεταστῇ τὴν τάξιν. Ἰδωμεν οὖν τίνες μάλιστα τὰς πόλεις ὠφελούσιν, οἱ τὰς ἑορτάς ταύτας ἀγοντες, καὶ τὰς θαλάσας, καὶ τὰς τραπέζας τὰς πολυτελεῖς, καὶ τὰς τέρφεις τὰς ποικίλας· ἢ οἱ πάντα ἐκείνα συσταίλαντες, καὶ τὸ ζύλον ἐπιπερόμενοι, καὶ μαστιγῶν, καὶ θυμίας, καὶ στρατιώτας φοβεροῦς, καὶ φωνῆν προϊέμενοι πολλοῦ τρόμου γέμουσαν, καὶ ἐπισκῆπτοντες, καὶ κατηφεῖν ποιῶντες, καὶ ῥάβδῳ ἀποσοδοῦντες τοὺς ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς. Ἰδωμεν τοίνυν πῶς τὸ κέρδος λήγει. Οὗτοι μὲν γὰρ εἰσὶν ἀηδεῖς, ἐκείνοι δὲ ποθεινοί. Τί οὖν ἀπ' ἐκείνων γίνεται τῶν τερπόντων; Ἡδονὴ τις ψυχρὰ, μέχρι τῆς ἐσπέρας μένουσα καὶ τῆ ἐπιούσῃ διαρρέουσα, γέλως ἀτακτος, ῥήματα ἀπρεπῆ καὶ διακεχυμένα. Τί δαὶ ἀπὸ τούτων; Φόβος, σωφροσύνη, λογισμὸς συνεσταλμένος, ψυχῆς ἐπιείκεια, βιβθυμίας ἀναίρεσις, χαλινὸς τῶν <sup>δ</sup> ἐνδοσθεν παθῶν, τεῖχος τῶν ἐξωθεν ἐπιόντων. Διὰ τούτους τὰς οὐσίας ἔχομεν ἕκαστος, δι' ἐκείνας δὲ τὰς ἑορτάς καὶ ἐπιθλαθῶς κενοῦμεν αὐτάς, οὐ ληστῶν ἐπεισελθόντων, ἀλλὰ τῆς μεθ' ἡδονῆς ληστευοῦσης κενοδοξίας. Ὅρᾷ τὸν ληστὴν ἕκαστος ἐκφοροῦντα πάντα, καὶ ἤδεταί. Καίνος τῆς ληστείας ὁ τρόπος· ἐπεισε τοὺς ἀποδομένους· εὐφραίνεσθαι.

<sup>δ</sup> Ἄλλ' οὐκ ἐκεῖ τοιοῦτον οὐδὲν· ἀλλὰ πᾶσιν ἀπετείχεσιν ὁ Θεὸς καθάπερ κοινὸς Πατήρ, καὶ τοῖς ὁρωμένοις, καὶ τοῖς μὴ ὁρωμένοις. *Βλέπετε γὰρ, φησί, τὴν ἐλεημοσύνην ὁμῶν μὴ ποιεῖν ἐμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων*. Μανθάνει ψυχὴ ἐντεῦθεν ἀδίκιαν φεύγειν. Ἄδικία γὰρ, οὐ τὸ χρήματα πλεονεκτεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ πλεόν τῆς ὠρισμῆνης τροφῆς διδόναι τῇ γαστρὶ, καὶ τὴν εὐφροσύνην τῶν οικείων ἐξάγειν μέτρων, καὶ ποιεῖν ἐκβακχεύεσθαι. Ἐκείθεν σωφροσύνην μανθάνει, ἐντεῦθεν ἀκολασίαν. Οὐ γὰρ τὸ μιγῆναι γυναίκι μόνον ἀκολασία, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀκαλόστοις ἰδεῖν ὀφθαλμοῖς. Ἐκείθεν ἐπιείκειαν μανθάνει, ἐντεῦθεν τύφον. *Πάντι γὰρ μοι, φησὶν, ἔξῃσιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει*. [46] Ἐκείθεν κοσμιότητα, ἐντεῦθεν ἀσχημοσύνην. Τὰ γὰρ ἐν τοῖς θεάτροις παρήμιι. Ὅτι δὲ οὐδὲ ἡδονὴ τίς ἐστιν, ἀλλὰ λύπη, δείξατέ μοι μετὰ μίαν ἡμέραν τῆς ἑορτῆς τοὺς τε ἀναλώσαντας, τοὺς τε ἐστιαθέντας τοῖς θεάμασι, καὶ βίβει αὐτοὺς μὲν ἐν κατηφεῖς ἄπαντας, ἐν μείζονι δὲ ἐκείνον τὸν ἀναλωκότα. Καὶ εἰκότως· ἕτερος γὰρ τῇ προτεραίᾳ τὸν ἰδιώτην· καὶ ὁ μὲν ἰδιώτης ἐν εὐθυμίᾳ ἦν καὶ ἡδονῇ πολλῇ· τέως γὰρ τῆ ἐσθῆτι ἔχαιρε τῇ λαμπρῇ· τὴν χρῆσιν δὲ αὐτῆς οὐκ ἔχων, ἀλλ' ὄρων ἑαυτὸν ἀποδοῦμενον, ἤλγει καὶ ἐδακνυτο. Ἐκεῖνος δὲ ὁ ἀναλλίσκων, καὶ τὴν οικείαν

<sup>ε</sup> Morel. male εὐφημίας. <sup>δ</sup> Morel. χαλινὸς ὄντως τῶν ἑνδον. Codex unus χαλινὸς ἔστι τῶν ἐνδον. Savil. χαλινὸς τῶν ἐνδον. Paulo potius unus codex δι' ἐκείνας μὲν γὰρ τὰς ἑορτάς ἐπιθλαθεῖς στενοῦμεν. Præstatere videatur editorum lectio

resurrectio et signa, quod nempe illos advocet. Nam quod admodum bonum, Deo maxime proprium est. Ideo dicit, *Nemo bonus, nisi unus Deus* (*Luc. 18. 19*). Sed ne bonitatem in desidiæ occasionem arripiamus: nam punit etiam ut Deus. Hæc ergo fecit is, qui dixit: *Omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit*. De rebus Jerosolymæ loquor, de intolerabili illa ultione: de qua vobis nunc pauca loquar utilia, tum contra Marcionistas, tum contra alios multos hæreticos. Quia enim dicunt bonum Deum Christum, illum vero malum; videamus, quis hæc fecerit. Quis hæc ergo fecit, malusne illum ulciscens? Minime. Quomodo igitur ab illo alienus? An bonus hoc fecit? Sed demonstratur et Patrem et Filium hoc fecisse: Patrem multis in locis, ut cum dicitur, missurum eum esse exercitus suos in vineam (*Math. 20. 2*); Filium, ut quando dicit: *Inimicos autem meos adducite et occidite coram me, eos qui noluerunt me regnare super eos* (*Luc. 19. 27*). Alioquin vero et ipse narrat futuras tribulationes, quibus nulla unquam crudelior fuit, et ipse illas annuntiavit. Vis audire, quæ facta fuerint? Verubus illos transfixerunt. Quid hoc spectaculo gravius? Sed vis narrem illam mulieris tragœdiam, quæ omnem superat calamitatem? vis famem et pestem? His graviora prætereo. Ignorabant illi naturam, ignorabant legem, belluas feritate superabant. Hæc porro omnia ex belli violentia contingere, et Deo et Christo volente. Hæc et contra Marcionistas (a), et contra eos, qui non credunt esse gehennam, apta erunt; illorum enim impudentiam comprimere valent. Annon hæc Babylonicis malis graviora sunt? annon hæc fames illa crudelior? De his ipse quoque Christus pronuntiavit: *Erit tribulatio, qualis numquam fuit, neque erit* (*Math. 24. 21*). Quomodo ergo dicunt quidam Christum remisisse illis peccatum? Forte vulgaris videtur esse quæstio; sed vos potestis illam solvere. Nemo unquam poterit tale figmentum ostendere, quale est id quod revera accidit. Et si quidem Christianus esset, qui hæc scripsit, res esset forte suspecta: cum vero Judæus fuerit et Judaicorum studiosus, qui post evangelium venit, quomodo non omnibus manifesta sint ea, quæ gesta sunt? Videbis namque illum ubique res Judaicas extolentem. Est itaque gehenna, et bonus est Deus. Annon exhorruistis hæc audientes? Verum quæ hic sunt, nihil sunt in comparatione illorum. Rursus cogor ingratus videri et molestus; sed quid faciam? In hoc positus sum. Sicut pædagogus asper discipulorum odio expositus est, sic et nos. Quomodo enim absurdum non fuerit, si dum ii, qui a regibus sunt constituti, res quantumvis injucundas perficiant, nos, ne a vobis reprehendamus, officium implere desinamus?

*Episcopus sæpe non prodest per ea quæ placent, sed per ea quæ pungunt.* — Alius aliud habet opus: multorum autem ex vobis hoc officium est, ut

(a) Marcion dicebat Christum non fore judicem mortuorum, inquit Philastrius in Hæresi Marcionistarum: hinc gehennam excludebant. Cæterum Marcionistæ non omnes later se consentiebant: sed inter illos erant opinionum divertia.

misereantur, humani, suaves, mitesque sint iis, quibus beneficia præstant. Nos vero ut subditis prosumus, graves videmur, duri, onerosi, injucundi; neque enim prosumus per ea quæ placent, sed per ea quæ pungunt. Talis quoque est medicus: verum ille non tam injucundus; statim quippe arte sua utilitatem præbet: nos autem in futuro. Talis est et judex, invisus morbidis ac seditiosis: talis legislator, molestus sub lege positus. At non is qui vocat ad delicias, nec qui festa celebritatesque parat, nec qui populum coronat: hi certe grati habentur, qui civitates sumptuosis spectaculis excipiunt, pecuniæ non parcentes. Ideoque celebrantur a populo bene excepto, cum tapetibus, lucernis, coronis, ramis et splendida veste. Infirmi vero si medicum viderint, mæsti sunt; et si judicem seditiosi, dejecti sunt, non effusi, nec exsultantes, quod ille ad hoc officium sit constitutus. Videamus ergo quinam maxime civitatibus prosint; an ii, qui tales celebritates parant, thalias, lantias, mensas et delicias; an ii, qui, his sublatis omnibus, lignum inferunt, flagella, carnifices, milites terribiles, tremendas voces, mandata, mæstitiam, qui virga eos, qui in foro sunt, semovent. Videamus, inquam, utra res in lucrum desinat. Hi namque molesti sunt, illi amabiles. Quid igitur evenit ex iis qui oblectant? Voluptas frigida, quæ usque ad vesperam manet, et insequentem die effluit, risus incompositus, verba indecora et dissoluta. Quid ex aliis? Timor, temperantia, cogitatio demissior, animi modestia, desidiæ fuga, frenum interiorum affectuum, murus adversus ea quæ foris ingruunt. Per hos quisque facultates suas possidet, per illa autem festa eas ipsas dilapidamus, non invadentibus latronibus, sed vana gloria et voluptate prædante. Quisque videt latronem auferentem omnia, et lætatur. Novus latrocinii modus: qui exutis, ut gaudeant, suadet.

4. Verum illic nihil tale; sed ab omnibus removit Deus, ut communis Pater, tum quæ videntur, tum quæ non videntur. Nam ait: *Videte ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus* (*Math. 6. 4*). Illinc discit anima injustitiam fugere. Injustitia enim est, non modo pecunias per rapinam parare, sed etiam plus cibi dare ventri, quam satis sit, et lætitiâ extra terminos efferre, atque debacchari. Illinc castitatem discit, hinc libidinem. Non solum enim mulieri misceri libido est, sed etiam lascivis oculis respiceret. Illinc modestiam discit, hinc fastum. *Omnia enim, inquit, mihi licent, sed non omnia expediunt* (*1. Cor. 6. 12*). Illinc honestatem, hinc turpitudinem. Mitto ea quæ in theatris. Quod autem nulla ibi voluptas sit, sed potius mæstitia: ostendite mihi die festum insequente eos qui sumptus effuderunt, eosque qui ad spectacula invitati fuerunt: videbimusque omnes mæstitia correptos, maxime vero illum, qui sumptum supeditavit. Et jure quidem: oblectavit enim die præcedenti popularem hominem, qui lætus admodum erat; splendida namque veste fruebatur; sed cum non ad usum suum esset, se illa exutum videns, dolebat

et cruciabatur: qui vero sumptum fecit, suam præ illius felicitate parvam putabat. Idcirco sequenti die redduntur vestes, majoremque mœrorem qui commodaverat concepit. Quod si in exterioribus læta tantam inferunt molestiam, et molesta utilitatem, multo magis in spiritualibus. Ideo nemo succenset legibus, sed eas communis esse utilitatis consent omnes. Neque enim peregrini vel inimici has leges statuere, sed ipsi cives, patroni, curatores: hocque salutis ac benevolentiam indicium putant, quod leges ponantur. Atqui leges pœnis et ultione plenæ sunt; nec ulla lex invenitur sine pœna. Quomodo ergo non absurdum fuerit, eos quidem, qui leges illas exponunt, servatores, beneficos, patronos vocare; nos vero duros et morosos putare, quod leges Dei enarremus? Cum enim de gehenna agimus, leges illas afferimus. Ac quemadmodum illi externi leges de homicidis, de furibus, de nuptiis et similibus: sic et nos leges de suppliciiis afferimus, quas non homo posuit, sed ipse unigenitus Filius Dei. Qui immisericors est, puniatur, inquit; hoc enim sibi vult parabola. Qui memor injuriarum est, extremum luat supplicium: qui irascitur temere, in ignem injiciatur: qui conviciatur, pœnas det in gehenna.

*Christus novas posuit leges.* — Si putatis vero, vos novas audire leges, ne turbemini. Nisi enim novas positurus Christus fuisset, cur advenisset? Illa quippe manifesta nobis sunt, quod homicidam et adulterum punire oporteat. Si ergo eadem audituri eramus, cur celesti doctore<sup>1</sup> opus erat? Ideo non dicit, Adulter puniatur; sed, Qui lasciviis oculis respicit: et ubi,

<sup>1</sup> Unus legit, *alio doctore.*

et quando pœnam daturus sit, addit. Non in tabulis leges descripsit, neque cippos æreos erexit, ut ibi literas sculperet; sed erectis duodecim apostolorum animabus, ibi per Spiritum sanctum has scripsit literas, quas vobis nos merito prælegimus. Nam si Judæis hoc licebat, ne quia ad ignorantiam confugeret; multo magis nobis fas est. Si quis vero dicat, Non audiam, nec judicium subibo, ideo maxime punitur. Nam si nemo doceret, posset ad talia confugere; sed eum adsit Doctor, non licet. Vide ergo quomodo Judæos a venia excludat, dicens: *Si non venissem et loquutus fuisset eis, peccatum non haberent* (Joan. 15. 22); iterumque Paulus, *Sed dico, Nunquid non credierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum* (Rom. 10. 18. Psal. 18. 5). Tunc enim venia est, quando nullus est qui prædicet; quando autem speculator sedet, et hoc habet officium, non ultra est venia. Imo vero non tantum voluit Christus nos in columnas illas respicere, sed nos quoque vult esse columnas. Quia vero nos talibus scriptis indignos reddidimus, illas saltem columnas respiciamus. Sicut enim columnæ aliis minantur, illæ vero non sunt in culpa, ut neque leges: sic et beati apostoli. Et vide: non uno in loco stat hæc columna, sed ubique literæ scriptæ circumferuntur. Nam si ad Indos migras, illas audies; si in Hispaniam, et in omnes fines terræ, nemo est quin audiat, nisi ob desidiam. Ne ergo ægre feratis, sed dictis attendite, ut possitis virtutis opera suscipere, et æterna consequi bona, in Christo Jesu Domino nostro, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA VI.

CAP. 2. v. 22. *Viri Israelitæ, audite verba mea hæc.*

1. Non est hoc per adulationem dictum; sed quia illos acriter perstrinxerat, jam remissior est, et opportune Davidem memorat. Et rursus a proœmio incipit, ne turbentur, quia de Jesu mentionem facturum est. Nam superius turbati non sunt Prophetam audientes; nomen vero Jesu statim illos offendisset. Nec dixit, Obtemperate, sed, Audite, quod sane molestum non erat. Et animadvertit quomodo nihil sublimè dicat, sed ab humilioribus incipiat. *Jesum, inquit, Nazarenum.* Patriam statim dicit, quæ villis esse videbatur. Nec quidpiam interim magnum de illo dicit, ut quidem quod de propheta alius diceret. *Jesum, inquit, Nazarenum, virum approbatum a Deo in vobis.* Vide quam magnum illud erat, quod dicat illum a Deo missum fuisse. Hoc enim semper et ubique Joannes et apostoli ostendere curabant. Audi namque Joannem dicentem: *Ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum descendentem et manentem super eum, hic est* (Joan. 1. 33). Hoc præcipue facit ipse Christus, dicens, *A memetipso non veni, ipse me misit* (Id. 7. 28). Et ubique in Scripturis hoc potissimum agitur.

*Petri dignitas.* — Ideo hic sanctus beati chori prin-

ceps, amator Christi, ardens discipulus, cui commissæ sunt cælorum claves, qui revelationem spiritualem accepit, postquam illos timore compressit, ostenditque magnis illos donis esse dignatos, atque fide dignos reddidit, tunc de illo disserit. Papæ, quomodo ausus est inter homicidas dicere ipsum resurrexisse? Nec dicit statim, quod resurrexerit; sed quod a Deo ad ipsos venerit. Hoc autem manifestum est ex iis, quæ fecit. Non jam dicit, quod ipse, sed quod Deus per ipsum, ut modestius loquendo ipsos pertraheret, ad quam rem ipsos testes vocat, dicitque: *Virum a Deo demonstratum in vobis virtutibus, prodigiis et signis, quæ fecit per ipsum Deus in medio vestri, sicut et ipsi scitis.* Deinde in illorum facinus et scelus inclidens, vide quomodo conetur illos a crimine liberare: (a) (etsi enim definitum esset, illi tamen homicidæ erant). 23. *Hunc, inquit, definito consilio et vrascientia Dei traditum accipientes, per manus iniquorum*

(a) Quæ uncinis clauduntur deerant in Editis. At vero, his etiam restitutis, sensus adhuc imperfectus esse videtur. Nam, ut in præfatione diximus, sæpe Chrysostonus in hisce Commentariis sententiam relinquit imperfectam. Sic ergo totum intelligas oportet: *Vide quomodo conetur illos a crimine liberare, quantum scilicet fieri poterat: etsi enim id definitum a Deo esset, nihilo tamen minus illi homicidæ erant. Hunc, inquit, definito consilio, etc.*

εὐπραγίαν μικρὰν ὄραν πρὸς τὴν ἐκείνου ἐδόκει. Διὰ τοῦτο τῇ ὑστεραίᾳ ἀντιδιδάσκειν ἀλλήλους, καὶ τὸ πλεόν τῆς ἀθυμίας ἐκείνος δέχεται. Εἰ δὲ ἐν ταῖς ἐξωθεν τῶσαυτην ἔχει ἀηδίαν τὰ τέρποντα, τὰ δὲ ἐπιστῦφοι τὰ ὠφέλειαν, πολλῶν μᾶλλον ἐν ταῖς πνευματικοῖς. Διὰ τοῦτο μηδεὶς ἀγανακτεῖ τοῖς νόμοις, ἀλλὰ καὶ κοινὴν ὠφέλειαν ἅπαντες τίθενται τὸ πρᾶγμα. Οὐ γὰρ ἀλλοθὲν ποθεν ξένοι καὶ πολέμιοι τῶν νομοθετουμένων ἐλθόντες ταῦτα διετάξαντο, ἀλλ' αὐτοὶ οἱ πόλιται, οἱ προστάται, οἱ κτηδερόντες· καὶ τοῦτο σωτηρίας καὶ εὐνοίας τεκμήριον τυγχάνειν ἠγούσιν, τὸ νόμους θέσθαι. Καίτοι γὰρ κολάσεως οἱ νόμοι γέμονται, καὶ οὐκ ἔστιν εὔρειν νόμον κολάσεως χωρὶς. Πῶς οὖν οὐκ ἀποπον, τοὺς μὲν ἐκείνους ἐξηγουμένους τοὺς νόμους, καὶ σωτηρίας καὶ εὐεργετίας καὶ προστάτας ἀποκαλεῖν, ἡμᾶς δὲ βαρεῖς τινας καὶ χαλεπὸς ἡγεῖσθαι, ἂν τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους λέγωμεν; Ὅταν γὰρ περὶ γενένης διαλεγώμεθα, ἐκείνους τοὺς νόμους κινουμέν· καὶ καθάπερ οἱ ἐξωθεν τῶν φονικῶν, τοὺς περὶ λυποδυτῶν, τοὺς γαμικῶν, καὶ πάντας τοὺς τοιοῦτους, οὕτω καὶ ἡμεῖς τοὺς κολαστικῶν, οὓς οὐκ ἄνθρωπος ἔθηκεν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Πατήρ. Ὁ ἀνελεήμων κολάζεσθαι, φησὶ· τοῦτο γὰρ ἡ παραβολὴ βούλεται. Ὁ μνησικακῶν τιμωρεῖσθαι τιμωρίαν ἐσχάτην, ὁ ὀργιζόμενος εἰκῆ, εἰς τὸ πῦρ ἐμβαλέσθαι· ὁ λοιδορῶν, τινυῦτα δίκην ἐν τῇ γενένη.

Εἰ δὲ νομίσετε ξένους ἀκούειν νόμους, μὴ θορυβεθῆτε. Εἰ γὰρ μὴ ξένους ἔμελλε θῆσειν, τί καὶ παρεγένετο ὁ Χριστός; Ἐκεῖνα γὰρ δῆλα ἡμῖν ἔστιν, ὅτι τῶν φόνεα καὶ τὸν μοιχὸν δεῖ κολάζεσθαι. Εἰ τοίνυν τὰ αὐτὰ ἐμείλομεν ἀκούεσθαι, τίς χρεῖα ἦν οὐρανόθεν διδασκάλου; Διὰ τοῦτο οὐ λέγει, Ὁ μοιχὸς κολάζεσθαι, ἀλλ' Ὁ βλέπων ἀκολάστους ὑψάλμων. Καὶ πῶς, καὶ πότε δώσει δίκην, προστίθησι. Καὶ οὐκ εἰς ἀξονας, οὐδὲ εἰς κύρβεις τοὺς νόμους κατέθετο, οὐδὲ

<sup>a</sup> Unus ἐτίρου διδασκάλου.

στήλας ἀνέστησε χαλκᾶς καὶ γράμματα ἐνεγράψεν· ἀλλὰ ψυχᾶς ἡμῖν ἀναστήσας διώδεκα τὰς τῶν ἀποστόλων, ἐν ταῖς ἐκείνων διανοίαις διὰ τοῦ Πνεύματος ταῦτα τὰ γράμματα γέγραψε. Ταῦτα ὑμῖν παραγινώσκουμεν εἰκότως ἡμεῖς. Εἰ γὰρ Ἰουδαίοις τοῦτο θεμιτὸν ἦν, ἵνα μηδεὶς εἰς ἀγνοίαν ἐξη καταφεύγειν, πολλῶν μᾶλλον ἡμῖν. Εἰ δὲ λέγοι τις. [47] Οὐδὲ ἀκούω, οὐδὲ κρίμα ἔχω, ταύτη μάλιστα κολάζεται. Εἰ γὰρ μηδεὶς ἦν ὁ διδάσκων, ἐνὴν εἰς; ταύτη καταφεύγειν· εἰ δὲ ἔστιν, οὐκ ἔτι. Ὅρα γοῦν Ἰουδαίου; πῶς ἀποστερεῖ συγγνώμης, λέγων· *Βε μή ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἀμαρτιῶν οὐκ εἶχον.* Καὶ πάλιν ὁ Παῦλος· *Ἀλλὰ λέγω, μὴ οὐκ ἤκουσαν; Μερούρη εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξηλθεν ὁ φόβος αὐτῶν.* Τότε γὰρ συγγνώμη ἔστιν, ὅταν μηδεὶς ἢ ὁ λέγων· ὅταν δὲ ὁ σκοπὸς κἀθηται καὶ τοῦτο ἐξη ἔργον, οὐκ ἔτι· συγγνώμη. Μᾶλλον δὲ οὐκ ἐβούλετο ὁ Χριστός εἰς ἐκείνας τὰς στήλας ἐνορᾶν ἡμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς εἶναι στήλας. Ἐπειδὴ δὲ ἀναξίους ἑαυτοῦς τῶν γραμμάτων τούτων κατεστήσαμεν, καὶ εἰς ἐκείνας ἰδωμεν. Καθάπερ γὰρ οἱ στήλας ἐτέρους ἀπέλιουσιν, αὐτὰ δὲ οὐκ εἰσὶν ἀπέλιουσι, ὥσπερ οὐδὲ οἱ νόμοι· οὕτω καὶ οἱ μακάριοι ὀποστολοί. Καὶ ὅρα· οὐκ ἐν ἐνὶ τόπῳ ἡ στήλη ἐστήκεν αὕτη. ἀλλὰ πανταχοῦ περιφέρεται τὰ γράμματα. Κἄν εἰς Ἰνδοῦς ἀπέλθησ. ἀκούσῃ τούτων· κἄν εἰς Ἰσπανίαν, κἄν πρὸς αὐτὰ τῆς γῆς τὰ τέρματα, οὐδέεις ἀνήλικος τυγχάνει, πλην εἰ μὴ παρὰ τὴν οικίαν βρθυμῖαν. Μὴ δὴ δυσχεραίνετε, ἀλλὰ προσέχετε τοῖς λεγομένοις· ἵνα δυνηθῆτε τῶν τῆς ἀρετῆς ἔργων ἐπιλαβέσθαι, καὶ τυχεῖν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

<sup>b</sup> Sic unus. Editi vero sententiam habent imperfectam, ut palam erit lectent; hanc quippe, ταύτη μάλιστα κολάζεται, in serie necessario adduntur. <sup>c</sup> Unus codex τούτων ἐξη βίον, οὐκέτι.

ΟΜΙΛΙΑ Γ' ἁ.

*"Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, ἀκούσατέ μου τοὺς λόγους τούτους.*

α'. Οὐκ ἔστι κολακεία τὸ βῆμα· ἀλλ' ἐπειδὴ καθήψατο αὐτῶν σφοδρῶς, ἀνίστην αὐτοὺς λοιπὸν, καὶ ἀναμιμνήσκει τοῦ Δαυὶδ εὐκλείρω; Καὶ πάλιν ἀπὸ προομιῶν ἄρχεται· *Ἴνα μὴ θορυβηθῶσιν, ἐπειδὴ ἔμελλεν αὐτοὺς τοῦ Ἰησοῦ ἀναμιμνήσκειν.* Ἀνώτερόν μὲν γὰρ οὐκ ἂν ἐθορυβήθησαν τοῦ προφήτου ἀκούοντες, τὸ δὲ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ εὐθέως ἂν αὐτοῖς προσέστη. Καὶ οὐκ εἶπεν, Πείσθητε, ἀλλὰ, *Ἀκούσατε, ὅπερ ἦν ἀνεπαχθῆς.* Καὶ ὅρα, πῶς οὐδὲν λέγει τῶν ὑψηλῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν σφόδρα ταπεινῶν ἀρχεται. *Ἰησοῦν, φησὶ, τὸν Ναζωραῖον.* Εὐθέως τὴν πατριδὰ λέγει, ἧπερ ἐδόκει εὐτελής εἶναι. Καὶ οὐδὲν μέγα τάως <sup>b</sup> λέγει περὶ αὐτοῦ. οὐδὲ οἷον ἂν τις εἶπε περὶ προφήτου. *Ἰησοῦν; φησὶ, τὸν Ναζωραῖον, ἀνδρὶ ἀποδεδειγμένον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς ὑμᾶς.* Ὅρα, ποῖον ἦν τοῦτο μέγα, τὸ εἶπεν, ὅτι παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀπεστάλη. Τοῦτο γὰρ ἄνω καὶ κάτω καὶ αὐτὸς ἐσπούδαζε καὶ Ἰωάννης καὶ οἱ ἀπόστολοι δείξαν. Ἄκουε γὰρ Ἰωάννης λέγοντος· *Ἐκεῖνος μοι εἶπεν, ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐ-*

<sup>a</sup> In hac praesertim homilia et in sequentibus stricte huiusmodi antiquissimae horum commentariorum editiones, in quibus optimae nota servatae, ab Erasmo Latine expressas, a Munif. plerumque repetitae; de quo lectorem semel monitum volumus. ERIT. <sup>b</sup> Unus ἀναμιμνήσκει τοῦ προπάτορος, καὶ πάλιν ἀπὸ προομιῶν. <sup>c</sup> Τίως δεεστ in duobus mss., sed bene habere puto.

τὸν, οὗτός ἐστιν. Αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς καὶ μεθ' ὑπερβολῆς τοῦτο ποιεῖ, λέγων [48] *Ἄπ' ἐμαντοῦ οὐκ ἦλθον, ἐκεῖνός με ἐπέμφε.* Καὶ πανταχοῦ τῶν Γραφῶν τοῦτο μάλιστα ἔστι τὸ σπουδαζόμενον. Διὰ τοῦτο καὶ ἅγιος οὗτος ὁ κορυφαῖος τοῦ μακαρίου χροῦ, ὁ ἐραστῆς τοῦ Χριστοῦ, ὁ σφοδρῶς μαθητῆς, ὁ τὰς κλειῖς πιστευθεὶς τῶν οὐρανῶν, ὁ τὴν ἀποκάλυψιν δεξάμενος· τὴν πνευματικὴν, καταστείλας αὐτοῦς τῷ φόβῳ, καὶ δείξας μεγάλων ἡξιωμένους, καὶ ποιήσας ἀξιοπίστους, τότε καὶ περὶ ἐκεῖνου διαλέγεται. Βαβαί, οἷον ἐτόλμησε μεταξὺ τῶν φονευτῶντων εἶπεν, ὅτι ἀνέστη. Καὶ οὐ λέγει, ὅτι ἀνέστη εὐθέως, ἀλλ' ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς ὑμᾶς ἦκε. Τοῦτο δὲ δῆλον οἷς ἐποίησεν. Οὐκέτι λέγει, ὅτι αὐτὸς, ἀλλ' ὅτι δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς, ἵνα μᾶλλον τῷ μετράσειν ἐφελκυσταῖ, ἐφ' ᾧ αὐτοὺς, καὶ καλεῖ μάρτυρας, καὶ φησιν· *Ἄρθε ἀποδεδειγμένον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς ὑμᾶς δυνάμει καὶ τέρασι καὶ σημείοις οἷς ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ Θεός ἐν μέσῳ ὑμῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ οἰδατέ.* Εἶτα ἐμπέσων εἰς τὸ δόλημα αὐτῶν τὸ ἐναγῆς ἐκεῖνο, ὅρα πῶς πείρᾳται αὐτοὺς ἀπαλλάξαι τοῦ ἐγκλήματος· εἰ γὰρ καὶ ὠρισμένον ἦν, ὁμῶς ἀνδροφόνου ἦσαν. Τούτων; φησὶ <sup>d</sup>, *τῇ ὠρισμένῃ βουλῇ*

<sup>c</sup> Unus ὁ τὴν σοφίαν δεῖ. quae lectio sane non spernenda videtur <sup>d</sup> ἐγκλήματος; εἰ ὠρισμένον ἦ ὠρισμένη. Εἰ interpositis notata sunt

καὶ προηώσῃ τοῦ Θεοῦ ἐκδοτοὶ λαβόντες, διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπῆξαντες ἀνείλετε. Μονοουχὶ τὰ αὐτὰ τῷ Ἰωσήφ λέγων ῥήματα, ἅπερ διήκασεν; Ἐλεγε πρὸς τοὺς ἀδελφούς· *Μὴ φοβεῖσθε, ὅτι ἀπέδοσθέ μὲ οὐχ ὑμεῖς, ἀλλ' ὁ Θεὸς με ὡς ἀπέστειλεν.* Εἶτα εἰπὼν, ὅτι βουλή Θεοῦ, ἵνα μὴ εἴπωσιν, ἄρα καλῶς τοῦτο ἐποιήσαμεν, συλλογίζεται αὐτοὺς δι' οὗ προσέθηκε, *Διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπῆξαντες ἀνείλετε,* Ἐνταῦθα τὸν Ἰούδαν αἰνίττειται· ἅμα δὲ αὐτοῖς δείκνυσιν, ὅτι ὁ τῆς αὐτῶν ἰσχύος ἦν, εἰ μὴ καὶ αὐτὸς συνεχώρησε καὶ ἐξέδωκεν ὁ Θεὸς αὐτόν. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ *Ἐκδοτοί.* Οὕτως ἔλον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ Ἰούδα περιέστησε τὸ ἐγκλημα τοῦ παραδεδωκότος· αὐτὸς γὰρ αὐτὸν παρέδωκε τῷ φίλῃματι. Ἡ τοίνυν περὶ τοῦτου τὸ, *Διὰ χειρῶν ἀνόμων,* ἢ τῶν στρατιωτῶν λέγει, δηλῶν, ὅτι οὐδὲ ἀπλῶς ἀνείλετε, ἀλλὰ, *διὰ τῶν ἀνόμων ἀνδρῶν.* Καὶ ὅσα, πῶς πανταχοῦ σπουδάζουσι τὸ πάθος ὁμολογηθῆναι· πρῶτον. Τὰ δὲ τῆς ἀναστάσεως ἐπεὶ μέγα ἦν, τῶς συσχιάζει, καὶ οὕτω πως μέσον αὐτὴ τίθησιν. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ ὡμολόγητο, εἶον ὁ σταυρὸς καὶ ὁ θάνατος, ἢ δὲ ἀνάστασις, οὕτως· διὸ καὶ ὑστερον περὶ ταύτης φησὶν ἐπάγων· *Ὁρ' ὁ Θεὸς ἀνέστησε λύσας τῆς ὡδίνης τοῦ θανάτου, καθότι οὐκ ἦν δυνατόν κρηταισθαι αὐτόν ὑπ' αὐτοῦ.* Ἐνταῦθα τι μέγα καὶ ὑψηλὸν ἠνίκατο. Τὸ γὰρ. *Οὐκ ἦν δυνατόν,* καὶ αὐτὸν διδόντα ἐμφαίνει κατασχεῖν καὶ ὅτι καὶ αὐτὸς ὠδίνε<sup>a</sup> κατέχων αὐτόν ὁ θάνατος, καὶ τὰ δεινὰ ἔπασεν. Ὄδινά γὰρ θανάτου ἢ Γραφῆ τὸν κίνδυνον πανταχοῦ οἶδε καλεῖν· καὶ ὅτι οὕτως ἀνέστη, ὡς μηκέτι πάλιν ἀποθανεῖν.<sup>b</sup> Ἡ τῷ εἰπεῖν, [49] *Καθότι οὐκ ἦν δυνατόν κρηταισθαι αὐτόν ὑπ' αὐτοῦ,* τοῦτο δηλοῦντός ἐστιν, ὅτι οὐ κοινὴ τοῖς ἄλλοις· γέγονεν ἢ ἀνάστασις. Εἶτα πρὶν ἢ τι τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἐνοῆσαι, ἐπέστησεν αὐτοῖς. *Δαυὶδ γάρ,* φησὶ, *λέγει εἰς αὐτόν.* Καὶ ἄρα, πῶς πάλιν ἡ μαρτυρία ταπεινῆ· διὰ δὲ τοῦτο καὶ ἄνωθεν αὐτὴν ἀνάλαβεν ἀπὸ τῶν ταπεινοῦντων, ἵνα δεῖξῃ, ὅτι οὐ τῶν λυπούντων<sup>b</sup> ἦν ὁ θάνατος. *Πρωώμην,* φησὶ, *τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντός, ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστίν, ἵνα μὴ σαλευθῶ· ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχὴν μου εἰς ἄδου.* Εἶτα πληρώσας τὴν μαρτυρίαν τὴν προφητικὴν, ἐπάγει· *Ἄνδρες ἀδελφοί.* Ὅταν μέλλῃ τι λέγειν μέγα, τοῦτω κέχρηται τῷ προσμίμῳ, διεγείρων αὐτοὺς καὶ οικειούμενος· ἐντεῦθεν. *Ἐξὼν εἰπεῖν,* φησὶ, *μετὰ παρήρσιος πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαυὶδ.* Πολλὴ ἢ ταπεινοφροσύνη· ἐνθα οὐδὲν ἔβλαπτε, συγκαταβαίνει. Διὰ τοι τοῦτο καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι ταῦτα περὶ τοῦ Χριστοῦ εἴρηται, οὐ περὶ τοῦ Δαυὶδ· σφόδρα συνετώς, τῇ πολλῇ περὶ τὸν μακάριον Δαυὶδ τιμῇ ἐντρέπων αὐτοὺς, καὶ περὶ τοῦ ὡμολογημένου καὶ ὡς τολμηροῦ δοκοῦντος εἰρησθαι, παραιτούμενος· αὐτοὺς οἷς ἐγκωμιάζει ἤρεμα. Διὸ καὶ οὐ, *Περὶ τοῦ Δαυὶδ,* φησὶν ἀπλῶς, ἀλλὰ, *Περὶ τοῦ πατριάρχου Δαυὶδ, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε καὶ ἐτάφη.* Οὐκέτι λέγει, *Καὶ οὐκ ἀνέστη, ἀλλ' ἐτέρως;* ἐξ εὐθείας τὸ αὐτὸ παριστῶν καὶ λέγων· *Καὶ τὸ μνημα<sup>c</sup> αὐτοῦ ἐστὶν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης.* Εἶτα ὁ ἐβούλετο κατασκευάσας, οὐδὲ οὕτως ἤλλθεν ἐπὶ τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ πάλιν μετ' ἐγκωμίων τῶν τοῦ Δαυὶδ· *Προφήτης οὖν ὑπάρχων, καὶ εἰδώς, ὅτι ὄρκω ὁμωσεν αὐτῷ ὁ Θεός.*

<sup>a</sup> Duo mss. καὶ αὐτὸ διδόντος ἐστὶ τι. Δείκνυσιν ὅτι καὶ οὕτως ὠδίνε. minus recte. <sup>b</sup> Alius ταπεινοτέρων, διὰ τὸ κα<sup>c</sup> <sup>c</sup> Idem ἐτέρως, καίτοι οὐδὲ τοῦτο

β'. Ταῦτα δὲ λέγει, ἵνα καὶ διὰ τὴν εἰς ἐκείνον τιμὴν καὶ τὸ γένος δέξωνται τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον· ὡς καὶ τῆς προφητείας βλαπτομένης εἰ μὴ τοῦτο εἴη, καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς τιμῆς. *Καὶ εἰδώς, φησὶν, ὅτι ὄρκω ὁμωσεν αὐτῷ ὁ Θεός.* Οὐκ εἶπεν, *Ἐπιγγεῖλατο ἀπλῶς, ἀλλ' ὅ πλέον ἦν, Ὁρκω ὁμωσε, Ἐκ καρποῦ τῆς ὄσφυρος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστόν, καθίσει ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ.* Ὅρα τὸ ὑψηλὸν πῶς πάλιν ἠνίκατο. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὺς καταπράυνε τοῖς λόγοις, θαρβῶν τοῦτο παρενόηκεν τοῦ προφήτου, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως διαλέγεται. *Ὅτι οὔτε ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐγκαταλείψθη εἰς ἄδου, οὔτε ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διασποράν.* Τοῦτο πάλιν θαυμαστόν· δείκνυσιν γὰρ, ὅτι οὐχ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἢ ἀνάστασις. Κατέσχε μὲν γὰρ αὐτόν, οὐκ εἰργάσατο δὲ τὸ αὐτοῦ τότε ὁ θάνατος. Καὶ τὴ μὲν ἀμάρτημα εἶπε συσχιάσας, τὴν δὲ τιμωρίαν οὐκ ἐπήγαγεν· ἀλλ' ὅτι μὲν ἀνεῖλον, ἐδήλωσε· λοιπὸν δὲ ἐπὶ τὸ σημεῖον ἔρχεται τὸ τοῦ Θεοῦ. Ὅταν δὲ ἀποδειχθῆ, ὅτι δικαῖος ὁ ἀναίρεθεις, καὶ ὅτι Θεῷ φίλος, καὶ σωπῆσης τὴν κόλασιν, μᾶλλον σου καταγνώσεται ἑαυτοῦ ὁ ἡμαρτηκώς. Πάντα τοίνυν ἀνατίθησι τῷ Πατρὶ, ἵνα δέξωνται τὰ λεγόμενα. Εἶτα τὸ, *Ὁὐ δυνατόν,* ἀπὸ τῆς προφητείας [50] ἐπάγει· *Ἰδωμεν τοίνυν ἄνωθεν πάλιν τὰ εἰρημένα. Ἰησοῦν, φησὶ, τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀποδειγμένον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς ἡμᾶς·* τουτέστιν, οὐκ ἀμφισβητούμενον, ἀλλ' ἀποδειγμένον διὰ τῶν ἔργων. Οὕτω καὶ ὁ Νικηδώνος ἔλεγε· *Τὰ σημεῖα ταῦτα οὐδαίς δύναται ποιεῖν, ἢ οὐ ποιεῖς. Δυνάμει, φησὶ, καὶ ἐραυρί καὶ σημεῖοις, οὐς ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ Θεός ἐν μέσῳ ὑμῶν.* Ὅστε οὐ λάθρα, εἰ ἐν μέσῳ<sup>d</sup>. Πρῶτον ἀπὸ τῶν ἐκείνοις γνωρίμων ἄρχεται, καὶ τότε ἐπὶ τὰ ἄλλα ἔρχεται. Ἐπειτα λέγων, *Τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ,* δείκνυσιν, ὅτι οὐκ αὐτοὶ ἴσχυσαν, καὶ ὅτι σοφόν τι τὸ γινόμενον ἦν καὶ οἰκονομία, εἰ γε παρὰ τοῦ Θεοῦ ἦν. Καὶ τὸ φορτικὸν ταχέως παρήλαθε. Σπουδῆ γὰρ αὐτοῖς πανταχοῦ, δεῖξαι, ὅτι τέθνηκε. Καὶ ὑμεῖς; ἀρνήσησθε, φησὶν, ἐκεῖνοι μαρτυρήσουσιν. Ὁ δὲ τῷ θανάτῳ πράγματα παρέχων, πολλῶ μᾶλλον τοῖς σταυρώσασιν· ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον λέγει, ὅτι ἠδύνατο ὑμᾶς ἀνελεῖν, ἀλλ' ἀπλῶς μόνον ἐνέφηνε. Τέως δὲ μανθάνομεν καὶ ἡμεῖς διὰ τῶν εἰρημένων τί ἐστι τὸ κατέχειν. Ὁ γὰρ ὠδίνων οὐ κατέχει τὸ κατεχόμενον, οὐδὲ ὄρξ, ἀλλὰ πῆσχει καὶ ῥίψαι σπεύδει. Καὶ καλῶς εἶπε· *Δαυὶδ γὰρ λέγει εἰς αὐτόν, ἵνα μὴ εἰς τὸν προφήτην ἐκλύσης τὸ εἰρημένον.* Ὁρξ, πῶς ἐρμηνεύει λοιπὸν τὴν προφητείαν καὶ γυμνῇ· εἴθησι, δηλῶν πῶς ἐκάθεισεν ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ; ἢ γὰρ κατὰ Πνεῦμα βασιλεία ἐν οὐρανοῖς. Ὅρα, πῶς μετὰ τῆς ἀναστάσεως καὶ τὴν βασιλείαν ἐνέφηγεν ἐν τῷ ἀναστῆναι. Δείκνυσιν, ὅτι ἀνάγκην εἶχεν ὁ προφήτης· περὶ γὰρ αὐτοῦ ἦν ἡ προφητεία. Διὸ τί μὴ εἶπε, *Περὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ· ἀλλὰ, Περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ;* Μέγα τοῦτο ἦν. Πῶς δὲ ἐπὶ τοῦ θρόνου ἐκάθεισε; Βασιλεύων Ἰουδαίων. Εἰ δὲ Ἰουδαίων, πολλῶ μᾶλλον τῶν σταυρωσάντων αὐτόν. Οὐ γὰρ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε, φησὶ, διασποράν. Τοῦτο τῆς ἀναστάσεως δοκεῖ μὲν ἤττον εἶναι, πλην τὸ αὐτὸ ἐστίν. *Τούτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ Θεός.* Ὅρα, πῶς οὐ καλεῖ αὐτὸν ἐτέρως. Οὐ πάντες ἡμεῖς ἔσμεν μάρτυρες. *Τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψώθη.* Πάλιν ἐπὶ τὸν Πατέρα καταφεύγει, καίτοι γε ἦμκε εἶπεῖν τὸ πρότερον· ἀλλ' οὐδὲν ἔσον τοῦτο ἔπειν. Ἐνταῦθα καὶ περὶ τῆς ἀναλήψεως ἠνίκατο, καὶ ὅτι ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐστίν, ἀλλ'

<sup>d</sup> Εἰ ἐν μέσῳ deest in quibusdam.

<sup>e</sup> Unus codex προφητείαν οὐ γυμνῇ, minus recte.

*affigentes interemistis.* Iisdem fere verbis utens, quibus Joseph fratres suos alloquutus est : *Nolite timere, quia non vos tradidistis me, sed Deus me huc misit (Gen. 45. 5).* Deinde postquam dixit, hoc Dei consilio factum esse ; ne dicerent, Ergo id bene fecimus, illos coarguit per ea quæ adjicit : *Per manus iniquorum affigentes interemistis.* Hic Judam subindicat, simulque ostendit, id non potuisse illos facere, nisi Deus concessisset, tradidissetque illum. Hoc enim sibi vult illud, *Traditum.* Sic totum scelus convertit in caput Judæ, qui tradidit eum : ipse enim illum osculo prodidit. Vel hoc intelligit, cum ait, *Per manus iniquorum* ; vel de militibus loquitur, ac si insinuet, Non vos interemistis, sed, *Per manus iniquorum.* Et vide, quomodo ubique curent passionem primum confiteri. Resurrectionem vero, quia magna res erat, interim subindicat, et quasi in medio ponit. Illa namque, crux nimirum et mors, in confesso erant, nondum autem resurrectio : ideo hæc subjungit : 24. *Quem Deus suscitavit, solutis doloribus mortis, eo quod impossibile erat teneri illum ab ea.* Hic magnum et sublime quidpiam subindicat. Illud enim, *Impossibile erat,* significat ipsum quoque dedisse potestatem inferno ut se teneret, et mortem illum detinentem doloribus partus affectam gravia passam esse. Dolorem quippe mortis periculum Scriptura solet appellare : et indicat, quod sic resurrexerit quasi non ultra moriturus. Vel cum dicit, *Eo quod impossibile erat teneri illum ab ea,* significat resurrectionem ejus non esse communem cum aliis. Deinde priusquam mens illorum aliquid cogitet, inducit Davidem, omnem humanam cogitationem de medio tollentem. 25. *David enim dicit in eum,* inquit. Et vide, quomodo rursus testimonium sit humile. Ideo illud supra ex humilioribus recepit, ut ostendat de morte non esse dolendum. *Providebam,* inquit, *Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear (Psal. 15. 8) : 27. quoniam non derelinques animam meam in inferno.* Deinde testimonio prophetico addit : 29. *Viri fratres.* Cum magnum quidpiam dicturus est, hoc utitur præmio, ut illos excitet et alliciat. *Liceat,* inquit, *nudenter dicere vobis de patriarcha David.* Magna humilitas : ubi nihil est damni, demissius loquitur. Ideoque non dixit, hæc de Christo, non de Davide dicta fuisse ; idque admodum prudenter, ut illos ex magno erga beatum Davidem honore ad reverentiam deduceret, simul circa illud quod in confesso erat, et illud quod audacius dictum videbatur, demulcens illos laudes adhibendo. Ideo non, De David, tantum dixit ; sed, *De patriarcha David, quia defunctus est et sepultus.* Non jam dicit, Et non resurrexit ; sed alio modo recte hoc ipsum declarat ac dicit : *Et sepulcrum illius est apud nos usque in hodiernam diem.* Deinde, ut quod voluerat apparavit, neque sic venit ad Christum, sed rursus Davidem laudat. 30. *Propheta igitur cum esset, et sciret quia jurejurando jurasset illi Deus.*

2. Hæc porro dicit, ut saltem ob honorem et genus ipsius, verbum de resurrectione susciperent ; quasi prophetia lederetur nisi hoc esset, et quasi ipsorum

honori derogaretur. *Et sciens,* inquit, *quia jurejurando jurasset illi Deus.* Non simpliciter dixit, Promisit ; sed, quod majus erat, Juramento juravit, *De fructu lumbi ejus oriturum Christum secundum carnem ; ut sederet super thronum ipsius.* Vide, ut excelsa iterum subindicet. Postquam enim illos verbis placavit, fidenter hoc prophete dictum attulit, et de resurrectione loquitur. 31. *Quia neque anima ejus derelicta est in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem.* Hoc rursus mirum est : ostendit enim, non similem aliis esse resurrectionem. Detinuit enim illum mors, nec sua in eum operata est. Et peccatum quidem sub umbra dixit, pœnam autem non addidit, sed quod occiderint declaravit : deinde ad signum Dei venit. Quando autem demonstratum est, justum esse eum qui occisus fuit, et Dei amicum, etiamsi pœnam taceas, is qui peccavit, sese magis quam tu faceres, condemnabit. Omnia itaque ad Patrem refert, ut dicta recipiant. Deinde illud, *Impossibile erat,* ex prophetia induxit. Rursus vero priora repetamus. *Jesus,* inquit, *Nazarenus, virum approbatum a Deo in vobis :* id est, de quo nihil dubium est, sed ex operibus probatum. Sic et Nicodemus dicebat : *Signa hæc nemo potest facere quæ tu facis (Joan. 3. 2).* *Virtutibus,* inquit, *prodigiis, et signis, quæ fecit Deus per ipsum in medio vestri.* Itaque non clam, si in medio<sup>1</sup>. Primo ab iis, quæ nota ipsis erant, orditur ; et tunc ad occulta venit. Deinde cum ait, *Dei consilio,* ostendit ipsos id facere non potuisse ; et illud esse quidpiam sapienter et per œconomiam factum, siquidem a Deo ipso erat. Quodque molestum erat, cito transcurrit. Ubique illis studium erat ostendere, ipsum mortuum fuisse : Licet vos negaveritis, inquit, illi testificabuntur. Qui vero morti negotia facessit, multo magis poterit iis qui crucifixerunt. At nihil simile dicit, nempe, Poterat vos de medio tollere, sed simpliciter subindicavit. Interim vero ex dictis discimus, quid sit illud, tenere. Nam qui cum dolore aliquid tenet, non illud retinet ; neque agit, sed patitur, et illud abjicere festinat. Ac pulchre dicit, *David enim dicit in eum ;* ne dictum illud in prophetam derivares. Viden, quomodo demum prophetiam interpretetur, et nudam exponat, ostendens quomodo sedeat super thronum suum ? regnum enim spirituale in cælis est. Vide, quomodo cum resurrectione regnum declaravit in resurgendo acceptum. Ostendit necessitatem fuisse prophete dicendi : de illo namque erat prophetia. Cur non dixit, De regno ejus ; sed, *De resurrectione ejus ? Magnum hoc erat. Quomodo autem in throno sedit ? In Judæos regnans.* Quod si in Judæos, multo magis in eos qui crucifixerunt illum. *Non enim caro ejus,* inquit, *vidit corruptionem.* Hoc resurrectione, inquit, minus videtur, sed idipsum est. 32. *Hunc Jesus suscitavit Deus.* Vide, quomodo non aliter illum appellet. *Cujus nos omnes testes sumus. 33. Dextera igitur Dei exaltatus.* Rursus ad Patrem confugit, etiamsi satis erat id dixisse prius ; sed scit quanti momenti

<sup>1</sup> Illo

in quibusdam.

sit illud. Illic quoque assumptionem subindicavit, ipse nunquam in caelis esse; sed hoc non palam dicit. *Et promissione*, inquit, *sancti Spiritus accepta*. Vide quomodo initio dicat non Christum, sed Patrem illum misisse: postquam vero signa ejus memoravit, et quæ Judæi in illam fererant, ac de resurrectione loquutus fuit, tunc fidenter de his sermonem habet, rursus illos testes per utrumque sensum producit: ac resurrectionis quidem frequenter meminit, illorum vero sceleris semel tantum, ne ipsis oneri esset<sup>1</sup>. *Et accepta*, inquit, *Spiritus sancti promissione*. Hoc rursus magnum est. Puto autem, ipsum nunc promissionem dicere ante passionem datam. Vide autem, quomodo totum jam illi adscribat, rem magnam occulte faciens. Nam si ipse effudit, de illo supra propheta loquebatur, dicens: *In novissimis diebus effundam de Spiritu meo super servos meos et super ancillas meas; et dabo prodigia in caelo sursum*. Vide, qualia occulte intarserat. Sed quia magna res erat, rursus illam obumbrat, quasi a Patre acceperit. Dicit bona præstita, signa; quod sit Rex, quod ad ipsos venerit: dixit quod ipse det Spiritum sanctum. Quæcumque enim quis dixerit, nisi ad utilitatem tendat, temere dicit. Sicut et Joannes facit, dicens: *Ipsæ vos baptizabit in Spiritu sancto* (Matth. 3. 11). Et ostendit, crucem non modo ipsum non minuisse, sed etiam splendidiorem reddidisse; siquidem quod illi olim Deus promiserat, tunc dedit. Vel promissionem, inquit, quam nobis promisit. Sic futuram præsciebat, et majorem nobis post crucem largitus est. Et, *Effudit*, inquit. Illic dignitatem declarat, nec simpliciter, sed cum ubertate. Ideo hoc ipsum palam faciens, sequentia inducit. Postea enim fidenter, post Spiritus sancti munus datum, de assumptione in caelos loquitur: neque simpliciter; sed testem rursus producens, et illum memorans de quo Christus dixit. 34. *Non enim*, inquit, *David ascendit in caelum*.

3. Hic jam non demisse loquitur, assumpta ex dictis fiducia: neque dicit, Liceat dicere, vel similia; sed palam: *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum* (Psal. 109. 1). Si Davidis Dominus erat, multo magis illorum. *Sede a dextris meis*. Totum hic posuit. 35. *Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum*. Illic metum magnum incutit, ut initio monstravit; qualia nempe amicis, qualia inimicis faciat. Ac rursus imperium, ne non credatur, Patri adscribit. Quia itaque magna loquutus est, rursus ad humilia sermonem deducit. 36. *Certo igitur sciunt*, inquit, *omnis domus Israel*; hoc est, ne dubitetis, ne ambigatis. Postea cum imperio: *Quia et Dominum cum et Christum fecit Deus*. Hoc a Davide et a Psalmo commemoravit. Nam cum videretur dicendum: *Certo igitur sciunt omnia domus Israel*, quod a dextris sedeat; id quod magnum erat: eo relicto aliud inducit multo humilior, cum dicit. *Fecit*, id est, constituit. Itaque nihil hic de substantia, sed totum hac de re dicit.

<sup>1</sup> *Id est, ne ipsis oneri esset, desunt in quibusdam mss.*

*Hunc Jesum, quem vos crucifixistis. Bene huc desunt, illorum animam exagitans. Postquam enim ostendit quantum sit facinus, tunc demum ipsum declarat, ut sic majus ostendatur, et timore illos corripiat. Non enim sic homines beneficiis alliciuntur, ut timore castigantur. Admirandi autem viri, pii ac Dei amici, neutro opus habent; qualis erat Paulus, qui nec regni nec gehennæ rationem habebat.*

illi apposita. Ergo juramentum peccatum est. Talis est anima, talibus scatet vulneribus, talibusque livoribus. An tu non vides? Hoc enim grave est: quamvis potes videre si velis; dedit quippe tibi Deus oculos. Talibus oculis videbat propheta, dicens: *Patruerunt et corruptae sunt cicatrices meae a facie insipientiae meae (Psal. 57. 6)*. Deum despeximus, nomen bonum odio habuimus, Christum conculcavimus, solvimus pudorem, nemo cum honore nomen Dei memorat. Et tu quidem, si quempiam dilexeris, ad nomen ejus erigeris; Deum vero sic perpetuo vocas quasi nihil. Voca eum benefaciens inimico, voca ad salutem animae tuae: tunc adest, tunc laetificas illum; nunc autem exacerbas. Voca illum ut vocavit Stephanus. Quid dicens? *Domine, ne statuas illis hoc peccatum (Act. 7. 59)*. Voca illum ut vocavit uxor Elcanæ, cum lacrymis, cum fletu, cum oratione (1. Reg. 1. 10). Non prohibeo, sed valde hortor. Voca illum ut vocavit Moyses, et clamabat orans pro iis, qui ipsum in fugam egerant (Num. 12. 13). Et tu quidem si virum quempiam reverendum temere memoras, id pro contumelia habetur; si vero Deum verbis circumferas, non modo temere, sed etiam intempestive, pro nihilo rem habes? Et quanto supplicio dignus non fueris? Non prohibeo Deum semper in mente habere, hoc enim et optarim et velim; at non praeter spicuum ejus, verum cum laude et honore. Magna id nobis pareret bona, si cum oportet, et in quibus oportet, tantum vocarem eum. Cur, quæso, apostolorum ævo tot tantæque virtutes fiebant, nostra vero ætate minime, licet idem ipse sit Deus, id ipsum nomen? Sed non par res est. Quomodo? Quia illi in iis, quae dixi, ipsum vocabant solum; nos vero non in his, sed in aliis. Si autem ideo juras, quia ille non credit: dic quidem, Crede; ceteram si vis, jura per te ipsum. Hæc dicens, non contraria Christi legi profero, absit: nam ait, *Sit autem sermo vester, Est, est; Non, non (Matth. 5. 37)*; sed me vobis attemperans, ut magis ad hoc vos inducam et a tyrannica consuetudine liberem. Quot in aliis rebus probati, hæc de causa perierant! Vultis discere, cur priscis illis jurare permitteretur? (pejorare enim neque illis concessum erat). Quia per idola jurabant. Non vos pudet in iis manere legibus, in quibus illi versabantur infirmi. Nam si nunc gentilem adoriar, non statim illi hoc impero, sed interim ut sciat Christum adinoneo: fidelis vero, qui Christum didicit et audivit, si eadem quæ Græcus indulgentia opus habeat, quæ utilitas? quod lucrum? Sed gravis res est consuetudo, et difficile abstraheris? Ergo, quia tanta est consuetudinis tyrannis, eam in aliam transfer consuetudinem. Et quomodo, inquires, fieri potest? Quod sæpe dixi, hoc et nunc dico: Sicut emendatores dictorum multi, sint inquisitores et correctores. Non pudor est ab aliis corrigi; imo pudor est repellere corrigentes, et in propria salutis damnum hoc facere. Et tu quidem si vestem induas inversam, permittis te a pacro admoneri, nec te pudet ab illo discere; quamvis hac in re magnus sit pudor: hic autem in anima læsus; te

οὕτω φυλάττομεν. Ἡμεῖς γάρ, οὐ περι τούτων ἀκούειν ἔδει (τῆς γάρ Ἰουδαϊκῆς εὐτελείας ταῦτα τὰ παραγέματα), ἀλλ' ἐκεῖνα τὰ τέλεια· Ῥήσιν τὰ χρήματα, στήθεα γενναίως, τὴν ψυχὴν ἐπίδος ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος, καταγέλασον τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἀπάντων, μηδὲν ἔστω σοι κοινὸν πρὸς τὸν παρόντα βίω· ἂν ἀδικήσῃ τις, εὐεργέτησον· ἂν πλεονεκτήσῃ, εὐλόγησον· ἂν βλασφημήσῃ, τίμησον· πάντων ἀνώτερος ἔσο. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ἔδει.

Νυνὶ δὲ ὑπὲρ ὄρκου διαλεγόμεθα· καὶ ταῦτόν γίνεται, ὡσπερ ἂν εἰ τις τὸν ὀφείλοντα φιλοσοφεῖν, ἀφελκύσας τῶν διδασκάλων ἐκείνων, [87] συλλαβὰς ἔτι καὶ τοὶ κατὰ στοιχεῖον ἀναγινώσκων ποιοῖ. Ψυχήν σου μοι δοσὲν αἰσχύνῃ, ἀνθρώπων τινα ὑπήνην βαθεῖαν ἔχοντα, καὶ ῥόπαλον ἐπιφερόμενον, καὶ ἐξωμίδια ἔχοντα, εἰς διδασκάλους μετὰ τῶν παιδῶν ἀπεινά, καὶ τὰ αὐτὰ ἐκείνοις μανθάνειν, ἄρα οὐ πολὺς ὁ γέλως; Ἀλλὰ πλείων οὗτος ὁ ἡμέτερος. Οὐ γὰρ ὅσον φιλοσοφίας τὸ μέσον καὶ γραμμάτων, τοσούτου τῆς Ἰουδαϊκῆς πολιτείας καὶ τῆς ἡμετέρας τὸ διάφορον, ἀλλ' ὅσον ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων. Εἰ τις, εἰπέ μοι, ἀγγέλον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταγαγῶν, κελεύσειεν ἐνταῦθα ἔσταναι καὶ ἀκροῦσθαι τῶν ἡμετέρων λόγων, ὡς ὀφείλοντα ἀπὸ τούτων ῥυθμίζεσθαι, ἄρα οὐκ αἰσχύνῃ καὶ γέλως ἦν; Εἰ δὲ τὸ περὶ τούτων ἔτι παιδεύεσθαι γέλως· τὴ μηδὲ τούτοις προσέχειν, εἰπέ μοι, πόση κατὰ γνῶσις; πόση αἰσχύνῃ; Καὶ πῶς γὰρ οὐκ αἰσχύνῃ, ὅτι ἔτι Χριστιανοὶ περὶ τοῦ μὴ δεῖν ὁμνύειν παιδεύονται; Πλὴν ἀλλ' ἀνασχόμεθα, ἵνα μὴ μάλλον γελώμεθα. Τί δὲ αὐτὴ φησὶν; Ὅρκω μὴ ἐθίσῃς τὸ στόμα σου, μηδὲ τῷ ὀνόματι τοῦ ἁγίου συνεθισθῆς. Διὰ τί; Ὡσπερ γὰρ οἰκέτης ἐξεταζόμενος ἐνδελεχῶς, ἀπὸ μάλωπος οὐ καθαρισθήσεται, οὕτως οὐδὲ ὁ ὁμνύων.

ε'. Ὅρκω τὴν σύνεσιν τῷ σφροῦ τούτου. Οὐκ εἶπεν, Ὅρκω μὴ ἐθίσῃς τὴν διανοίαν σου, ἀλλὰ, *τὸ στόμα σου*· ὅτι τοῦ στόματος ἂν τῶ πᾶν οἶδε, καὶ ὅτι εὐκόλως κατορθοῦται. Ξυνήθεια γὰρ ἔστι λοιπὸν ἀπροσιρέτως γινόμενη· οἷόν εἰσι πολλοὶ, οἳ ἐν βαλανεῖοις εἰσιόντες, ἅμα τῷ τὰς θύρας ὑπερβῆναι σφραγίζονται. Τοῦτο οἶδεν ἡ χεὶρ καὶ μηδὲν, κελεύοντος ἀπὸ τῆς συνήθειας ποιεῖν. Πάλιν λύχνου ἀφθέντος, πολλάκις τις διανοίας ἔτερον τι σκεπτομένης, ἡ χεὶρ τὴν σφραγίδα ποιεῖ. Οὕτω δὴ καὶ τὸ στόμα, οὐ μετὰ τῆς ψυχῆς φθέγγεται, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς συνήθειας, καὶ ἐν τῇ γλώττῃ τὸ πᾶν ἔστι. *Καὶ τῷ ὀνόματι τοῦ ἁγίου μὴ συνεθισθῆς*. Ὡσπερ γὰρ οἰκέτης ἐξεταζόμενος ἐνδελεχῶς, ἀπὸ μάλωπος οὐ καθαρισθήσεται, οὕτως οὐδὲ ὁ ὁμνύων. Οὐχὶ τὴν ἐπιορκίαν ἐνταῦθα, ἀλλὰ τὸν ὄρκον ἐκκόπτει, καὶ αὐτῷ τίθησι τὴν τιμωρίαν. Ἄρα τὸ ὁμνύειν ἁμαρτία. Τοιαύτη ὄντως ἔστιν ἡ ψυχὴ, τοσοῦτον γέμει τραυμάτων, τοσοῦτον μωλώπων. Ἀλλ' οὐχ ὁρᾷς; Τοῦτο γὰρ τὸ δεινόν· καίτοι γε δύνασαι, ἐὰν θέλῃς, ὄρκον· ἔδωκε γὰρ σοι ὀφθαλμοὺς ὁ Θεός. Τοιούτους ὀφθαλμοὺς ἔωρα ὁ προφήτης, λέγων· *Προσώψασα καὶ ἐσάπησαν οἱ μάλωπέδες μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου*. Κατεφρονήσαμεν τοῦ Θεοῦ, ἐμισήσαμεν τὸ ὄνομα τὸ καλὸν, κατεπατήσαμεν τὸν Χριστὸν, ἐλύσαμεν τὴν αἰδοῦ, οὐδεὶς μετὰ τιμῆς μέμνηται τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ.

\* Sic locum corruptum restitimus ex Savil. et manuscriptoris.

Καὶ σὺ μὲν, ἂν φιλῆς τινα, καὶ πρὸς τὸ ὄνομα διανίστασαι· τὸν δὲ Θεὸν αὐτῷ συνεχῶς χαλεῖς ὡς οὐδέν. Κάλεσον αὐτὸν ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἐχθροῦ· κάλεσον αὐτὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς σῆς ψυχῆς· τότε παρέσται, τότε εὐφραίνεις αὐτόν· νῦν δὲ παροξύνεις. Κάλεσον αὐτόν, ὡς ἐκάλεσε Στέφανος. Τί λέγων; *Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην*. Κάλεσον αὐτόν, ὡς ἐκάλεσεν ἡ τοῦ Ἐλκανᾶ γυνὴ, μετὰ δακρῶν, μετὰ θρήνων, μετὰ εὐχῆς. Οὐ κωλύω, [88] ἀλλὰ καὶ σφόδρα παραινῶ b. Κάλεσον αὐτόν ὡς ἐκάλεσε Μωϋσῆς, καὶ ἔδωκε παρακαλῶν ὑπὲρ τῶν φυγαδευσάντων αὐτόν. Καὶ σὺ μὲν, ἂν τινας μνησθῆς ἀπλῶς ἀνδρῶς αἰδεσίμου, ὑβρις τὸ πρᾶγμα· τὸν δὲ Θεὸν περιφέρων, οὐ μόνον ἀπλῶς, ἀλλὰ καὶ ἀκαίρως ἐν τοῖς σοῖς λόγοις, οὐδὲν τὸ πρᾶγμα νομίζεις; Καὶ πόσης οὐχὶ κολάσεως ἄξιός ἄν εἴης; Οὐ κωλύω τὸν Θεὸν ἔχειν διαπαντὸς ἐν διανοίᾳ (τοῦτο γὰρ καὶ εὐχομαι καὶ βούλομαι), ἀλλὰ μὴ παρὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ, ἀλλ' αἰνοῦντα, ἀλλὰ τιμῶντα. Μεγάλα ἂν τοῦτο εἰργάσατο ἡμῖν ἀγαθὰ, εἰ ὅτε ἔδει, καὶ ἐφ' οἷς ἔδει· μόνον ἐκαλοῦμεν αὐτόν. Διὰ τί, εἰπέ μοι, ἐπὶ μὲν τῶν ἀποστόλων τοσαῦτα δυνάμεις ἐγίνοντο, ἐπὶ δὲ ἡμῶν οὐχί; καίτοι ὁ αὐτός ἐστι Θεός, τὸ αὐτὸ ὄνομα. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἴσον. Πῶς; Ὅτε ἐκείνοι μὲν ἐπὶ τούτοις c, οἳ εἶπον, αὐτὸν ἐκάλουν μόνον· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐπὶ τούτοις, ἀλλ' ἐπ' ἄλλοις. Εἰ δὲ ἀπιστεῖ, καὶ διὰ τοῦτο ὁμνύεις, λέγε μὲν, Πίστευσον· πλὴν εἰ βούλει, ὁμοσον κατὰ σαυτοῦ. Οὐκ ἀντινομοθετῶν τῷ Χριστῷ λέγω, μὴ γένοιτο· *Ἔστω γὰρ, φησὶν, ὑμῶν τὸ Ναί, γαί, καὶ τὸ Οὐ, οὐ· ἀλλὰ συγκαταβαίνω ὑμῖν, ἵνα μᾶλλον εἰς τοῦτο ὑμᾶς ἐναγάγω, καὶ τῆς συνήθειας ἀπαγάγω τῆς τυραννικῆς*. Πόσοι ἐν τοῖς ἄλλοις εὐδοκιοῦντες ἀπώλοντο ἀπὸ τούτων τῶν πραγμάτων; Βούλεσθε μαθεῖν, διὰ τί συνεχώρουν τοῖς ἀρχαίοις ὁμνύειν; (ἐπιορκεῖν γὰρ οὐδὲ ἐκείνοις συγχωρήτο). Ἐπειδὴ ἐν τοῖς εἰδώλοις ὤμνουν. Οὐκ αἰσχύνεσθε τούτοις ἐμμένοντες τοῖς νόμοις, οἳ ἐκείνοι ἐνήγγοντο οἱ ἄσθενοις; Ἐπεὶ καὶ νῦν Ἕλληνα ἐὰν λάθω, οὐκ εὐθέως αὐτῷ ἐπιτάσσω τοῦτο, ἀλλὰ τέως εἰδέναι τὸν Χριστὸν παραινῶ· ὁ δὲ πιστὸς καὶ μαθὼν αὐτόν καὶ ἀκούσας, εἰ μέλλοι τῆς αὐτῆς τῷ Ἑλληνι συγκαταθέσεως δεῖσθαι, τί τὸ ὄφελος; ποῖον τὸ κέρδος; Ἀλλ' ἡ συνήθεια χαλεπὸν, καὶ δυσάποσπάστως ἔχεις; Οὐκοῦν ἐπεὶ τοσαύτῃ τῆς συνήθειας ἡ τυραννὶς, εἰς ἑτέραν αὐτὴν μετάγαγε συνήθειαν. Καὶ πῶς δυνατόν; φησὶν. Ὅ πολλὰκις εἶπον, τοῦτο καὶ νῦν λέγω· Ἔστωσαν λογισταὶ τῶν λεγομένων πολλοὶ, ἔστωσαν ἐξετασταὶ καὶ διορθωταί. Οὐκ ἔστιν αἰσχύνῃ τὸ ὑφ' ἐτέρων διορθοῦσθαι· μᾶλλον μὲν οὖν αἰσχύνῃ τὸ ἀπωθεῖσθαι τοὺς διορθοῦντας, καὶ ἐπὶ βλάβῃ τῆς οἰκειᾶς σωτηρίας τοῦτο ποιεῖν. Καὶ σὺ μὲν τὴν ἐσθῆτα ἂν ἐναλλάξ περιβάλλῃ, καὶ παῖδα ἐπιτρέπεις διορθῶσαι, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ παρ' ἐκείνου μανθάνων, καίτοι γε ἐν τοῦτω πολλὴ ἡ αἰσχύνῃ· ἐνταῦθα δὲ τὴν ψυχὴν βλαπτόμενος, αἰσχύνῃ, εἰπέ μοι, παρ' ἑτέρου παιδεύεσθαι; καὶ κοσμῶντα μὲν σε περὶ τὴν ἐσθῆτα φέρεις τὸν οἰκέτην καὶ ὑποδοῦντα, κοσμῶντα δὲ τὴν ψυχὴν οὐ φέρεις; Καὶ πόσης οὐ ταῦτα ἀνοίας; Ἔστω καὶ οἰκέτης τούτων διδάσκαλος, ἔστω καὶ παιδίον, ἔστω

b Unus σφόδρα βούλομαι καὶ παραινῶ. c Ἄλλοι ἴσον. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐπὶ τούτοις.

καὶ γυνή, ἔστω καὶ φίλος <sup>a</sup> καὶ συγγενῆς καὶ γείτων. Ὅσπερ γὰρ τὸ πάντοθεν ἐλαυνόμενον θηρίον οὐχ οἶόν τε διαφυγεῖν οὕτω τὸν τοσοῦτους ἔχοντα φύλακας, τὸν τοσοῦτους ἐπιτιμῶντας, τὸν πάντοθεν πληττόμενον, οὐκ ἐνὶ μὴ φυλάξασθαι. Καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ [89] ἡμέρᾳ χαλεπῶς οἴσει τοῦτο, καὶ κατὰ τὴν δευτέραν, καὶ ἐν τῇ τρίτῃ<sup>a</sup> λοιπὸν δὲ ῥᾶστον ἔσται,

<sup>a</sup> Morel. διδάσκαλος, ἔστω καὶ φίλος, omissis interrogatit.

καὶ μετὰ τὴν τετάρτην οὐδὲ τὸ πρᾶγμα ἔσται αὐτό. Ἀπόπειραν ποιήσατε, εἰ γε ἀπιστεῖτε· φροντίσατε, παρακαλῶ. Οὐκ ἔστι τὸ τυχὸν ἀμαρτανόμενον, οὐδὲ κατορθούμενον, ἀλλὰ ἐκατέρωθεν μέγα, καὶ κακὸν καὶ καλόν. Γένοιτο δὲ καλὸν γενέσθαι, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ὅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΙΑ'.

Ἀπολυθέντες δὲ ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους, καὶ ἀπήγγειλαν ὅσα πρὸς αὐτοὺς οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι εἶπον.

α'. Οὐχὶ φιλοτιμία; ἔνεκεν διηγοῦνται· πῶς γάρ; ἀλλὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος ταῦτα τεκμήρια ἐπιδείκνυνται. Διδὸν καὶ ὅσα μὲν ἐκεῖνοι εἶπον, ταῦτα διηγοῦνται· τὰ δὲ αὐτῶν εἰ καὶ παρατρέχουσιν, ὅμως καὶ ταύτῃ θαρσαλέωτεροι γίνονται. Καὶ σκόπει, πῶς πάλιν ἐπὶ τὴν ἀληθῆ βοήθειαν κατέφυγον, ἐπὶ τὴν συμμαχίαν τὴν ἄμαχον, καὶ πάλιν ὁμοθυμαδὸν, καὶ μετὰ σπουδῆς· οὐδὲ γὰρ ἔστιν εὐχὴ ἀπλῶς γινομένη. Οἱ δὲ ἀκούσαντες, ὁμοθυμαδὸν ἦραν φωνὴν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ εἶπον. Ὅρα, πῶς εἰσὶν ἠκριθωμένοι αὐτῶν αἱ εὐχαί. Ὅτε τὸν ἄξιον εἰς ἀποστολήν ἤξιουν αὐταῖς ἀναδειχθῆναι, οὕτως ἔλεγον· Σὺ, Κύριε, καρδιογνώστη πάντων, ἀνάδειξον (προγνώσεως γὰρ ἦν ἐκεῖ χρεία)· ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ ἐπιστομισθῆναι τοὺς ἐναντίους ἔχρην, περὶ δεσποτείας διαλέγονται· διὸ καὶ οὕτως ἤρξαντο· Δέσποτα ὁ Θεός, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· ὁ διὰ στόματος Δαυὶδ τοῦ παιδὸς σου εἰπὼν, Ἰνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἀρχόντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό· κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Καθάπερ συνθήκας ἀπαιτοῦντες τὸν Θεόν, τὴν προφητείαν εἰς μέσον ἄγουσιν, ὅμα καὶ ἑαυτοὺς παραμυθούμενοι, ὅτι εἰκὴ ἅπαντα μελετῶσιν οἱ ἔθροισι. Ὅ οὖν λέγουσι, τοῦτό ἐστιν· Ἐκεῖνα εἰς πέρας ἄγαγε, καὶ δεῖξον, ὅτι κενά ἐμελέτησαν. Συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ἐπὶ τὸν ἅγιον Παῖδά σου Ἰησοῦν, ὃν ἔχρισας, Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλάτος σὺν ἔθροισι καὶ λαοῖς Ἰσραὴλ, ποιήσαι ὅσα ἡ χεὶρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρῃσε γινέσθαι. Καὶ τὰ νῦν, Κύριε, ἐπίθε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν. Ὅρα <sup>a</sup> τὴν φιλοσοφίαν, καὶ πῶς οὐχὶ καταρωμένων ἔστι ταῦτα; Οὐκ ἔθικαν δὲ τὰς ἀπειλὰς ἰδικῶς, ἀλλ' ὅτι ἠπειλήσαν μόνον λέγουσιν· ἐπιτίμνεται γὰρ ὁ συγγραφεὺς τὸν λόγον. Καὶ ὅρα· οὐκ εἶπον, Ῥᾶσον <sup>b</sup> αὐτοὺς, κατάβαλε αὐτοὺς· ἀλλὰ τί; Καὶ ὁδὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παρρησίας πάσης λαλεῖν τὸν λόγον σου. Οὕτω μανθάνωμεν εὐχεσθαι καὶ [90] ἡμεῖς. Καίτοι γε πόσου οὐκ ἂν τις ἐμπλησθεῖθι θυμοῦ, εἰς ἀνδρας ἐμπεσὼν ἀνελεῖν αὐτὸν ἐπιχειροῦντας, καὶ ἀπειλοῦντας; τοιαῦτα; πόστις οὐκ ἂν ἀπεχθείας πληρωθεῖς; Ἀλλ' οὐχ οἱ ἄγιοι οὗτοι. Ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν εἰς Ἰασιν, καὶ σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ τοῦ δνόματος τοῦ ἁγίου Παιδὸς σου Ἰησοῦ. Ἄν ἐν τῷ δνόματι ἐκείνων γίνωνται αἱ ἐνεργείαι, μεγάλη ἔσται ἡ παρρησία, φησί. Δεηθέντων δὲ αὐτῶν, ἐσαλεύθη ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἦσαν συνηγμένοι. Τοῦ ἀκουσθῆναι αὐτοὺς, καὶ τῆς ἐπισκέψεως τοῦ Θεοῦ τοῦτο

τεκμήριον γέγονε. Καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου. Τί ἐστιν, Ἐπλήσθησαν; Ἀντὶ τοῦ, Ἀνεπυρώθησαν τῷ Πνεύματι. Καὶ γὰρ ἀνεκαίετο ἐν αὐτοῖς τὸ χάρισμα. Καὶ ἐλάλουν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μετὰ παρρησίας. Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία. Ὅρα, ὅτι μετὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν εισέφερον; Πανταχοῦ γὰρ τοῦτο χρῆ παρατηρεῖν, ὅτι μετὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπιδείκνυοσι· καθάπερ Πέτρος ἔλεγεν, Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐκ ὑπάρχει μοι. Ὅ ἀνωτέρω οὖν εἶπεν, ὅτι πάντες ἦσαν ἐπιταυθῶ, πάλιν ἐνταῦθα δηλῶν τὸ αὐτὸ λέγει, ὅτι τοῦ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία. Εἰπὼν δὲ, ὅτι ἠκούσθησαν, λέγει λοιπὸν αὐτῶν καὶ τὴν ἀρετὴν. Καὶ γὰρ μέλλει ἐμβαίνειν εἰς τὸ διήγημα τῆς Σαπεφείρας καὶ τοῦ Ἀνανίου. Διδὸν θέλων δεῖξαι τὴν μιανίαν ἐκείνων, πρότερον περὶ τῆς τῶν ἄλλων ἀρετῆς διαλέγεται <sup>c</sup>. Εἰπέ δὲ μοι, ἡ ἀγάπη τὴν ἀκτημοσύνην ἔτεκεν, ἢ ἡ ἀκτημοσύνη τὴν ἀγάπην; Ἐμοὶ δοκεῖ ἡ ἀγάπη τὴν ἀκτημοσύνην, ἢ καὶ ἐπέσφιγγεν αὐτὴν μάλλον. Ἄκουε δὲ καὶ τί φησιν· Πάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία. Ἴδου καρδία καὶ ψυχὴ τὸ αὐτό. Καὶ οὐδὲ εἰς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν ἰδίον εἶναι, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά. Καὶ δυνάμει μεγάλη ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον τῆς ἀναστάσεως οἱ ἀπόστολοι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καθάπερ ἐγγειρισθέντας αὐτοὺς τοῦτο δεῖκνυσιν· ἢ καὶ ὡς περὶ ὀφλήματος λέγει· τουτέστι, τὸ μαρτύριον τῆς βασιλείας μετὰ παρρησίας πᾶσιν ἀπεδίδουν <sup>d</sup>. Χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς· οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς. Καθάπερ ἐν οἰκίᾳ πατρικῆ ἰοὶ ἐμότημι πάντες, οὕτω διέκειντο. Οὐκ ἐνὶ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ἔτρεφον μὲν τοὺς ἄλλους· ὡς ἐξ ἰδίων δὲ τρέφοντες, οὕτω διέκειντο. Ἀλλὰ τὸ θαυμαστὸν τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἑαυτῶν ἀποστήσαντες τὰ πράγματα, οὕτως ἔτρεφον, ἵνα μηκέτι εἰς ἐξ ἰδίων, ἀλλ' ὡς ἐκ κοινῶν τρέψεν δοκῶσιν. Ὅσοι <sup>e</sup> δὲ κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον, πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων, καὶ ἐτίθεισαν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων. Διεδίδοδο δὲ ἐκάστῳ καθότι ἂν τις χρεία εἶχε. Πολλὴ ἡ τιμὴ, εἰ γε μὴ εἰς χεῖρας, ἀλλὰ παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων ἐτίθειον. Ἰωσή <sup>f</sup> δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, ὁ ἐστὶ μεθερμηνεύμενος, Ἰὺδὸς παρακλήσεως. Οὐ δοκεῖ μοι οὗτος ἐκεῖνος εἶναι ὁ μετὰ Ματθαίου· ἐκεῖνος γὰρ καὶ Ἰωσῆς ἐλέγετο καὶ Βαρσαβᾶς, ὕστερον δὲ ἐπεκλήθη καὶ Ἰούστος· οὗτος δὲ Βαρνάβας, ἰὺδὸς παρακλήσεως ὑπὸ τῶν ἀποστόλων [91] ἐπωνομάσθη. Καὶ δοκεῖ μοι ἀπὸ τῆς ἀρετῆς εἰληγεῖναι τὸ ὄνομα, ὡς πρὸς τοῦτο ἱκανὸς ὦν καὶ ἐπιτήδειος. Δουλείης, Κύριος τῷ

<sup>c</sup> codex ὅρα φιλοσοφίαν. <sup>b</sup> Ita codd. nostri et If. ὁρῶν.

<sup>e</sup> Ἰγνυς [imō A. B. C.] διαλέγεται ὅρα; εἰπέ <sup>f</sup> ἐπὶ τῷ <sup>d</sup> sic unius codex. <sup>e</sup> Aiii κοινῶν τὰς

puDET ab alio crudiri? et servum fers te circa vestem ornantem et calceantem, eum autem qui animam tuam ornat non sustines? Et quantæ hoc non insipientiæ fuerit! Sit et servus doctor, sit puerulus, sit uxor, sit amicus<sup>1</sup>, cognatus, vicinus. Sicut enim fera, quæ undique pellitur, non potest effugere: sic is, qui tot habet custodes, tot correctores, qui undique feriant, non potest non sibi cavere. Et primo quidem

<sup>1</sup> Morel. legit: *sit et servus doctor, sit amicus*, omissis interpositis.

die. ægre feret atque in secundo et tertio: at deinceps res erit facilior, et post quartum non idem erit negotium. Periculum facite, si quidem non credatis: curam habete, obsecro. Non est leve peccatum, neque levis correctio; sed utrinque magnum seu bonum seu malum. Utinam bonum fiat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA XI.

CAP. 4. v. 25. *Dimissi autem venerunt ad suos; et annuntiaverunt eis, quanta ad eos principes sacerdotum et seniores dixissent.*

1. Non vana gloria moti narrant: qui enim fieri potuerit? sed hæc gratiæ Christi sunt indicia. Ideo, quæcumque illi dixerant, enarrant; sua vero dicta licet prætereant, hinc tamen majorem fiduciam assumunt. Et perpende, quomodo rursus ad verum auxilium confugiant, ad subsidium invictum, ac rursus unanimiter et cum studio: neque enim est oratio utcumque emissa. 24. *Qui cum audissent, unanimiter levaverunt vocem ad Deum, et dixerunt.* Vide quam diligenter fiant illorum preces. Quando apostolatu dignum ostendi sibi petebant, sic dicebant: *Tu, Domine, qui corda nosti omnium, ostende* (Act. 1. 24) (ibi enim præscientia opus erat): hic vero, quia adversariorum ora obstrui oportebat, de dominatu loquantur; ideo sic orsi sunt: *Domine Deus, qui fecisti cælum, et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt: 25. qui per os David pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? 26. Adstiterunt reges terræ et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus* (Psal. 21. 2). Ac si pacta a Deo exigerent, prophetiam in medium afferunt, seipsum simul consolantes, quod omnia frustra meditentur inimici. Hoc autem significare volunt: Illa in medium profer, et ostende quod vana meditati sint. 27. «Convenerunt enim vere in civitate ista adversus sanctum Puerum tuum Jesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus cum gentibus et populis Israel, 28. ut facerent quæcumque manus tua et consilium tuum fieri prælinivit. 29. Et nunc, Domine, respice in minas eorum.» Viden' philosophiam, et quomodo his non imprecantur mala? Minas speciatim non exposuerunt, sed dicunt tantum illos minatos esse: nam compendio loquitur scriptor. Et vide, non dixerunt, Dirumpe illos, dejice illos; sed quid? *Et da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum.* Sic nos quoque discamus orare. Etsi quo non furore impleatur qui in viros incidit occidere ipsum conantes, et talia minitantes? Et quo non odio impleatur? At non sic hi sancti. 30. *In eo quod manum tuam extendas ad sanitates, et signa et prodigia fieri per nomen sancti Pueri tui Jesu.* Si in nomine illo fiunt operationes, inquit, magna erit loquendi fiducia. 31. *Et cum orassent, motus est locus, in quo erant congregati.*

Quo illos exauditos esse et divinam fieri visitationem significabatur. *Et repleti sunt omnes Spiritu sancto.* Quid est, *Repleti sunt?* Id est, Spiritu succensi sunt, et ardebat in illis charisma. *Et loquebantur verbum Dei cum fiducia.* 32. *Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una.* Vides, quod cum gratia Dei etiam sua afferebant. Ubique enim hoc observandum est, quod cum gratia Dei, sua etiam exhibeant, ut Petrus dicebat: *Argentum et aurum non est mihi* (Act. 3. 6). Itaque quod superius dicebat, omnes fuisse *In idipsum*, rursus hic declarat: *Multitudinis credentium erat cor unum et anima una.* Cum dixisset autem illos exauditos fuisse, eorum postea virtutem narrat. Ingressurus namque est in narrationem Sapphiræ et Ananiæ. Ideo illorum scelus ostensurus, prius de aliorum virtute loquitur. Dic, oro, caritasne paupertatem parit, an paupertas caritatem? Videtur mihi quod caritas paupertatem, quæ magis illam adstringit. Audi vero, quid dicat: *Omnium erat cor unum et anima una.* Ecce cor et anima idipsum sunt. «Nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. 33. Et virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Domini Jesu Christi.» Quasi eis commissum sit, hoc declarat, et quasi de officio ipsorum loquitur: id est, testimonium regni cum fiducia omnibus reddebant. *Gratia quoque magna in omnibus erat: 34. neque enim quisquam egens erat inter illos.* Sicut in paterna domo filii omnes pari sunt honore, sic illi affecti erant. Non licebat enim dicere, quod alios enutrent; ac si ex suis illos nutrent, sic affecti erant. Sed hoc est mirabile, quod rebus suis sepositis, ita nutriebant, ne ex suis, sed ex communibus ali viderentur. «Quotquot autem possessores agrorum vel domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant. 35. Et ponebant ante pedes apostolorum. Dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat.» Magnus honor, quod non in manus, sed ad pedes apostolorum ponerent. 36. *Joseph autem, qui cognominatus est Barnabas ab apostolis, quod est interpretatum, filius consolationis.* Non videtur mihi hic ille esse, qui cum Matthia: ille namque Joseph vocabatur Barsabas, postea vero cognominatus est Justus; hic vero Barnabas, filius consolationis, ab apostolis cognominatus est: videturque mihi a virtute nomen accepisse, ac si ad eam rem esset aptus et idoneus. *Levites, Cyprius genere,*

37. *cum haberet agrum, vendidit eum, et attulit pretium, et posuit ante pedes apostolorum.*

2. Ille mihi observare velim, quomodo ostendat solutam legem, et cur dicit: *Levites, Cyprius genere.* Quia demum mutata patria, Levitæ vocabantur. Sed superius dicta repetamus: *Dimissi, inquit, venerunt ad suos, et annuntiaverunt quæcumque ad eos principes sacerdotum et seniores dixissent.* Vide quam a fastu alieni sint apostoli, et quam philosophi. Non circumeuntes sese venditant nec dicunt, quo pacto sacerdotes confutarint; neque narrando vanam gloriam captarunt; sed venientes ea, quæ a senioribus audierant, simpliciter denuntiant. Hinc discimus ipsos non sese in tentationes injecisse; sed eas, quæ inferebantur, fortiter tulisse. Alius vero, quisquis fuisset, forte multitudine fretus, contumelias etiam protulisset, ac sexcenta gravia loquutus esset. At non hi philosophi; sed omnia mansuete et benigne. *Qui cum audissent, inquit, unanimiter vocem levaverunt ad Deum.* Clamor factus est ex voluptate et magno affectu. Tales namque preces prosunt, quæ philosophia plenæ sunt, de talibus, a talibus, tali tempore et modo emissæ, sicut aliæ abominabiles sunt et immundæ. Vide, quomodo nihil superfluum, sed <sup>1</sup> de virtute tantum ipsius loquantur: imò etiam quemadmodum Christus dicebat Judæis, *Si autem ego in Spiritu Dei loquor*; ita et ipsi dicunt, *Per Spiritum sanctum.* Ecce etiam Servator in Spiritu loquitur. Quid vero dicant, audi. *Domine Deus, qui per os David pueri tui dixisti, Quare fremuerunt gentes? Mos enim est Scripturæ de uno ut de pluribus loqui.* Hoc vero significare volunt: Non ipsi valuerunt, sed tu totum permisisti et ad finem deduxisti, qui sagax es et sapiens, atque ipsis inimicis ad voluntatem utoris. Nam hic de illius sagacitate et sapientia loquuntur, ostenduntque illos, utpote inimicos et hostes, ex sanguinario proposito convenisse: faciebant autem ea, quæ tu volebas, *Quæque manus tua et consilium tuum decreverunt fieri.* Quid est, *Manus tua?* Illic mihi videtur manum vocare potentiam et consilium. Sufficit, inquit, te velle; nullus enim potentia prædefinit. Illud ergo, *Quæcumque manus tua;* id est, Quæcumque præcepisti. Vel hoc igitur dicit, vel quod manu operatus sit. Sicut ergo tunc vana meditati sunt, sic etiam nunc ut vana illi meditentur facito. *Et da servis tuis;* id est, Ne minæ eorum opere compleantur. Hæc porro dicebant, non detrectantes durum quidpiam pati, sed pro prædicatione petunt. Non enim dicunt, Erue nos a periculis; sed quid? *Et da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum.* Qui ergo illa in finem deduxisti, et hæc deduc. *Quem unxisti,* inquit. Vide, quomodo etiam in precibus passionem distinguunt, et omnia ad ipsum referunt, ipsumque fiduciæ auctorem esse dicunt. Viden, quomodo omnia propter Deum petant, et nihil ad gloriam suam? Quod ergo suum est promittunt, quod nempe non detrendi sint; signa vero petunt. *In eo quod,* inquit, *manum tuam*

<sup>1</sup> Alii legunt, nihil superfluum, nihil anile vel fabulosum, sed.

*extendas ad sanitates et signa et prodigia fieri.* Bene: nam absque illis, etiamsi immensam prætulissent alacritatem, frustra omnia fecissent. Annuit eorum petitioni, et palam fecit locum concutiendò, se illorum precibus adesse. *Et cum orassent, inquit, motus est locus.* Quod autem ea de causa factam sit, addi prophetam dicentem: *Qui respicit terram, et facit eam tremere;* et rursum, *A facie Domini mota est terra, a facie Dei Jacob (Psal. 103. 32. et 113. 7).* Hoc vero facit Deus, et ut majorem metum incutiat, et ut fiduciam illis indat post illas minas, et ut ad majorem dicendi libertatem acuat. Quia enim initium erat, et sensibili signo opus habebant ut persuaderentur; post hæc autem id numquam accidit: ita multam ex oratione consolationem sunt assequuti.

*Signa resurrectionem probabant.* — Jure autem signorum gratiam petunt; non alio enim modo ostendere poterant ipsum resurrexisse, nisi ex signis. Itaque non suam solum quærebant securitatem, verum etiam ne confunderentur, sed libere loquerentur. Motus est locus, et illos magis firmavit. Ille autem, modo signum iræ est, modo visitationis et providentiæ; nunc autem iræ. In passione vero Servatoris stupendo modo et præter naturam factum est. <sup>1</sup> [Etenim omnis terra commota est. Et ipse quoque Servator dicebat: *Tunc erunt famies et pestilentia et terræ motus per loca (Matth. 24. 7).* Alioquin vero iræ contra illos signum erat: hos enim Spiritu replevit. Vide, et apostoli post orationem Spiritu replentur. *Et gratia magna, inquit, erat in omnibus illis: neque enim quisquam egerat inter illos.*] Viden, quanta sit Spiritus virtus, ubi scilicet illa opus erat? Hæc est enim honorum causa, quam secundo memorat, adhortans omnes ad pecuniarum contemptum; superius dicens: *Nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat;* hic vero: *Nec quisquam egerat inter illos.*

3. Quod autem non ex signis tantum, sed etiam ex illorum proposito id factum fuerit, palam faciunt Sapphira et Ananias. Non autem verbo tantum; sed etiam virtute testimonium resurrectionis exhibuerunt, ut et Paulus ait: *Et prædicationis mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus et virtutis (1. Cor. 2. 4).* Nec simpliciter virtute, sed, virtute magna. Et bene dicit, *Gratia erat in omnibus.* Ideo namque gratia, quia nullus erat eger; id est, ex dantium alacritate nullus egerat. Neque enim partem largiebantur, partem recondebant: neque omnia dabant, sed quasi propria. Inæqualitatem de medio tollebant, et in abundantia multa vivebant: multoque cum honore hoc faciebant. Neque in manibus tradere audebant, neque cum fastu lar-

<sup>1</sup> Totus qui inter uncinos clauditur locus, sic effertur in uno c.: *Tunc enim omnis terra commota est, ita ut ubique intellectum fuerit magnum esse crucifixi virtutem, et eum qui patiebatur esse Deum, non simplicem hominem. Quod si (hæc terræ commotio) iræ signum erat, iram si significabat in Judæos, hos autem Spiritu replevit. Namque apostoli, post orationem, spiritu replentur. Et testimonium inquit, perhibebant in virtute multa, et gratia erat in omnibus illis.*







giebantur; sed ad pedes afferebant, et illos dispensatores esse sinebant, dominosque reddebant; ut quasi ex communibus deinceps insumerentur, non quasi ex propriis. Hinc autem fiebat, ut non vana gloria extollerentur. Hoc si nunc quoque fieret, cum majore viveremus voluptate et divites et pauperes: nec majorem pauperibus, quam divitibus hoc voluptatem afferret. Et si placet, hoc sermone describamus, et hinc voluptatem decerpamus, quando operibus non vultis. Maxime autem ex illis manifestum est, quæ tunc facta sunt; quia vendentes non egeni fiebant, sed et pauperes divites reddebant.

*Constantinopoli quot opes, quantus populi numerus.* — Cæterum hoc nunc sermone describamus: omnes sua omnia vendant et in medium afferant, sermone dico: nemo turbetur neque dives, neque pauper. Quantum putas auri collectum iri? Ego sane conjicio (neque enim id certo dici potest), si singuli et singulæ suas omnes hic pecunias evacuarent, si agros, possessiones, domos traderent (servos non dixerim, neque enim tunc erant, sed fortasse liberos dimittebant); forsitan decies centena millia librarum auri congregarentur; imo et bis terve amplius. Dic enim mihi, civitas nostra quantum promiscuorum hominum numerum continet? quot vultis esse Christianos? vultisne esse centum mille? quantus numerus gentilium et Judæorum? quot millia auri congregarentur? quantus vero est pauperum numerus? Non puto esse supra quinquaginta millia. Hos vero quotidie alere, quanta copia foret? Certe communi cibo et communi mensa ipsis apposita, non tantam puto impensam fore. Quid ergo, inquires, facturi essemus insumptis opibus? Tunc putas posse umquam insumi? annon millies abundantior gratia Dei esset? annon largiter gratia Dei effunderetur? Quid vero? annon terram efficeremus cælum? Si id in tribus millibus et quinque millibus ita refulsit, et nullus eorum de paupertate conquestus est, quanto magis in tanta multitudine? quis etiam externorum non aliquid adjiceret? Ut autem ostendam, sic distractas opes magis expendi, et paupertatis causam esse (a): sit domus, ubi sint pueri decem et uxor et vir; et illa quidem lanificio incumbat, ille vero de foris proventus afferat: dic mihi, an illi in communi viventes et in una domo, an dispersi plus impendant? Palam est quod dispersi. Nam si dispergantur decem filii, decem domibus erit opus, decem mensis, decem famulis, cæteroque similiter proventu. Quid vero, ubi servorum est multitudo? nonne ideo omnes eandem mensam habent, ne major fiat impensa? Nam divisio semper imminutionem parit; concordia et consensus, augmentum. Sic in monasteriis nunc vivitur, ut olim fideles vivebant. Quis fame mortuus est? quis non copioso cibo pastus est? Nunc tamen hoc magis timent homines, quam in pelagus immensum incidere. Si autem hujus

(a) Quæ de pauperibus Constantinopolitanis alendis hic dicuntur, similia sunt iis quæ de pauperibus Antiochenis supra dixerat Homilia I. XVI. in Mathæum, Tomo 7. Ubi advertas longe majorem fuisse pauperum numerum Constantinopoli, quam Antiochiæ.

rei periculum fecissemus, rem audacter aggredieremur. Quam putas illam esse gratiam? Si enim tunc, cum nullus pene esset fidelis, sed solum tria et quinque millia; cum omnes, qui in mundo erant, hostes essent; cum nusquam consolationem exspectarent, tam strenue rem aggressi sunt: quanto magis nunc, cum per Dei gratiam per totum orbem fideles sunt? quis jam superesset gentilis? Nullus, opinor; ita omnes attraxissemus et nobis conciliassemus. Cæterum si hac via progrediamur, per Deum spero sic rem futuram esse. Obtemperate mihi tantum, et per ordinem rem bene geremus: et si Deus vitam dederit, credo fore ut cito in hanc vitæ rationem nos ingeramus.

4. *Contra juramenta.*—Interim legem de juramento implete ac firmiter tenete: et qui servat, non servan-tem manifestum faciat, incuset vehementerque increpet. Præfinitum enim tempus prope est, et rei perquisitionem faciam, deprehensumque segregabo et excludam. Absit autem, ne quis talis apud nos inveniat; sed omnes accurate hoc pactum servent spirituale. Ut enim in bello ex tessera commilitones et alii dignoscuntur, ita et nunc fiat. Nam et nunc in bello sumus, ut et fratres agnoscamus. Quantum bonum erit nobis hoc signaculum et hic et in aliena terra? qualia sunt hæc arma adversus diaboli machinas? Os enim jurare nesciens, cito Deum in precibus attrahet, et gravi plaga diabolus feriet: os jurare nesciens, nec contumeliosum erit. Ut ex domo, sic ex lingua hunc ignem ejice, et foras trahe. Da ipsi linguæ ut paulum respiret, et ulcus infirmus reddito. Etiam obsecro, ut aliam vobis disciplinam tradam: cum enim hoc nondum emendatum sit, non ausim ad aliud venire. Hoc cum diligentia a vobis corrigatur: hujus operis sensum accipite, et tunc vobis alias inducam leges; imo non ego, sed Christus. Hoc bonum in anima vestra plantate, et paulatim paradus Dei efficiemini, multo melior illo olim paradiso. Neque enim apud nos serpens est, neque arbor mortifera, neque aliud simile. Figite in profundo hanc consuetudinem. Hoc si fiat, non vobis tantum presentibus proderit, sed etiam omnibus qui in orbe sunt; et non his tantum, sed et iis qui post futuri sunt. Consuetudo namque bona ingressa, et ab omnibus servata; in longa transibit tempora, et nullum ipsam tempus excindere poterit. Si is, qui ligna colligebat in sabbato, lapidatus fuit (Num. 15. 35): qui collectione illa longe graviora admittit, et peccatorum sarcinam colligit (hoc enim est juramentorum frequentia), quid non subibit? quid non patietur? Magnum a Deo accipietis auxilium, si hoc perfeceritis. Si dicam, Ne contumelia afficias, statim mihi furorem in medium affers: si dicam, Ne invidias, aliam causam proferes. Illic vero nihil tale habes dicendum. Ideo a facilibus cæpi, quia in artibus omnibus sic fieri solet. Sic quis ad majora procedit, cum prius faciliora didicit. Sciatis quam sit hoc facile, quando re per Dei gratiam perfecta, aliam acceperitis legem. Dato mihi fo-

1 In uno legitur, adversus diaboli caput.

quendi fiduciam, et coram gentilibus et coram Judæis, et, quod ante omnia est, coram Deo. Etiam obsecro per caritatem, per dolorem partus, quo vos parturivi, *Filioli mei*. Quod sequitur non addam, *Quos iterum parturio*; neque dicam, *Donec formetur Christus in vobis* (Gal. 4. 19). Credo enim, Christum in vobis formatum esse. Sed alia vobis dicam: *Fratres mei dilecti et desiderati, gaudium et corona mea* (Philipp. 4. 4). Credite mihi, me non aliter dicturum esse. Si quis mille coronas regias gemmis ornatus capiti meo nunc imponeret, non ita gauderem, ut gaudeo in profectu vestro; imo nec ipsam Imperatori ita gaudere puto, ut ego de vobis gaudeo. Quid dico? Si omnibus adversis gentibus expugnatis victor rediret, ac præter solitam coronam alias acciperet coronas et diademata victoriæ symbola, non puto illum de tropæis ita gavisurum esse, ut ego de profectu vestro gaudeo. Nam ita exsulto, ac si mille coronas capite gestarem; ac jure merito. Nam si per Dei gratiam hunc morem assequamini, sexcentos hostes supera-

stis, illis longe graviore, qui contra malos demones et feroces pugnaveritis, non gladio, sed lingua et proposito. Videte namque quam bene rem gesseritis, si hoc perficiatis. Primum gravem consuetudinem excidistis; secundo malam cogitationem, unde omnia mala, nempe quod putetis rem esse indifferentem nec noxiam; tertio furorem, quarto avaritiam: hæc quippe omnia gignit juramentum. Imo ex hoc ad alia bona opera maguam occasionem accipietis. Nam sicut illi, qui elementa puerilia discunt, non illa sola discunt, sed per illa paulatim ad legendum instituntur: sic et vobis accidet: non ultra vos decipiet mala cogitatio, neque diceis rem esse indifferentem; non ultra ex consuetudine loquemini, sed adversus omnia fortiter stabitis, ut per omnia virtutem secundum Deum hæti, æternis bonis fruamini, gratia et benignitate unigeniti Filii ejus, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA XII.

CAP. 4. V. 36. *Joseph autem, qui cognominatus est Barnabas ab apostolis (quod est interpretatum, filius consolationis), Levites, Cyprius genere, 37. cum haberet agrum, vendidit eum, et attulit pretium, et posuit ante pedes apostolorum.*

1. Narraturus de Anania et Sapphira, ut ostendat illum in maximum peccatum incidisse, prius memorat eum, qui recte se gesserat: quia cum tantus esset numerus eorum, qui ita fecerant, tanta gratia, tanta signa, a nullo horum emendatus, sed semel ab avaritia excæcatus, perniciem capiti suo attraxit. Cum haberet agrum; sic inquit, ut ostenderet hunc solum ipsi fuisse; vendidit et attulit pretium, et posuit ante pedes apostolorum. 1. *Vir autem quidam nomine Ananias, cum Sapphira uxore sua, vendidit possessionem, 2. et fraudavit de pretio, conscia uxore sua: et afferens partem quamdam, ad pedes apostolorum posuit.* Illud grave erat, quod mutuo consensu hoc facerent peccatum, nullo alio conscio. Unde subiit misero hoc facere? 3. *Dixit autem Petrus: Anania, cur impluit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, et fraudare de pretio agri?* Vide etiam nunc signum magnum, multoque majus priore. 4. *Nonne manens tibi manebat: et venundatum in tua erat potestate?* Hoc est, An necessitas et violentia quædam erat? num vos invitos trahimus? *Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo.* 5. *Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit et exspiravit.* Vide unde majus signum hoc? Quod occidat, quod ea, quæ in mente et quæ clam facta sunt, noscat. 6. *Et factus est timor magnus super omnes qui audierunt.* 6. *Surgentes autem juvenes, amoverunt eum, et efferentes sepelierunt.* 7. *Factum est autem quasi trium horarum spatium, et uxor ipsius, nesciens quod factum fuerat, introivit.* 8.

<sup>1</sup> Tres mss. habent. ... « exspiravit. » Hoc signum magnum est sanatione claudi, scilicet occidisse et ea cognovisse quæ in mente latebant et clam facta erant.

*Dixit autem ei Petrus: Dic mihi si tanti agrum vendidistis?* Hanc volebat servare: ille namque dux fuerat peccati. Et ideo fortasse dat illi tempus ad defensionem, et poenitiæ facultatem. Ideo dicit, *Dic mihi si tanti agrum vendidistis?* At illa dixit: *Etiam tanti.* 9. *Petrus autem ad eam: Quid utique convenit vobis tentare Spiritum sanctum? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum, ad ostium, et efferent te.* 10. *Cecidit autem statim ad pedes ejus, et exspiravit.* *Intrautes autem juvenes invenerunt illam mortuam, et elatum sepelierunt juxta virum suum.* 11. *Et factus est timor magnus in universa Ecclesia, et super omnes qui audierunt hæc.* Post timorem illum plura signa fecerunt: et quod fecerint, audi. 12. *Per manus autem apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe. Et erant unanimiter omnes in porticu Salomonis: 13. cæterorum autem nemo audebat se conjungere illis; sed magnificabat eos populus.* Jure: Petrus enim jam terribilis erat, puniens, et quæ in mente erant redarguens: cui magis hærebant, et propter signum, et propter priorem concionem, ac secundam tertiamque. Ipse namque et primum signum fecerat, et secundum, et hoc etiam, quod videtur mihi non unum, sed duplex esse; unum quidem, ea quæ in mente erant redarguere; secundum autem, jussu occidere. 14. *Magis autem augebatur, inquit, credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum, 15. ita ut in plateas ejicerent infirmos, et ponerent in lectulis ac grabatis, ut veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum.* Hoc in Christo non factum est: unde videre est nunc opere completum id, quod ille dixerat. Quodnam? *Qui credit in me, opera quæ ego facio et ipse faciet, et majora horum faciet* (Joan. 14. 12). 16. *Concurrerat autem et multitudo vicinarum civitatum Jerusalem, afferentes ægros et vexatos a spiritibus immundis, qui curabantur omnes.*

Vita Apostolorum ex contrariis contexebatur quo-





*modo.* — Tu vero mihi considera, quomodo tota vita illis ex contrariis contexatur. Mœror primus fuit assumptio Christi; deinde lætitia per Spiritus descensum; rursus mœror ob irrisores: deinde lætitia ex fidelibus et ex signo; iterum mœror, quod apprehenderentur; hinc lætitia per apologiam suam. Rursum hic lætitia et mœror. Nam quod conspicui essent et Dei revelationibus fruerentur, lætitia erat; quod vero etiam suos occiderent, mœstitia. Iterum lætitia ex splendore, iterumque mœror a principe sacerdotum. Et hoc ubique considerando videre possumus: id quod etiam apud veteres invenire est. Verum jam supra dicta repetamus. *Vendebant, inquit, et afferebant pretia, et ponebant ante pedes apostolorum.* Vide, dilecte, quomodo non permitterent apostolos vendere; sed ipsi venderent, et illis pretia darent. At non sic Ananias; sed subtrahit aliquid de pretio agri, quem vendiderat; ideoque punitur, utpote qui rem non bene gereret, et sua furari deprehenderetur. Hic perstringuntur sacerdotes, et quidem vehementer. Quia vero uxor ejus rei conscia erat; ideo illam quoque examinat.

2. At dixerit fortasse quispiam, acerbissime cum illa actum esse. Quid, queso, dicis? quæ acerbitas? Si is, qui ligna collegit in sabbato, lapidatur (*Num. 15. 35*), multo magis qui sacra diripit: etenim pecuniæ illæ jam sacræ erant. Itaque qui voluit sua vendere et dare, deindeque subripit, sacrilegus certe fuerit. Si vero is, qui ex suis subripit, sacrilegus est, multo magis is, qui ex alienis. Ne putetis enim, quia jam non ita fit, nec statim sequitur ultio, hæc impune fore. Viden' hoc in crimem vocari, quod cum illas pecunias sacras fecisset, de illis subripiat? Annon, inquit, poteras illis venditis, ut propriis uti? num prohibitus es? cur subripis, postquam promisisti? Vide, quomodo statim a principio sese immittat diabolus inter signa et miracula tanta; imo quomodo hic ab illo excæcatus sit. Tale quidpiam et in veteri lege factum est, quando Charmi anathema furatus deprehensus est: attamen nosti, quanta ultio de facinore sumpta sit (*Jos. 7. 2. et 20. 22*). Sacrorum enim expilatio admodum gravis est, dilecte, et magno contemptu plena. Neque vendere coegimus, inquit, neque pecunias ex venditis acceptas dare: tu id ex proposito tuo fecisti: cur ergo ex sacris pecuniis furatus es? *Cur implevit, inquit, satanas cor tuum?* Et si satanas hoc fecit, cur illi imputatur? In causa est, quia ejus operationem accepit, et illa impletus est. At oportebat, inquires, corrigere. Sed non correctus fuisset; nam qui talia viderat, nullumque inde lucrum tulerat, multo minus poterat alio modo lucrum accipere. Non oportuit ergo rem præmittere; sed quasi saniem quamdam excindi, ne reliquum corpus inficeret. Nunc enim et hic utilitatem accipit, ne ulterius in malitia progrediatur, et alii magis studiosi redduntur: alioquin autem contrarium accidisset. Ideo primum redarguit, et ostendit rem se non latuisse; tuncque condemnat illum. *Cur, inquit, hoc fecisti?* habere

voluisti? A principio retinere oportuit, et non promittere: nunc autem postquam consecraveras subripiens, majus sacrilegium admisisti. Nam qui aliena rapit, forte ex alienarum rerum cupiditate rapit: tibi vero licebat tua habere. Cur ergo illa sacra reddidisti, et postea rapuisti? Ex magno contemptu id fecisti. Facinus veniam non habet, excusatione caret.

*Sacrorum expilatores tempore Chrysostomi.* — Nemi autem offendiculo sit, si qui jam sint sacrorum expilatores. Nam si tunc fuerunt, multo magis nunc, cum multa sunt mala. Sed reprehendamus illos coram omnibus, ut et cæteri metum habeant. Judas sacrilegus erat; verum id discipulis non offendiculo fuit. Viden' quanta mala pecuniarum cupiditas pariat? *Et factus est, inquit, timor magnus super omnes, qui hæc audierunt.* Ille punitus est, et alii lucrati sunt: itaque non sine causa ita dispensatum est. Etsi alia signa prius facta fuerant, attamen non talis erat metus. Sic verum est illud: *Cognosceatur Dominus judicium faciens* (*Psal. 9. 17*). Sic et in arca factum est: *Ozan punitus est* (*2. Reg. 6. 7*), et hinc timor aliis. Sed illic quidem metuens rex, arcam amovit; hic autem alii attentiores facti sunt. Vides, quomodo non vocavit illam Petrus, sed exspectavit donec intraret: neque alius quispiam ausus est annuntiare quod acciderat. Hoc magistri timor erat, honor discipulorum et obedientia. *Trium horarum spatium.* Neque didicit uxor, nec quis presentium nuntiavit, quamvis ad divulgandum sat temporis esset; verum timebant. Hoc etiam admirans scriptor ait: *Nesciens quod factum fuerat, introiit.* At qui hinc discere licebat ipsam novisse ea, quæ occulta erant. Cur enim qui neminem interrogaverat, vos interrogat? Annon, ut liquet, quia sciebat? Sed nimia cæcitas non permisit illam crimen deponere; sed cum audacia multa respondet. Putabat enim se cum homine loqui. Hoc grave erat, quod uno consilio et quasi ex pacto peccatum admisissent. *Quid utique convenit vobis, inquit, tentare Spiritum sanctum? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum, ad ostium; et efferent te.* Prius illam docet quod peccaverit, et tunc ostendit illam juste, quæ vir passus erat, passuram esse, quia perinde peccaverat. Et quomodo, inquires, *Confestim cecidit ante pedes ejus, et exspiravit?* Quia prope adstabat. Sic illi in seipsum ultionem attraxerunt. *Quis demum non obstupuit?* quis apostolum non timuisset? quis non miratus esset? *Et erant, inquit, unanimiter omnes in porticu Salononis.* Hic palam est, illos non in domo quapiam, sed in templo versatos esse. Neque ultra cavebant sibi ne immunda contingerent, sed sine scrupulo mortuos tangebant. Et vide, quomodo erga suos ceteri sint, erga alios autem potestate non utantur. *Magis autem, inquit, augebatur credentium in Domino multitudo virorum et mulierum; ita ut in plateis ponerent infirmos in lectulis ac grabatis, ut veniente Petro saltem umbra illius adumbraret quemquam illorum.*

3. Magna accedentium fides, et major quam sub ipso Christo. Unde autem hoc factum est? Quia Christi

stus hoc prænuntiavit et dixerat. *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, faciet, et majora faciet.* (Joan. 14. 12). Manentibus autem illis istis, nec circumventibus, omnes afferbant in lectulis et grabatis quos habebant infirmos, et undique illis confluebat miraculum, a credentibus, a sanatis, ab eo qui plexus fuerat, a fiducia quam erga illos habebant, a virtute eorum, qui non utcumque credebant: neque enim quod fiebat, signis tantum constabat. Nam etsi illi modeste loquentes totum ipsi imputent dicentes, in nomine Christi se hæc facere; sed vita quoque et virtus virorum hoc fecit. Perpende autem, quomodo hic numerum credentium non afferat, auditori relinquens ut id ex se conjectet: sic ad immensam multitudinem fides extendebatur. Hinc et resurrectio magis prædicabatur. *Nemo autem audebat se conjugere illis, sed magnificabat eos populus.* Sic ait, ostendens illos tempore non contemptui fuisse, ut prius erant: ac brevi jam non unoque momento hæc a piscatore et privato homine facta fuisse.

*Quam mira primorum Christianorum vita.*— Cælum itaque jam erat terra ex vivendi ratione, dicendi libertate, miraculis, cæterisque omnibus: ac velut angeli admirationi erant, ad nihil se convertentes, non ad risum, non ad minas, non ad pericula: non ea solum de causa, sed etiam quod admodum humani essent, et sollicitè curarent; alios enim pecunia, alios corporali curatione juvabant. *Cur implevit satanas cor tuum?* Fere sese purgat Petrus illum puniturus, et alios erudit. Quia enim futurum erat, ut hoc valde durum appareret, ideo in illum et in uxorem tremendum exercet iudicium. Si autem ambos, qui irremissibiliter peccaverant, non tali affecisset poena, quantum hinc Dei contemptus futurus erat? Quod autem ideo sic factum sit, liquet ex eo, quod non statim ad ultionem venerit, sed primo peccatum ostendat. Unde nemo ingemuit, nemo ejulavit; sed omnes exterriti sunt. Jure autem, quia fides illorum augebatur, signa plura edebantur, et ingens apud suos metus erat, quia non sic externa nos turbant et domestica. Si ergo simus mutuo conjuncti, nemo nobis bellum inferet; sin contra dissideamus, omnes nos invadent. Hinc illi cum fiducia et libertate in forum, et in medium inimicorum se conferebant et prævalebant; implebaturque dictum illud: *Dominare in medio inimicorum tuorum* (Psal. 109. 2). Hoc majoris erat virtutis iudicium, quod detenti, vincti, talia facerent: Si ergo tui, qui mentiti fuerant, talia passi sunt, quid non patientur ii, qui pejerant? Immo si mulier, quod dixerit, *Etiam tanti*, ejusmodi poenas dedit, nec effugit: cogitate quo sitis vos supplicio digni, qui juratis et pejeratis? Erre fuerit hodie ex veteri lege perjurii gravitatem ostendere. *Falsus*, inquit, *volans erat, lata decem cubitis* (Zac. 5. 2). Volatus celerrimum supplicii juramenta sequentis adventum significat; quod autem decem cubitorum sit latitudine et longitudine, vehementiam et magnitudinem malorum indicat; quod autem ex cælo volet, signum est sententiam ex cælesti tribunali ferri; quod in modum falcis, inevitabile supplicium

ostendit. Sicut enim falx in collam inspicit, non retrahitur, sed manet etiam abscissa cervice: sic et ultio jurantes invadens, terribilis est, nec desinit, nisi prius quod suum erat perfecerit. *Quod si jurantes effugerimus, ne confidamus; nam in malo postea hoc vertitur.* Quid enim putatis? quot sunt qui eadem quæ Ananias et Sapphira sunt ausi, nec eadem passi sunt? Et quomodo, inquires, passi non sunt? Non quod hoc illis condonatum sit, sed quod majori reservetur supplicio.

4. *Qui frequenter peccant, timeant oportet.*— Itaque qui frequenter peccant, magis timeant oportet, si non puniantur, quam si puniantur: nam ex dilatione et ex patientia Dei eorum augetur supplicium. Ne hoc itaque spectemus si non puniamur, sed si non peccemus: si vero peccantes non puniamur, magis tremendum nobis est. Dic mihi, si servum haberes, qui minas intentares tantum, nec verberares illum; quando magis timebit? quando fugiet et abscedet? nonne cum minas tantum intentabis? Unde nos multo monemus, ne frequentius comminemur, ut ne sic timore animum concutiamus, neve sic magis lanemus eum, quam plagis. Alioquin verò illic temporanea plaga est, hic perpetua. Ne itaque respicias, an nunc quispiam illam falcem experiat, sed cogita, num talia faciat; quoniam multa nunc fiunt, quæ in diluvio, et tamen diluvium non accidit, gehenna et supplicium comminando solum intentantur. Multi eadem admittunt peccata quæ Sodomitæ, et ignis pluvia non cadit: igneus quippe fluvius paratus est. Multi eadem quæ Pharo sunt ausi; sed non eadem passi sunt quæ Pharo, neque submersi sunt in mare Rubrum: expectat enim illos pelagus abyssi, ubi non absque sensu poena, nec suffocari licet; sed diuturno cruciatu, sartaginum ardore et strangulatione consumi. Multi eadem quæ Israelitæ sunt ausi; sed non devorarunt illos serpentes: manet enim illos vermis ille immortalis. Multi ea quæ Giezi ausi sunt, nec sunt lepra percussi: manet enim illos pro lepra, quod dissecantur et ponantur cum hypocritis. Multi etiam jurarunt ac pejerarunt; si autem effugerunt, ne confidamus: manet enim illos stridor dentium. Et fortassis etiam hic patientur, et non effugient, etiamsi non e vestigio, sed in aliis peccatis, ut gravior sit poena: quia et nos sæpe, sumpta occasione a minoribus, etiam pro magnis totum evacuamus. Itaque si quando videris tibi aliquid accidere, memor esto illius peccati tui. Hoc etiam in filiis Jacob accidit. Meministis fratrum Josephi: vendiderant fratrem, occidere tentaverant, imo quantum in ipsis erat occiderant; deceperant senem, contristaverant; nihil passi erant mali. Itaque post multos annos de extremis periclitati sunt, et peccati hujus tunc recordantur. Quod autem non conjectura sit quod dico; audi illos dicentes: *Etiam in peccato enim sumus in fratrem nostrum* (Gen. 42. 21). Sic et tu, cum tibi quidpiam contigerit, dic: *Etiam in peccato sumus, quia Christum non audivimus, quia juravimus: juramenta frequentia et perjurya in caput meum inciderunt. Ita-*



των, ἀπὸ τοῦ κολασθέντος, ἀπὸ τῆς παρῆρησίας τῆς πρὸς ἐκείνους, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς τῶν οὐκ ἀπλῶς πιστευσάντων· οὐ γὰρ δὴ τῶν σημείων ἦν μόνον τὸ γινώμενον. Εἰ γὰρ καὶ αὐτοὶ μετριάζοντες τούτῳ τὸ [100] πᾶν λογίζονται, λέγοντες ἐν τῷ ὄνοματι τοῦ Χριστοῦ ταῦτα ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ὁ βίος καὶ ἡ ἀρετὴ τῶν ἀνδρῶν τοῦτο πεποίηκε. Σκόπει δὲ, πῶς ἀριθμὸν ἐν ταῦθα τῶν πιστευσάντων οὐ λέγει, ἀφείξ ἐξ ἑαυτοῦ τὸν ἀκροατὴν συλλογίζεσθαι· οὕτως εἰς πλῆθος ἀπειρον ἐπέτεινε τὰ τῆς πίστεως. Ἐντεῦθεν καὶ ἡ ἀνάστασις μᾶλλον ἐκηρύττετο. Οὐδεὶς δὲ αὐτοῖς ἐτόλμα κολῶσθαι, ἀλλ' ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λόγος. Τοῦτο λέγει. δεικνύς, ὅτι οὐκ ἔτι λοιπὸν ἦσαν εὐκαταφρόνητοι καθάπερ καὶ πρότερον· καὶ ὅτι ἐν βραχεῖ καιρῷ, καὶ μᾶρποτῇ τοσαῦτα γέγονεν ὑπὸ τοῦ ἀλιέως καὶ ἰδιώτου.

Οὐρανὸς οὖν λοιπὸν ἦν ἡ γῆ, καὶ πολιτείας, καὶ παρῆρησίας, καὶ θαυμάτων, καὶ πάντων ἕνεκεν· καὶ καθάπερ ἄγγελος οὕτως ἐθαυμάζοντο, πρὸς εὐδὲν ἐπιστρεφόμενοι, οὐ πρὸς γέλωτα, οὐ πρὸς ἀπειλάς, οὐ πρὸς κινδύνους. Οὐ μόνον δὲ διὰ τοῦτο, ἀλλ' ὅτι σφόδρα φιλάθροιστοι καὶ κηδεμονικοὶ τυγχάνοντες, τοῖς μὲν χρήμασιν ἐβοήθουν, τοῖς δὲ θεραπείαι σωματίων. Διὰ τί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου; Μονοουχὶ ἀπολογεῖται ὁ Πέτρος μᾶλλον κολάσειν αὐτὸν, καὶ τοὺς ἄλλους παιδεύει. Ἐπειδὴ γὰρ σφόδρα φορτικὸν ἐμελλε φαίνεσθαι τὸ γενόμενον, διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐπ' αὐτοῦ τούτου καὶ ἐπὶ τῆς γυναικὸς φοβερὸν ποιεῖ τὸ δικαστήριον. Εἰ δὲ ἀσύγγνωστα ἀμαρτόντας μὴ τοιαύτην δίχην ἀπήτησεν ἀμφοτέρους, πόση ἐντεῦθεν καταφρόνησις Θεοῦ οὐκ ἂν γέγονεν; Ὅτι δὲ διὰ τοῦτο, δῆλον ἀπὸ τοῦ μὴ εὐθέως ἐπὶ τιμωρίαν ἐλθεῖν, ἀλλὰ δεῖξαι πρῶτον τὴν ἁμαρτίαν. Ὅθεν οὐδεὶς ἐστέναιξεν, οὐδεὶς ἀνῆρμωξεν<sup>a</sup>, ἀλλὰ πάντες ἐφοβήθησαν. Εἰκότως δὲ, τῆς πίστεως αὐτῶν ἐπιτεινομένης, καὶ τὰ σημεῖα πλείω ἐγίνοντο, καὶ πολὺς καὶ παρὰ τοῖς οἰκείοις ὁ φόδος ἦν, ἐπειδὴ οὐκ οὕτω τὰ τῶν ἐξωθεν ἡμᾶς θεωροῦσε, ὡς τὰ τῶν οἰκείων. Ἄν οὖν ὤμεν πρὸς ἀλλήλους συγχεροτήμενοι, οὐδεὶς ἔσται ἡμῖν πολεμῶν ὡσπερ, ἂν ἀπ' ἀλλήλων διιστώμεθα, τὸ ἐναντίον πάντες ἡμῖν ἐπιθήσονται. Ἀπὸ τούτου κάκεινοι λοιπὸν ἐθάρρουν, καὶ μετὰ παρῆρησίας καὶ εἰς ἀγορὰν ἐνέβαλλον, καὶ ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν καὶ ἐκράτουν· καὶ ἐπληρωτὸ ἐκείνο τὸ εἰρημένον, Κατακυριεῦεν ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου· ὁ καὶ μείζονος ἀπόδειξις δυνάμεως<sup>b</sup> ἦν, ὅτι κατεχόμενοι, δεσμούμενοι, τοιαῦτα ἐπραττον. Εἰ οὖν οἱ μόνον ψευδόμενοι τοιαῦτα ἐπαθον, οἱ καὶ ἐπιποροῦντες τί οὐ πείσονται; Μᾶλλον δὲ εἰ ἀπλῶς εἰπούσα ἡ γυνή, Ναὶ τοσοῦτου, τοιαύτην ἔδωκε δίχην, καὶ οὐκ ἐξέφυγεν· ἐνοήσατε οἱ ὁμνύοντες καὶ ἐπιποροῦντες, τίνος ἂν εἴητε ἀξιοὶ κολάσεως; Εὐκταρον καὶ ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς δεῖξαι τὸ χαλεπὸν τῆς ἐπιποροκίας τῆμερον. Δρέπανον, φησί, πετούμενον ἦν, πλάτους πῆχυν δέκα. Τὸ πετόμενον τὴν ταχίστην ἐφοδὸν τῆς τιμωρίας δηλοῖ τὴν τοῖς ὄρκους παρεπομένην· τὸ δὲ πῆχυν τοῦτο δέκα εἶναι τὸ πλάτος καὶ τὸ μήκος, τὸ σφοδρὸν σημαίνει καὶ τὸ μέγεθος τῶν κακῶν· τὸ δὲ ἀπ' οὐρανοῦ πέτεσθαι, τὸ ἐκ τοῦ ἀνωθεν δικαστηρίου τὴν ψῆφον φέρεσθαι· τὸ δὲ δραπενοειδὲς, τὸ ἀφυκτον τῆς τιμωρίας. Καθάπερ γὰρ δρέπανον εἰς τράχηλον [101] ἐμπεσὸν οὐκ ἂν καθ' ἑαυτὸ ἀνελευσθεῖν, μένει δὲ πῶς ἔτι καὶ ἀποτεμνομένης τῆς κεφαλῆς· οὕτω καὶ ἡ δίχη τοῖς ὁμνύουσιν ἐπιούσα, φοβερά τις ἔστι<sup>c</sup>, καὶ οὐκ ἂν ἀποσταίῃ μὴ πρότερον

ἐργασαμένη τὸ αὐτῆς. Εἰ δὲ δικαυόγομον ὁμνύοντες, μὴ θαρρῶμεν ἐπὶ γὰρ κακῷ τῷ ἡμετέρῳ τοῦτο γίνεται. Ἐπεὶ τί νομίζετε; πόσοι μετὰ Ἀνανίαν καὶ Σάπφειραν τὰ αὐτὰ ἐκείνοις ἐτόλμησαν, καὶ οὐ τὰ αὐτὰ ἐπαθον; Καὶ πῶς, φησὶν, οὐκ ἐπαθον; Οὐκ ἐπειδὴ συνεχωρήθη αὐτοῖς, ἀλλ' ἐπειδὴ μείζονι τηροῦνται κακῷ.

δ. Ὅστε οἱ πολλὰ πταίνοντες, μὴ κολαζόμενοι, μᾶλλον ἢ κολαζόμενοι, φοβεῖσθαι καὶ δεδοικέναι ὀφείλουσιν· αὐξεται γὰρ αὐτοῖς τὰ τῆς τιμωρίας διὰ τῆς ἀτιμωρησίας καὶ τῆς μακροθυμίας τοῦ Θεοῦ. Μὴ τοῦτο τοίνυν ἴσωμεν, ὅτι οὐ κολαζόμεθα, ἀλλ' εἰ μὴ ἡμάρτομεν· εἰ δὲ ἁμαρτάνοντες οὐ κολαζόμεθα, μᾶλλον τρέμειν ὀφείλομεν. Εἰπέ μοι, ἂν τινα δοῦλον ἐχῆς, καὶ ἀπειλῆς αὐτῷ μόνον, καὶ οὐ τύπτῃς, πότε μᾶλλον φοβεῖται, πότε φεύγει, πότε δραπετεύει; οὐκ ὅταν ἀπειλῆς μόνον; Ὅθεν καὶ ἀλλήλοις παραινόμεν, μὴ ἀπειλεῖν συνεχῶς, ὥστε μὴ τῷ φόβῳ μᾶλλον κατασιεῖσιν τὴν ψυχὴν, ὥστε μὴ σπαράττειν αὐτὸν πλέον πληγῶν. Ἄλλως δὲ καὶ ἐκεῖ μὲν πρόσκαιρος<sup>d</sup> ἡ τιμωρία, ἐνταῦθα δὲ διηνεκῆς. Μὴ τοίνυν εἰ μηδεὶς τὰ τοῦ δρεπάνου πάσχει, νῦν τοῦτο ἴδῃς, ἀλλ' ἐκεῖνο ἐνόησον, εἰ τοιαῦτα ποιεῖ· ἐπεὶ πολλὰ γίνεται νῦν οἷα ἐπὶ τοῦ κατακλισμοῦ, ἀλλὰ κατακλισμὸς οὐ γέγονε· γένενα γὰρ ἡπειλήσθη, καὶ τιμωρία. Πολλοὶ ἁμαρτάνουσιν οἷα τὰ ἐπὶ τῶν Σοδόμων, ἀλλὰ πῦρ οὐκ ἦλθεν ὑποῦ· πύρινος γὰρ ἤτολμασται ποταμός. Πολλοὶ τὰ τοῦ Φαραῶ ἐτόλμησαν· ἀλλ' οὐκ ἐπαθον τὰ τοῦ Φαραῶ, οὐδὲ κατεποντίσθησαν εἰς Ἐρυθρὰν θάλασσαν· τὸ γὰρ πλάγος αὐτοὺς μένει τὸ τῆς ἀβύσσου, ἐνθα οὐ μετὰ ἀναισθησίας ἡ τιμωρία, οὐδὲ ἀποπνιγῆναι ἔνι, ἀλλ' ἐπὶ πλέον κολαζομένους, τηγανίζομένους, ἀπαγομιζομένους ἀναλίσκεισθαι. Πολλοὶ τὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐτόλμησαν· ἀλλ' οὐκ ἔφαγον αὐτοὺς ὄρεσις· μένει γὰρ αὐτοὺς ὁ σκώληξ ὁ ἀτελεῦτητος. Πολλοὶ τὰ τοῦ Γιεζῆ ἐτόλμησαν· ἀλλ' οὐκ ἐλεπρώθησαν· μένει γὰρ αὐτοὺς ἀντὶ τῆς λέπρας τὸ διχοτομηθῆναι, καὶ τεθῆναι μετὰ τῶν ὑποκριτῶν. Πολλοὶ καὶ ὤμοσαν καὶ ἐπιώρησαν· εἰ δὲ καὶ διεφύγον, μὴ θαρρῶμεν· μένει γὰρ αὐτοὺς ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Καὶ ἐνταῦθα δὲ τάχα πείσονται, καὶ οὐ φεύξονται, εἰ καὶ μὴ παρὰ πλάτος, ἀλλ' ἐφ' ἑτέροις ἁμαρτήμασιν, ἵνα καὶ χαλεπωτέρα ἡ τιμωρία ἦ· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς πολλάκις ἀφορμὰς λαβόντες ἀπὸ μικρῶν, καὶ ὑπὲρ μεγάλων τὸ πᾶν κινούμεν. Ὅστε ὅταν ἴδῃς τί σοι συμβῆν, ἀναμνήσθητί σου τῆς ἁμαρτίας ἐκείνης. Τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν υἱῶν τοῦ Ἰακώβ γέγονε. Μνημονύετε τῶν ἀδελφῶν τοῦ Ἰωσήφ· ἐπώλησαν τὸν ἀδελφόν, σφάξαι ἐπεχείρησαν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐσφαξαν ὅσων τὸ ἐπ' αὐτοῖς<sup>e</sup> ἠπάτησαν<sup>e</sup>, ἐλύπησαν τὸν γέροντα· οὐδὲν ἐπαθον. Μετὰ πλείονα γούνητι [102] περὶ τῶν ἐσχάτων ἐκινδύνουσαν, καὶ τῆς ἁμαρτίας ταύτης ὑπομιμνήσκονται. Καὶ ὅτι οὐ σοχαμὸς τὸ εἰρημένον, ἀκουε αὐτῶν τί φασιν· Ναὶ· ἐν ἁμαρτίᾳ γὰρ ἔσμεν περὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν. Οὕτω δὲ καὶ σύ, ὅταν τι συμβῆ, εἰπέ, ναί, ἐν ἁμαρτίᾳ ἔσμεν, ὅτι οὐκ ἔχουσαμεν τοῦ Χριστοῦ. ὅτι ὠμώταμεν αἱ πολυορκίαι, καὶ αἱ ἐπιποροκίαι ἐπὶ τῇ κεφαλῇ μου ἔλθου. Οὐκοῦν ἐξομολόγησαι· καὶ γὰρ κάκεινοι ἐξομολόγησαν, καὶ ἐσώθησαν. Τί γὰρ, εἰ μὴ παραχρῆμα ἔπεισον ἢ τιμωρία; ἐπεὶ καὶ ὁ Ἀγαθὸς θεὸς τοῦ Ναβουθαῖ οὐκ εὐθέως παρὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπαθεν ἡμῶν ἐπαθε. Διὰ τί δὲ τοῦτο γίνεται; Διότι σὺ περὶ τῶν ὁμνύουσιν ὁ Θεός, ὥστε ἀπονήσασθαι· ὅταν δὲ ἐπιμνήσῃς, ἐπάγει

<sup>a</sup> Alii οὐδεὶς ὠμώταξ. Alii ἐχθρῶν σου. Τοῦτο μείζον δυνάμει. <sup>c</sup> Quidam ἐπιούσα χαλεπή τις ἔστιν.

<sup>d</sup> Alii κήλητον. <sup>e</sup> Alii ἐσφαξαν τῆ

λοιπὴν τὴν τιμωρίαν. Εἴθετε, τί ἔπαθον οἱ ψευδόμενοι; Οὐκοῦν ἐνοήσατε, τί παίσονται καὶ οἱ ἐπιπορευόντες ἐνοήσατε, καὶ ἀπόστητε. Οὐκ ἔστιν ἡμύντα μὴ ἐπιπορεύειν, καὶ ἐκόντα καὶ ἄκοντα· οὐκ ἔστιν ἐπιπορεύοντα σωθῆναι. Ἄρχει μία ἐπιπορκία τὸ πᾶν ἐργάσασθαι, καὶ ὁλόκληρον ἡμῖν τὴν τιμωρίαν ἐπαγαγεῖν.

Διὰ δὴ τοῦτο προσέχωμεν, παρακαλῶ, ἑαυτοῖς, ἵνα τὴν ἐντεῦθεν κόλασιν διαφυγόντες, τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀξιοθῶμεν, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΙΓ'.

*Ἀναστάς δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ, ἢ ὄσση αἰρέσεις τῶν Σαδδουκαίων, ἐπλήσθησαν ζήλου, καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους, καὶ ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει δημοσίᾳ.*

α'. Οὐδὲν ἰταμώτερον κακίας, οὐδὲν τολμηρότερον. Πείρα μαθόντες τὴν αὐτῶν ἀνδρείαν ἐξ ὧν ἐπεχείρησαν πρότερον, ὅμως ἐπιχειροῦσι, καὶ πάλιν ἐπισυνίστανται. Τί ἐστίν, Ἀναστάς δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ; Διηγέρθη, φησί, κινήθεις ἐπὶ τοῖς γενομένοις. Καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους, καὶ ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει δημοσίᾳ. Νῦν σφοδρότερον αὐτοῖς ἐπιτίθενται. Οὐκ εὐθέως δὲ αὐτοὺς ἔκριναν, προσδοκῶντες πάλιν αὐτοὺς πρᾶους ἔσεσθαι. Καὶ πόθεν δῆλον, ὅτι σφοδρότερον αὐτοὺς ἐπετίθεισαν; Ἀπὸ τοῦ θείνου αὐτοὺς εἰς τήρησιν δημοσίαν. Πάλιν περιπίπτουσι κινδύνους, καὶ πάλιν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀπολαύουσι ῥοπῆς· καὶ ὅπως, ἄκουε τῶν ἐξῆς· Ἄγγελος δὲ Κυρίου διὰ τῆς νυκτός ἀνέφθε τὰς πύλας τῆς φυλακῆς, ἐξαγαγὼν τε αὐτοὺς, εἶπε· Περύεσθε, καὶ σταθέντες λαλεῖτε ἐν τῷ ἱερῷ τῷ λαῷ πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης. Τοῦτο καὶ εἰς ἐκείνων παραμυθίαν γέγονε, καὶ εἰς τούτων ὠφέλειαν καὶ διδασκαλίαν. Καὶ ὄρα, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο καὶ νῦν γινόμενον. Γινόμενα μὲν γὰρ δῆπου τὰ θαύματα οὐκ ἀφῆσιν αὐτοὺς ἰδεῖν, ἀφ' ὧν δ' ἂν μάθοιεν, ταῦτα κατασκευάζει· ὅσον ἐπὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς αὐτοῦ οὐκ ἀφῆκεν· αὐτοὺς ἰδεῖν πῶς ἀνέστη· ἀνάξιος γὰρ τοῦ ταῦτην ἰδεῖν ἦσαν· ἀλλὰ δεῖκνυσιν ἀφ' ὧν τοῦτο εἰργάσατο. [103] Ὑμοῖς καὶ ἐπὶ τοῦ οἴνου τοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος γενομένου, οὐ βλέπουσιν οἱ ἀνακαίμενοι· ἐμέθυον γάρ· καὶ τὴν κρίσιν ἐπιτρέπει ἐτέροις. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Ἐξαγομῆνοι μὲν γὰρ αὐτοὺς οὐχ ὀρώσι, τεκμήρια δὲ, ἀφ' ὧν ἠδύνατο καταμαθεῖν τὰ γενόμενα, ἰδόν. Τί δήποτε δὲ καὶ κατὰ τὴν νύκτα αὐτοὺς ἐξέβαλε; Ὅτι οὕτω μᾶλλον ἢ ἐκείνως ἐπιστεύθησαν· ἄλλως τε καὶ ὅτι οὐκ ἂν ἐπὶ τῷ ἐρωτήσῃ ἦλθον· οὐτε μὴν ἐτέρως ἂν καὶ αὐτοὶ ἐπίστευσαν. β'. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν παλαιῶν γέγονεν, ὅσον ἐπὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ· εἶδεν αἰνούντας τὸν Θεὸν ἐπὶ τῆς καμίνου τοὺς παῖδας, καὶ τότε εἰς ἐκπλήξιν ἦλθε. Δέον τοίνυν καὶ τούτους ἐρωτήσαι πρῶτον, Πῶς ἐξήλθετε, οἱ δὲ ὡς οὐδενὸς γενομένου ἐρωτῶσι λέγοντες· Οὐχὶ παραγγελία παρηγγελάμεν ὑμῖν μὴ λαβεῖν; Καὶ ὄρα, πῶς δι' ἐτέρων μαθάνουσι ἀπαντα. Ὅρῳσι γὰρ κεκλεισμένην τὴν φυλακὴν μετὰ ἀσφαλείας, καὶ τοὺς φύλακας ἐστῶτας πρὸ τῶν θυρῶν. Ἀκούσαντες δὲ, εἰσηλθόν ὑπὸ τὸν θρῆνον εἰς τὸ ἱερὸν καὶ δίδισκον. Παραγερόμενος δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, συνεκάλεσαν τὸ συνέδριον, καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν τῶν ἀγίων Ἰσραὴλ· καὶ ἀπέστειλαν εἰς τὸ δεσμοτήριον αὐτῶν αὐτοὺς. Παραγερόμενοι δὲ οἱ ὑπηρέται οὐχ εὗρον αὐτοὺς ἐν τῇ φυλακῇ· ἀναστρέψαντες

δὲ ἀπήγγειλαν, λέγοντες, ὅτι τὸ μὲν δεσμοτήριον εὗρομεν κεκλεισμένον ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ, καὶ τοὺς φύλακας ἐστῶτας πρὸ τῶν θυρῶν ἀνοίξαντες δὲ ἔσω εὐθέως εὗρομεν. Διπλῆ ἡ ἀσφάλεια ὡσπερ ἐπὶ τοῦ τάφου, καὶ ἡ σφραγὶς καὶ οἱ ἄνθρωποι. Ὅρα, πῶς ἦσαν θεομάχοι. Ταῦτα ἀνθρώπινα, εἶπέ μοι, τὰ ἐπ' αὐτῶν γενόμενα; Τίς αὐτοὺς ἐξήγαγε τῶν θυρῶν κεκλεισμένων; πῶς ἐξῆλθον τῶν φυλάκων πρὸ τῶν θυρῶν ἐστῶτων; Ὅντως; μαινομένων καὶ μεθυόντων τὰ ῥήματα. Οὐδ' οὐ κατέσχε φυλακὴ, καὶ δεσμὰ, καὶ θύραι κεκλεισμέναι, τούτων προσεδόκησαν περιέσεσθαι, παίδων ἀνοήτων πρᾶγμα παθόντες. Οἱ ὑπηρέται γοῦν αὐτῶν διὰ τοῦτο παραγίνονται, καὶ ὁμολογοῦσι τὸ γεγονός, ἵνα πᾶσαν αὐτοῖς ἀποκλείσωσι πρόφασιν. Ὅρᾳς σημεῖα ἐπὶ σημεῖοις διάφορα, τὰ μὲν ὑπ' αὐτῶν, τὰ δὲ εἰς αὐτοὺς γενόμενα, ἃ καὶ λαμπρότερα ἦν; Κολῶς οὐδὲ εὐθέως αὐτοὶ ἐμηνύθη, ἀλλὰ πρότερον ἐν ἀπορίᾳ γεγονόσιν, ἵνα διασκεψάμενοι· ὅθεν εἶναι δύναμιν, οὕτω μάθωσιν ἅπαντα. Ὡς δὲ ἤκουσαν τοὺς λόγους τούτους δὲ τε ἀρχιερεὺς καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, διεπύρουν περὶ αὐτῶν τί ἂν γένοιτο τοῦτο. Παραγερόμενος δὲ τις ἀπήγγειλεν αὐτοῖς, ὅτι ἰδοὺ οἱ ἄνδρες, οὐδ' ἔθεσθε ἐν τῇ φυλακῇ, εἰσὶν ἐν τῷ ἱερῷ ἐστῶτες καὶ διδάσκοντες τὸν λαόν. Τότε ἀπελθὼν ὁ στρατηγὸς σὺν τοῖς ὑπηρέταις, ἤγαγεν αὐτοὺς οὐ μετὰ βίας· ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν λαόν, ἵνα μὴ λιθασθῶσιν. Ὡς τῆς ἀνοίας! Ἐφοβοῦντο, φησί, τὸν ἔχλον. Τί γὰρ αὐτοὺς ὁ δῆλος ὠφέλει; Δέον τὸν Θεὸν φοβηθῆναι τὸν καθάπερ πτηνοῦ; ἀεὶ τῶν χειρῶν αὐτοὺς ἐξαρπάζοντα τῶν [104] ἐκείνων· οἱ δὲ μᾶλλον τὸν δῆλον φοβοῦνται. Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἐπηρώτησεν αὐτοὺς, λέγων· Οὐχὶ παραγγελία παρηγγελάμεν ὑμῖν μὴ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὄνοματι τούτῳ; Καὶ ἰδοὺ ἐπληρώσατε τῆς Ἱερουσαλήμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν, καὶ βούλεσθε ἐξαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου. Τί οὖν οἱ ἀπόστολοι; Πάλιν μετ' ἐπιεικειᾶς αὐτοῖς διαλέγονται· καίτοι γε ἐνήν εἶπεῖν· Τίνες γὰρ ἐστε ὑμεῖς ἀντιδιαταττόμενοι τῷ Θεῷ; Ἀλλὰ τί; Πάλιν ἐν τάξει παραινέσεως καὶ συμβουλῆς, καὶ μετὰ ἐπιεικειᾶς πολλῆς ἀποκρίνονται. Ἀποκριθεὶς δὲ Πέτρος καὶ οἱ ἀπόστολοι εἶπον· Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. Πολλὴ ἡ φιλοσοφία καὶ τοιαύτη, ὅτι ἐντεῦθεν δεῖκνύουσι καὶ αὐτοὺς μαχομένους τῷ Θεῷ. Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἤγειρεν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς διεχειρίσασθε κρεμμάσαντες ἐπὶ ξύλου. Τοῦτον ὁ Θεὸς ἀρχηγὸν καὶ Σωτῆρα ὕψους ἐπὶ θεξιᾶ αὐτοῦ, δοῦναι μετάνοιαν τῷ Ἰσραὴλ καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Ὅν ὑμεῖς ἀνείλετε, φησὶν, ὁ Θεὸς ἤγειρε. Καὶ ὄρα, τῷ Πατρὶ τὸ πᾶν πάλιν ἀνατιθέασιν, ἵνα μὴ δόξη ἄλλοτριον· εἶναι τοῦ Πατρὸς. Καὶ ὕψους, φησὶ, τῇ θεξιᾷ αὐτοῦ. Οὐχ ἄπλως τὴν ἀνάστασιν τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑψώσιν, τρυπέσσει, τὴν ἀνάληψιν, δηλοῖ. Τοῦ δοῦναι μετάνοιαν τῷ Ἰσραὴλ.

α' Allii ἀναστάσεως γέγονεν. Οὐκ ἀφῆκεν. β' Quidam msb. ἦλθον· οὐκ ἂν ἐτέρως ἐπίστευσαν.

γ' Allii ἐπισκεψάμενοι. δ' Unus eod. ἀνάστασιν λέγει. Ἀλλὰ

que confitere : nam et illi confessi salutem consecuti sunt. Quid enim si non repente ultio invadit? quandoquidem Achab propter Nabuthæ non statim post peccatum plexus fuit (3. Reg. 21. 19). Cur vero sic res agitur? Dat tibi Deus præscriptum tempus, ut abluaris; si perseveres, pœnam denique inducit. Vidistis, quid passi sint mendaces? Cogitate, quid passuri sint perjuri; cogitate, et desistite. Non potest qui jurat

non pejerare, velit nolit : non potest perjurus salutem consequi. Sufficit unum perjurium, ut totum perficiat, et totum nobis supplicium inducat. Ideo nobis ipsis, quæso, attendamus; ut pœnam hujus peccati effugientes misericordia Dei dignemur, gratia et miserationibus unigeniti ejus Filii, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA XIII.

CAP. 5. v. 17. *Exsurgens autem princeps sacerdotum, et omnes qui cum illo erant, quæ est hæresis Sadducæorum, repleti sunt zelo, 18. et injecerunt manus in apostolos, et posuerunt eos in custodia publica.*

1. Nihil impudentius audaciusque malitia. Illorum experti fortitudinem ex iis, quæ prius attentarant, attamen denuo aggrediuntur et iterum insurgunt. Quid sibi vult illud, *Exsurgens princeps sacerdotum, et omnes qui cum illo erant?* Excitatus est, inquit, iis quæ acciderant commotus. *Et injecerunt manus in apostolos, et posuerunt eos in custodia publica.* Nunc vehementius illos insectantur. Nec statim de illis judicant, sperantes illos mansuetiores fore. Et undenam liquet illos vehementius insectatos esse? Ex eo, quod posuerint illos in custodia publica. Rursus incidunt in pericula, et rursus Dei gratiam experiuntur; et quomodo, audi sequentia: 19. *Angelus autem Domini per noctem aperuit januas carceris, et educens eos, dixit: 20. Ite, et stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ hujus.* Hoc et in illorum consolationem, et in horum utilitatem ac doctrinam factum est. Et vide, quod in Christo, id etiam nunc evenit. Patrata enim miracula non sinit eos videre, sed aliqua apparat, ex quibus hoc ediscant; ut in resurrectione sua non permisit eos videre, quomodo resurrexerit; indigni enim erant qui hanc viderent; sed ostendit ex iis, quæ tunc fecit. Similiter cum aquam in vinum mutavit, qui discumbebant non vident, utpote ebrii; iudiciumque aliis permisit. Sic et nunc factum est. Nam illos, qui educabantur, non vident; indicia vero, ex quibus poterant res gestas ediscere, vident. Cur per noctem emisit illos? Quia illo magis quam alio modo fides illis habenda erat: alioquin non illi ad interrogandum venissent, vel alio modo etiam, ipsi non credidissent. Sic et apud veteres accidit, ut Nabuchodonosori: vidit laudantes Deum pueros in camino ignis (Dan. 3. 91), et tunc obstupefactus est. Cum oportuisset ergo primum interrogare, Quomodo egressi estis? illi, quasi nihil factum esset, interrogant, dicentes: *Nonne præcipiendo præcepimus vobis ne loquamini?* Et vide, quomodo per alios omnia discant. Vident enim clausum carcerem, et custodias stantes ante januas. 21. *Qui cum audissent, intraverunt diluculo in templum, et docebant. Adveniens autem princeps sacerdotum, et qui cum eo erant, convocaverunt concilium, et omnes seniores filiorum Israel, et miserunt ad carcerem ut adducerentur. 22. Cum autem venissent ministri, et aperto carcere non*

*invenissent illos, reversi nuntiaverunt, 23. dicentes: Carcerem quidem invenimus clausum cum omni diligentia, et custodes stantes ante januas; aperientes autem neminem intus invenimus.* Duplex securitas ut in sepulcro, signaculum et homines. Vide, quam essent Deo inimici. Hæccine humana erant, dic mihi, quæ circa illos facta sunt? quis illos eduxit januis clausis. quomodo exierunt custodibus ante fores stantibus? Vere furentium et ebriorum verba sunt. Quos non detinuerunt carcer et vincula foresque clausæ, hosce sperabant se posse superare, insipientium puerulorum more affecti. Ministri porro eorum ideo adsunt et factum confitentur, ut omnem illis excludant excusationis ansam. Vident miracula diversa, alia aliis adjecta; quædam ab illis facta, quædam pro illis, quæ etiam clariora erant? Bene factum, quod non statim ipsis nuntiatum sit, sed prius anxii fuerint. ut internoscentes divinam esse virtutem, sic omnia discant. 24. « Ut autem audierunt hos sermones magistratus templi et principes sacerdotum, ambigebant de illis quidnam fieret. 25. Adveniens autem quidam nuntiavit eis: Ecce viri, quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes et docentes populum. 26. Tunc abiit magistratus cum ministris, et adduxit illos sine vi: timebant enim populum, ne lapidarentur. » O insipientiam! Timebant, inquit, turbam. Quid proderat turba? Cum oportuisset Deum timere, qui semper illos tamquam volucres ex manibus ipsorum eripiebat, illi vero potius turbam metuebant. 27. « Princeps autem sacerdotum interrogavit eos, dicens: 28. Nonne præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine isto? Et ecce repletis Jerusalem doctrina vestra, et vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. » Quid igitur apostoli, iterum cum mansuetudine alloquuntur eos; tametsi dicere poterant: Quinam estis vos, qui contraria Deo præcipitis? Sed quid? Rursum monentes et consilium dantes cum mansuetudine respondent. 29. *Respondens autem Petrus et apostoli dixerunt: Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Magna hujusmodi philosophia, qua ostendunt illos cum Deo pugnare. 30. *Deus patrum nostrorum suscitavit Jesum, quem vos interemistis suspendentes in ligno. 31. Hunc principem et Salvatorem exaltavit Deus dextera sua, ad dandam pœnitentiam Israeli et remissionem peccatorum.* Eam, inquit, quem vos occidistis, Deus suscitavit. Et vide, Patri rursus totum adscribunt, ne videretur esse alienus a Patre. *Et exaltavit, inquit, dextera sua.* Hoc

vero non solum resurrectionem, sed etiam exaltationem, id est, assumptionem, significat. *Ad dandam penitentiam Israeli.*

2. Vide rursus lucrum, et defensionis more doctrinam perfectam. 32. *Et nos sumus ejus testes horum verborum.* Magna dicendi libertas. Deinde ad dictorum fidem adjicit: *Et spiritus sanctus, quem dedit Deus obedientibus sibi.* Vides quomodo non suo tantum, sed etiam Spiritus testimonio utantur? Nec dixerunt, *Quem dedit nobis*; sed, *Obedientibus*: simul modeste agentes, et magnum illum esse monstrantes, declarantesque quod et ipsi possint illum accipere. Vide, quomodo et operibus et verbis erudiantur, nec attendant; ut justa eorum damnatio sit. Ideo enim illos Deus sinebat in iudicium adduci, ut illi erudirentur, si quidem dicere voluissent, et apostoli ad fiduciam concitarentur. 33. *Hæc cum audissent, dissecabantur, et cogitabant interficere illos.* Vide ingentem nequitiam. Cum oportuisset ex iis quæ audierant deterreri, dissecantur illi, et de occidendis viris frustra consultant. Sed necesse est superius lecta repetere. *Angelus autem Domini per noctem aperiens januas carceris, et educens eos dixit: Ite, et stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ hujus.* *Educens*: non ille educit eos, sed dimittit; ut hinc ostendatur impertentius illorum animus, quem ipsi exhibuerunt, cum noctu in templum ingressi docebant. Quod si illos eiecissent custodes, ut illi putabant, fugissent apostoli, si tamen obtemperassent; imo si illos emisissent, non in templo stetissent, sed fugam fecissent, quod nemo non videat, nisi insipiens sit. *Nonne præcipiendo præcepimus vobis?* Si utique illi vobis obtemperaverint, recte arguitis; sin tunc dixerint vobis se non obtemperaturos esse, frustra arguitis, frustra præcipitis. Vide criminum inconsequentiam, et ingentem stultitiam. Sanguinarium demum volunt ostendere Judæorum animum, et quod ipsi non veritatis causa hæc agant, sed ut se ulciscantur. Ideo non audacter ipsi respondent apostoli: doctores enim erant; etsi quis cum civitatem totam commovisset, et tanta fultus esset gratia, non magnum quidpiam loquutus esset? At non id fecerunt illi; non enim irascebantur, sed miserabantur et lacrymabantur illos, et deliberabant, quomodo illos ab errore et ira revocarent. Non ultra dicunt illis, *Vos judicate*; sed ita sententiam ferunt, *Quem Deus suscitavit*; hinc declarantes, hæc ex sententia Dei facta esse. Non dixerunt: Annon tunc diximus vobis: *Non possumus, quæ vidimus et audivimus, non loqui (Act. 4. 20)?* non enim contentiosi erant; sed rursus eadem dicunt, crucem nempe, resurrectionem. Neque referunt cur, nec quod pro nobis crucifixus sit; sed subindicant quidem, nec manifeste loquuntur, ut illos interim deterreant. Quænam hic rhetorica? Nulla: ita sine apparatu evangelium vitæ prædicabant. Ubi dixit, *Exaltavit*, addidit, qua de causa: *Ad dandam penitentiam Israeli, et remissionem peccatorum.* At dicent, Hæc tunc probabilia non videbantur. Quid dicis? quomodo non probabilia illa, quibus

nec principes nec multitudo contradicere poterant, sed aliorum quidem ora obturabantur, alii autem docebantur? *Et nos sumus*, inquit, *testes horum verborum.* Quorum? Quod remissionem, quod penitentiam promiserit: nam resurrectio in confesso demum erat. Quod vero de remissionem, et nos testes sumus et Spiritus sanctus, qui non venisset, nisi peccata ante soluta fuissent. Argumentum itaque indubitatum hoc est. Peccatorum remissionem audis, miser, et quod pœnas non repetat, et vis occidere? Et quantæ hoc nequitiae non fuerit? Atqui oportebat, vel mentientes redarguere; vel si nolent credere, non occidere. Quid enim morte dignum erat? At illi præfurore ne quidem sciebant quid factum esset. Vide, quomodo hic facinus memorantes, de remissione loquantur: ostendentes facinora quidem morte digna esse, remissionem vero quasi respicientibus dari. Quomodo aliter persuaderi poterant, quam docendo illos sic bene acturos esse? Et vide malignitatem: Sadducæos illis inducunt, qui maxime de resurrectione dolebant; sed nihil illis malitia profuit. Verum fortasse dicet quispiam: Ecquis talibus fruens, qualibus apostoli, bonis, non magnus factus esset? At vide quomodo, antequam gratia fruerentur, perseverantes unanimiter erant in oratione, et in superna gratia sperantes. Et tu, dilecte, regnum caelorum speras, et nihil sustines? et tu Spiritum accepisti, nec talia pateris, neque periclitaris? Illi priusquam a prioribus respirarent, rursus ad alia ducebantur. Illud autem ipsum non inflari, nec vana gloria affici, quantum est bonum? Cum mansuetudine loqui, quantum est lucrum? Neque enim omnia gratiæ erant; sed illorum quoque studii indicia multa sunt. Nam quod gratiæ dona in illis splenderent, eorum curæ et diligentiae erat.

3. Vide namque statim a principio quam sollicitus sit Petrus, quam vigil et sobrius; quomodo credentes pecunias abjiciebant. Nihil proprium habebant, in oratione versabantur, concordiam exhibebant, in jejuniis agebant. Hæc ex qua gratia, quaeso? Ideo id efficit, ut per ministros suos redarguantur; qui etiam, ut apud Christum missi dicebant, *Numquam homo sic loquutus est, sicut hic homo (Joan. 7. 46)*, annuntiaverunt reversi quæ viderant. Tu autem mihi hic considera illorum mansuetudinem, quomodo cedunt; necnon fictam principis sacerdotum mentem. Mansuete enim illis loquitur, utpote timens; et prohibere magis volebat, quam occidere, quia id non poterat. Atque ut omnes moveat, ac de extremis periclitari suadeat, *Vultis*, inquit, *inducere super nos sanguinem hominis illius?* Adhuc homo tibi videtur esse? Ita dixit, ostendens hoc præceptum et jussum sibi ipsis necessarium esse. Sed vide quid Petrus dicat: *Hunc principem et Salvatorem Deus exaltavit dextera sua, ad dandam penitentiam Israeli, et remissionem peccatorum.* Hic non meminit gentium, ut ne ansam daret. *Et volebant*, inquit, *occidere illos.* Vile rursus hos in angustia et dolore; illos vero in quiete, lætitia et voluptate. Non simpliciter illi dolebant,



κεισαν δικαστηρίω, και οι δικασταί ησαν εν απορία, εν άμηχανία πολλή. Καθάπερ γάρ ο τον άδάμαντα πλήτητων, ουδεις λαμβάνει την πληγήν· ουτω δη και οσαιο. Άλλα· έωρων ου μόνον ουκ έμποδιζομένην αυτών την παρήρησιαν, αλλά και μάλλον παροξυσμένην το κήρυγμα, και άκαταπλήκτως διαλεγόμενους <sup>β</sup> αυτούς, και μη παρέχοντας λαβάς. Μιμησώμεθα τούτους δη και ημεις, αγαπητοι, και άκατάπληκτοι εν πάσι γενώμεθα τοίς δεινοίς. Ουκ έστι δεινόν τι τψ φοβούμενψ τον θεόν, άλλ' εν τοίς μη φοβούμενοις έστι τά δεινά. Ο γάρ των παθών δι' άρετής άνωτερος γινόμενος, και ώσπερ σκιάν τά παραύνα παρατρέχων πράγματα, πώς υπό τινος πείζεται δεινόν; τίνα δέ φοδηθήσεται; ή τί τά δεινά λογείται; Ουκουν καταφύγωμεν επί ταύτην την πέτραν την άπειστον. Εί πόλιν ημίν τις κατεσκέυασε [107], και τείχος περιετίθει· μάλλον δέ ει άπόκρινεν ημάς εις γην, ένθα μηδεις ήν ο ένοχλών, και πᾶσαν εκεί παρείχε την άφθονίαν, ουκ άφεις προς ουδένα πράγμα εχειν, ουκ αν ημάς εν τσσαύτη κατέστησεν ασφαλεία, εν όση νυν ο Χριστός. Έστω γουν, ει βούλει, και ή πόλις χαλκή, τείχος πάντοθεν εχουσα καρτερόν και ανάλωτον· μηδεις αυτη προσκείσθω πολέμιος, άφθονον έχέτω γην και λιπαράν· παρέστω δε και ή των άλλων άφθονία πραγμάτων· έστωσαν και πολιται ημεροι και προσηνείς, και μηδεις εκεί φαινέσθω κακούργος άνηρ, μη κλέπτης, μη λωποδύτης, μη συκοφαντης, μη δικαστήριον, αλλά συναλλάγματα άπλώς· και ταύτην οικώμεν την πόλιν· ουκ ήν ουδέ ουτως εν ασφαλεία ζήν. Διά τί; Ότι και προς οικέτας, και προς γυναίκα, και προς παιδια ανάγκη διαφέρεσθαι, και πολλής άθυμίας είναι υποθεσιν. Ένταύθα δέ ουδέν τοιωτόν· ου γάρ ήν, ουκ ήν το λυποῦν ουδέ το παρέχον άθυμίαν τινά.

Άλλά τὸ θαυμαστόν, αυτά δη τὰ δοκούντα παρεχειν άθυμίαν, ταῦτα πάσης εγίνετο χαρᾶς και εύφροσύνης αιτία. Ειπέ γάρ μοι, τίνος ένεκεν έμελλον αλύειν εκείνοι; τίνος δέ ένεκεν δυσχεραίνειν; Βούλει παραγάγωμέν τινα εν τψ μέσψ; Έστω τις από υπάτων, πλούτον κεκτήσθω πολύν, πόλιν οικείτω την βασιλικήν, πράγματα προς μηδένα έχέτω, τρουφάτω μόνον, και προς τοῦτο άρχοκείσθω, εν αυτη τη κορυφή και του πλούτου και της τιμής και της δυναστείας καθήμενος· άντεπεξαγάγωμεν αυτω Πέτρον τον εν δεσμοίς, ει δοκει, τον εν μυριοις καχοίς· και τοῦτον εύρήσομεν τρουφώντα μάλλον. Όταν γάρ τσσαυτη περιουσία χαρᾶς ή, ως εν δεσμοίς ήδεσθαι, έννόησον όσον έστι τὸ μέγεθος της χαρᾶς. Καθάπερ γάρ οι επί μεγάλης δυντες αρχής, οσα αν προσπέση δεινά, ουκ αισθάνονται, άλλ' επιμένουσι τη χαρᾶ· ουτω δη και οῦτοι δι' αυτά δη ταῦτα μάλλον εχαιρον. Οῦ γάρ έστιν, ουκ έστι λόγψ παραστήσαι την ήδονήν, όσην εχειν συμβαίνει τοῦς διά Χριστόν τι πάσχοντας δεινόν· μάλλον γάρ επί τοίς δεινοίς χαίρουσιν, ή επί τοίς αγαθοίς. Ει τις εφίλησε τον Χριστόν, οιδεν ο λέγω. Άλλά τί; άσφαλείας ένεκεν έμελλον τὰ δυσχερῆ φύγειν <sup>δ</sup>; Και τίς, ειπέ μοι, μυρίον κεκτημένος πλούτων, τσοσούτους κινδύνους ήδυνήθη διαφυγειν, ένθουσι τσοσούτοις όμιλών, υπέρ μεταστάσεως πολιτείας μόνης; Οῦτοι δέ ώσπερ ες επιτάγματος βασιλικου πάντα ήνυσον, μάλλον δέ και πολλῶν βᾶδιον. Οῦ γάρ ουτως επιτάγμα βασιλικόν, ως τὰ εκείνων ρήματα άπαντα ήνυσαν· το γάρ επιτάγμα τὸ βασιλικόν ανάγ-

κη επέγεται, οῦτοι δέ εκόντας και προαιρουμένους, και μυρίαν χάριν ειδότας. Ποιον επιτάγμα βασιλικόν πάντων άποστήναι των χρημάτων, και της ψυχής έπεισεν αν, και καταφρονήσαι οικίας, πατρίδος, συγγενών, και της σωτηρίας αυτης; Άλλ' αι των αλίεων και σκηνοποιών Ισχυσαν φωναί. Όσοι και εν ήδονη ήσαν, και δυνατώτεροι και Ισχυρότεροι πάντων. Ναι, φησιν, εκείνοι, επειδή τὰ σημεία έποιοῦν. Οι δέ πιστεύσαντες, ειπέ μοι, ποια σημεία έποιοῦν, οι τρισχιλιοι, και πεντακισχιλιοι, οι και εν άγαλλιάσει πολλή διήγον; [108] Εικότως· ή γάρ πασών των άθυμιών υποθεσεις, ή των χρημάτων κτησις άνήρητο. Έκεινη γάρ, εκείνη και πολέμων, και μάχης, και λύπης, και άθυμίας, και πάντων αιτία των κακῶν ήν· ή τον βίον επίπνον ποιούσα και λυπρότερον, εκείνη έστι. Και πλείους εύροι τις αν μάλλον εχοντας άθυμίας υποθεσεις· τοῦς εν πλούτψ, ή τοῦς εν πενία. Εί δέ μη δοκει τισιν ουτως εχειν, ου παρὰ την των πραγμάτων φύσιν, αλλά παρὰ την δόξαν αυτών. Εί δέ τινα εχουσι και ήδονήν οι εν πλούτψ, ουδέν θαυμαστόν. Και γάρ οι φώρας άναπεπλησμένοι, εν πολλῃ εισιν ήδονη. Ότι γάρ εκείνων ουδέν διαφέρουσιν οι πλουτοῦντες, άλλ' ή ψυχή τοιαύτη τις εστιν αυτοίς, όλλον εκείθεν. Άνωσίαν αυτους φροντίδες, και όμως βούλωνται αυταίς ενέχεσθαι δια την πρόσκαιρον ήδονην· οι δέ τούτων απηλλαγμένοι, εν υγειά εισι και άθυμίας εκτός.

δ. Τί ήδιον, ειπέ μοι; τί θα ασφαλέστερον; υπέρ εἴρω φροντίζειν ενός και ένδυμάτων, ή υπέρ μυρίων και οικειών και ελευθερών, τὰ καθ' έαυτον μη μεριμνώντα; Καθάπερ γάρ ουτος υπέρ έαυτου δέδοικεν· ουτω και σύ υπέρ των της σης εκκρεμαμένων κεφαλής. Και τί δήποτε φευκτόν ή πένια δοκει, φησίν; Έπειδή και τὰ άλλα αγαθά άπευκτά πολλοίς τυγχάνει, άπερ εισιν ου δια τὸ άπευκτά είναι φευκτά, αλλά δια τὸ δυσκατόρθωτα. Ουκουν και αυτη ουκ άπευκτή, αλλά δυσκατόρθωτος· ωστε ει γέ τις αυτην ενεγκείν ήδύνατο, ουκ αν ήν άπευκτή. Διά τί γάρ ουκ άπηύχοντο αυτην οι άπόστολοι; διά τί πολλοι και αίροῦνται αυτην, και ου μόνον ουκ άπέυχοντα· ε, αλλά και επιτρέχουσι; Τὸ γάρ δυνατὸν άπευκτόν ουδέ αιρετόν, πλην τοίς μαινομένοις.

Εί δέ οι φιλόσοφοι των ανθρώπων και υψηλοι επί ταύτην ερχονται ως επί τι χωρίον ασφαλές και άνοσον, ουδέν θαυμαστόν, άν τονίς άλλοις μη δοκη. Ο μὲν γάρ πλούσιος ουδέν ετερον είναι μοι δοκει, άλλ' ή πόλις άτειχιστος εν πεδίψ κειμένη και πολλαχόθεν επισπωμένη τοῦς επιβουλεύοντας· ή δέ πένια φρόριον ασφαλές, χαλκῶ περιβεβλημένον πολλῶν, και δύσκολον εχον την άνοδον. Και μην τούναντιον, φησιν, έστιν· οῦτοι γάρ εισιν οι εις δικαστήριον πολλακις έλκόμενοι· οῦτοι εισιν οι επηρεαζόμενοι και κακίως πάσχοντες. Οῦχ οι πένητες άπλώς, άλλ' οι πένητες μὲν, βουλόμενοι δέ πλουτείν. Εγώ δέ ου περι εκείνων φημι, άλλῃ περι των σπουδαζόντων εν πενία διάγειν. Ειπέ γάρ μοι, διά τί μηδεις τοῦς εν τοίς δρεσιν ελκει εις δικαστήριον; καιτοι γε ει ή πένια εύχείρωτων, εκείνους μάλιστα πάντων ελκεσθαι έδει, όσην πάντων εισί πενέστεροι. Διά τί τοῦς προσαιτουντας ουδεις ελκει εις δικαστήριον; δια τί ή μηδεις βιάζεται μηδέ συκοφαντεϊ; άρ' ου διότι εν ασφαλεστέρω χωρίψ μένουσι; Πόσοις τὸ πρᾶγμα και δυσοκείνωστον είναι δοκει, ή πένια λέγω, και τὸ προσαιτείν; Τί οῦν, ειπέ μοι, καλόν τὸ έπαιτείν; Καλόν,

<sup>α</sup> Idem Codex δικάζοντας εν κινδύνψ ήσαν, εν άπορία. <sup>β</sup> Idem και άφροντίστως διαλεγόμενοι. <sup>γ</sup> Idem εχουσα ύψηλον και ανάλωτον. <sup>δ</sup> Ηερ, έμελ)ον τὰ δυσχερῆ φύγειν, Jesuit in uno Cod.

<sup>ε</sup> Sic quidam et ipse Savil. In Morel. υποθέσεις deest. <sup>ϛ</sup> Όμως deest in quibusdam Mss. <sup>ς</sup> Morel. μόνον άπέυχονται, male. <sup>η</sup> Unus eod. δικαστήριον, ότι προς έσχατον ήδον πένιας. Διά τί

sed *Dissecabantur*. Hoc est illud, male pati, male facere : ut nunc videre est. Hi in carcere erant, iudicio sistebantur ; et iudices in angustia erant, consilii prorsus expertes. Sicut enim is, qui adamantem percutit, ipse plagam excipit : ita et his accidit. At videbant non modo ipsorum fiduciam non præpediri, sed prædicationem magis augeri, illosque sine metu loqui, nullamque præbere ansam. Hos imitemur et nos, dilecti, et in adversis imperterriti simus. Nihil grave est ei, qui timet Deum ; sed non timentibus eum gravia instant. Nam qui per virtutem animi motus superat, cum præsentia velut umbram prætercurrat, quid mali ab aliquo patiat ? quid timebit ? et cur gravia illa esse putabit ? Ergo confugiamus ad hanc inconcussam petram. Si quis nobis urbem construeret, et murum circumponeret, imo si nos transferret in terram, ubi nemo turbaret, et rerum copiam suppedicaret, ut nullum esset cum aliquo negotium, non in tanta nos securitate constitueret, in quanta nunc Christus. Esto, si placet, civitas ærea, valido circum muro munita et inexpugnabili : nullus illi sit hostis, terram habeat pinguem et uberem : adsit quoque aliarum rerum copia : sint cives mansueti et mites : nullus ibi vir malignus appareat, non fur, non expilator, non sycophanta, non forum iudiciale, sed pacta simpliciter : et hanc habitemus civitatem : neque sic tamen secure vivemus. Quare ? Quia necessarium esset, cum servis, cum uxore et cum filiis altercari, multique mœroris esset occasio. Hic vero nihil huiusmodi : nihil quippe erat, quod vel mœrorem vel dolorem afferret.

*Gaudium eorum qui propter Christum patiuntur.* — Sed quod mirum est, ea ipsa, quæ videntur nobis mœrorem afferre, causa omnis lætitiæ et gaudii erant. Dic enim mihi, cur mœsti fuissent illi ? quid ægre tulissent ? Vis quempiam in medium afferamus ? Sit quis vir consularis, magnis instructus opibus, in urbe Imperatoria vitam agens, negotium cum nullo habeat, deliciis det operam, et huic uni rei incumbat, in culmine divitiarum, honoris et potentiaë positus : opponamus autem illi Petrum, si placet, in vinculis et innumeris malis degentem ; et hunc potius inveniemus delicias. Cum enim tanta sit gaudii copia, ut in vinculis etiam delectetur, cogita quanta sit gaudii magnitudo. Sicut enim ii, qui magnum possident magistratum, si quid mali accidat, non sentiunt, sed in gaudio perseverant : sic et isti propter hæc maxime gaudebant. Non potest enim, non utique potest sermone explicari voluptas eorum, qui propter Christum grave quidpiam patiuntur : nam multo magis gaudent in malis, quam in bonis. Hoc quod dico, novit quisquis Christum diligit. Sed quid ? an securitatis causa hæc mala fugere debebant ? Et quis, quæso, innumeris instructus opibus, cum tot gentibus versans, tot pericula effugere potuerit, si de reipublicæ mutatione agatur ? Hi autem quasi ex jussu regio omnia perficiebant ; imo et multo facilius. Neque enim jussus regius illa valet efficere, quæ ipsorum verba operabantur : jussus

quippe regius ex necessitate cogit ; hi vero spontaneos, libentes, et mille gratias referentes ducebant. Quis jussus regius opes omnes ipsamque animam relinquere suasisset, domum contemnere, patriam, cognatos, ipsamque salutem ? Sed id potuere piscatorum et pellionum voces ; ita ut in voluptate degentes, potentiores et fortiores omnibus essent. Etiam, inquires, quia signa edebant. At qui credebant quæ signa faciebant, illa nempe tria millia et quinque millia hominum, qui tamen in exultatione multa degebant ? Et jure quidem : nam omnium causa mœrorum, pecuniarum nempe possessio, sublata erat. Illa namque bellorum, contentionum, mœroris omniumque malorum causa erat, quæ vitam laboriosam molestamque reddebat : longeque plures mœstos reperias divites, quam pauperes. Quod si quibusdam non videatur ita esse, non ex rerum natura, sed ex eorum opinione sic se res habet. Quod si quid habeant divites voluptatis, nihil mirum. Nam et qui scabie pleni sunt, in magna sunt voluptate. Quod autem ab illis nihil differant divites, sed eodem sint animo, hinc palam est. Illos curæ atterunt : et tamen volunt illis detineri ob temporaneam voluptatem : qui autem sunt a curis liberi, in sanitate mœrore vacui degunt.

4. Quid dulcius, quæso, quid tutius, de uno pane et de veste sollicitum esse, an de mille servis et liberis, ac de seipso nihil curare ? Quemadmodum enim hic pro seipso timet : ita et tu pro iis, qui ex capite tuo pendent. Et cur paupertas fugienda videtur, inquires ? Quia alia quoque bona multi aversantur, non quod fugienda, sed quod actu difficilia sint. Igitur paupertas non fugienda, sed exercitio difficilis est. Itaque si quis illam ferre posset, haud fugienda videretur. Cur enim illam non aversabantur apostoli ? cur illam multi eligunt, nec modo illam non aversantur, sed ad illam accurrunt ? Quod enim vere fugiendum est, non nisi insanis optandum videtur.

*Paupertas præsidium munitum.* — Si autem philosophi inter homines sublimes, ad hanc quasi ad locum tutum et sanum veniunt, nihil mirum est, si alii secus arbitrentur. Nam dives nihil aliud mihi videtur esse, quam urbs sine muro in planitie posita, quæ undique insidiatores attrahat : paupertas vero præsidium est munitum, ære multo circumdatum, accessu difficile. At, inquires, contra res se habet ; hi enim sæpe ad tribunal trahuntur, hi læduntur, et male habent. Sed non pauperes simpliciter sunt, sed pauperes qui ditari cupiunt. Ego vero non de illis loquor, sed de iis, qui in paupertate versari student. Dic enim mihi, cur nemo eos, qui in montibus degunt, in jus trahit ? quamvis si paupertas facile opprimitur, illos maxime trahi oporteret, qui sunt omnium pauperrimi. Cur mendicos nemo trahit ad iudicem ? cur nemo illos vel calumnia impetit ? nonne quia in tutiore loco habitant ? Quam multis infelicissima videtur paupertas et mendicitas ? Quid igitur, quæso, bonumne est mendicare ? Bonum, si sit qui consoletur et misereatur, si sit qui largiatur : hanc vitam otiosam et securam esse nemo non novit. Ego autem non hoc laudo,

absit, sed probo si quis opes non desideret. Dic enim mihi, quos potius beatos, dixeris, an virtutis studiosos, an eos qui procul ab illa sunt? Studiosos sine dubio. Uter ergo idoneus est ad utilia addiscenda, et ad philosophiæ splendorem, an hic an ille? Hunc utique esse palam est. Si non credas, id discce. Adducatur quis e foro mendicantium, qui sit cæcus, claudus, mutilus; alius quoque aspectu formosus, corpore robustus ac vividus, opibus abundans, genere clarus, potentia valens. (a) Hos itaque ad philosophiæ disciplinam adducamus, et videamus, uter eorum magis doctrinam excipiat. Sit ergo primum præceptum, Humilis esto et modestus; hoc enim Christus præcepit: uter magis hoc implere poterit? *Beati, qui lugent* (*Matth. 5. 5*): quis dicto magis attendet? *Beati humiles: uter magis audiet? Beati mundo corde: beati, qui esuriunt et sitiunt justitiam: beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam* (*Ibid. v. 8. 6. 10*): quis hæc facile excipiet? Et si vis, hæc utrique adoptemus. Annon ille tumet undique et inflatur; hic vero humiliter prorsus sentit ac demissus est? Sic utique se res habet. Est et apud externos dictum simile: Servus quidem Epictetus, corpore mancus, paupertate lrus, et amicus immortalium (b). Ita se habet pauper. Divitis autem anima scætet malis omnibus, arrogantia, vana gloria, cupiditatibus innumeris, ira, furore, avaritia, injustitia, aliisque morbis. Palam ergo est illam, quam hanc ad philosophiam aptiorem esse. Omnino discere quæritis, utra sit suavior: hoc enim a multis quæri video, utra sit jucundior. Certe hac in re nihil dubitandum est: nam qui sanitati propior est, is in voluptate multa degit. Uter, quæso, ad legem hanc, quam redintegrare volumus, est aptior, pauper an dives? quis facile jurabit? qui filiis irascitur, qui cum innumeris pacta

(a) Sequentia apud Platonem feruntur l. 6 de Republica. Hincque Chrysostomus, Platoni tamen non parum infensus, hæc desumpsisse videtur.

(b) Hæc consonant cum epigr. illo (Anthol. Pal. 7, 676):

Αούλος Ἐπίκτετος γέννην καὶ σώματι κερῆς,  
καὶ πεινῶν ἱρὸς, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

iniit; an qui panem unum ac vestem petiturus accedit? Huic nulla juramentorum necessitas, si velit, sed semper negotiis vacuus est; imo vero is, qui non jurare didicit, sæpe divitias spernet, et ab hoc bono more virtutis vias ubique paratas videre erit, omnesque ad æquitatem tendentes, ad divitiarum despectum, ad pietatem, ad animæ rectam constitutionem, ad compunctionem.

*Contra juramenta.*— Ne simus ergo negligentes, dilecti, sed multam adhibeamus diligentiam: qui sese emendarunt, ut id quod emendatum est conservent, ne facile diffluant, neve retro vertantur; qui autem adhuc retro relictii sunt, ut resurgant, et curent id quod deficit implere. Interimque ii, qui se emendant, illis qui nondum id potuerunt, quasi in pelago nantibus, manus porrigentes, ipsos in portu a juramenti vacuo recipiant. Portus quippe tutus est, non jurare: portus, ut ne quis submergatur ab irruentibus ventis. Licet enim ira, licet damnum, licet furor aliudve effervescat, anima in tuto est; ita ut nihil emitat quod dicere non liceat: neque enim sibi vel necessitatem vel legem constituit. Vide, quid propter juramentum fecerit Herodes: caput Præcursoris præcidit; *Propter juramenta enim, inquit, et propter simul discumbentes noluit illam repellere* (*Marc. 6. 26*). Quid propter juramentum passæ sunt tribus (*Judic. 21. 10*), circa tribum Benjamin? quid passus est pro juramento Saül? ille quidem pejeravit; Herodes vero perjurio deteriorem cædem fecit. Rursum Jesus ob juramentum Gabaonitis factum, quanta passus sit nosti. Satanicus enim laqueus est juramentum. Dirumpamus ergo funes, et nos ita constituemus ut facile caveamus. Liberemur a laqueo satanæ; timeamus Dominicum præceptum; in optimam consuetudinem nos deducamus: ut progressi, et hoc et alia præcepta implentes, promissa diligentibus ipsum consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA XIV.

CAP. 5. v. 34. *Surgens autem quidam in concilio Pharisæus, nomine Gamaliel, legis doctor, honorabilis universæ plebi, jussit foras ad breve homines fieri.*

1. Hic Gamaliel Pauli doctor erat: admirationeque dignum est, quomodo, judicio valens et in lege peritus, nondum crederet: neque potuit omnino incredulus manere, ut palam est ex ejus verbis, quæ consulendo affert. *Jussit enim, inquit, foras ad breve homines fieri.* Vide prudentiam concionantis, et quomodo statim illos in metum conjiciat. Ne vero in suspicionem veniret, quod eadem quæ illi sentiret, eos qui in concilio sedebant, ac si suæ opinionis essent alloquitur; nec multa utitur vehementia, sed quasi cum viris furore ebriis, ita dicit: 35. *Viri Israël, attendite vobis super hominibus istis quid acturi sitis.* Ne temere, inquit, neque leviter feramini. 36.

« Ante enim hos dies surrexit Theudas, dicens se esse aliquem: cui consentit numerus virorum circiter quadringentorum: qui occisus est; et omnes qui credebant ei, dissipati sunt et redacti ad nihilum. » Exemplis illos ad sanam mentem ducit; et illum, qui piures seduxerat, demum affert ad illorum consolationem. Antequam vero exempla proferat, dicit: *Attendite vobis*: iis vero allatis, sententiam profert dicens: « Et nunc itaque dico vobis, Discedite ab hominibus istis. 37. Post hunc surrexit Judas Galilæus in diebus professionis, et avertit populum multum post se; et ipse quoque periit; et omnes, quotquot consenserunt ei, dispersi sunt. 38. Et nunc itaque dico vobis, Discedite ab hominibus istis, et sinite illos: quoniam si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissolvetur; 39. si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere illud. »



ἐάν ἢ ὁ παραμυθούμενος καὶ ἐλεῶν, ἐάν ἢ ὁ παρ-  
έχων· οὗτος βίον ἀπράγμονα καὶ ἀσφαλῆ τούτου πᾶς  
οἶδεν. Ἐγὼ δὲ οὐ τοῦτο παραινῶ· μὴ γένοιτο· ἀλλ'  
ὥστε μὴ πλοῦτου [109] ἐφιέσθαι. Εἰπέ γάρ μοι, τίνας  
ἀν εἶπω μᾶλλον μακαρίους, τοὺς ἐπιτηδελούς πρὸς ἀρε-  
τήν, ἢ τοὺς ταύτης πῶς καθεστηκότας; Εὐδῆλον,  
ὅτι τοὺς ἐπιτηδελούς\*. Τίς οὖν ἐπιτηδελός πρὸς τὸ  
μαθεῖν τι τῶν χρησίμων, καὶ λάμπειν ἐν φιλοσοφίᾳ,  
οὗτος ἢ ἐκεῖνος; Παντὶ που δῆλον, ὅτι οὗτος. Εἰ δὲ  
ἀπιστεῖς, μάνθανε· Ἀγέσθω τις ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς τῶν  
προζαιτούντων, καὶ αὐτὸς μὲν ἔστω πηρὸς, χωλὸς,  
κυλλός· ἕτερος δὲ τις καλὸς μὲν ἰδεῖν, ἰσχυρὸς τῶ  
σώματι, πάντοθεν σφριγῶν, τοῖς χρήμασι περιβρέ-  
μενος· γένος ἐχέτω λαμπρὸν, καὶ δυναστείαν μεγά-  
λην. Οὐκοῦν ἀγάγωμεν τοὺτους εἰς τὸ τῆς φιλοσοφίας  
παιδευτήριον, καὶ ἴδωμεν, τίς αὐτῶν μᾶλλον δέξεται  
τὰ τῆς διδασκαλίας. Ἐστω γοῦν τὸ πρῶτον παράγ-  
γμα, Ταπεινὸς ἔσο καὶ μέτριος· τοῦτο γὰρ ὁ Χρι-  
στός προσέταξε· τίς μᾶλλον αὐτὸ κατορθῶσαι δυνη-  
σεται, οὗτος ἢ ἐκεῖνος; *Μακάριοι οἱ πενθοῦντες*·  
τίς μᾶλλον προσέξει τῶ εἰρημένῳ; *Μακάριοι οἱ τα-  
πεινοί*· τίς μᾶλλον ἀκούσεται; *Μακάριοι οἱ καθαροὶ  
τῇ καρδίᾳ· μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες  
τὴν δικαιοσύνην· μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἐνε-  
κεν δικαιοσύνης*· τίς εὐκόλως ταῦτα καταδέξεται;  
Καὶ εἰ βούλει, πᾶσιν αὐτοῖς ἐφαρμόσωμεν ἑκατέρους.  
Οὐχ ὁ μὲν φλεγμαίνει καὶ οἰδεῖ πάντοθεν· ὁ δὲ τα-  
πεινοφρονεῖ ἀεὶ καὶ συνέσταλται διαπαντός; Εὐδῆλον  
ὅτι. Ἔστι μὲν οὖν δὴ τι καὶ ἔπος τοιοῦτο τοῖς ἐξω-  
θεν εἰρημένον· Δούλος μὲν Ἐπίκτητος, σῶμα ἀνά-  
πηρος· πενήνῃ Ἴρος, καὶ φίλος ἀθανάτων. Ἄλλὰ  
τοῦτο μὲν ὁ πένης. Ἡ δὲ τοῦ πλουσίου ψυχὴ πάντων  
γέμει τῶν κακῶν, ἀπονοίας, κενοδοξίας, ἐπιθυμιῶν  
μυρίων, ὀργῆς καὶ θυμοῦ, πλεονεξίας, ἀδικίας, καὶ  
εἰ τινοῦ ἑτέρου. Ἄρα φανερόν, ὅτι πρὸς φιλοσοφίαν  
αὕτη ἐπιτιθεῖται, ἢ ἐκεῖνη. Πάντως ζητεῖτε μαθεῖν, τί  
μᾶλλον ἦδον· τοῦτο γὰρ παρὰ πολλοῖς ζητούμενον  
ὄρω, εἰ γὰρ αὕτη ἦδίων ἢ διαγωγῆ. Καὶ μὴ οὐδὲ  
ὑπὲρ τοῦτου ἀμφιβάλλειν χρὴ· ὁ γὰρ ἐγγύς τῆς  
ὑγείας, οὗτος καὶ ἐν ἡδονῇ πολλῇ. Τίς δὲ, εἰπέ μοι,  
πρὸς τὸ προκείμενον<sup>β</sup>, ὅπερ βουλόμεθα, κατορθῶσαι,  
τὸν νόμον τοῦτον λέγω, ἐπιτηδελός, ὁ πένης ἢ ὁ  
πλουτῶν; τίς εὐκόλως ὁμείτται, ὁ πρὸς παιδας παρ-  
οῦζόμενος, ὁ πρὸς μυρίους ἔχων συναλλάγματα, ἢ ὁ

\* Alit eudhlon·oti tous eγγύς. <sup>β</sup> Morel. πρὸς τὸ κείμενον.

προσίων ὑπὲρ ἄρτου ἢ ἱματίου ἑνός; Οὗτος οὐδὲ  
ἀνάγκην ὄρκων ἔχει, ἐάν θέλῃ, ἀλλ' ἀεὶ ἐν ἀπραγμο-  
σύνῃ διάγει· μᾶλλον δὲ ὁ παιδευόμενος μὴ ὀμνύει,  
καὶ χρημάτων καταφρονήσει πολλάκις, καὶ παντα-  
χοῦ τῆς ἀρετῆς τὰς ὁδοὺς τεμνομένας ἀπὸ τούτου τοῦ  
καλοῦ ἴδοι τις ἄν, καὶ πάσας φερούσας πρὸς ἐπιεί-  
κειαν, πρὸς χρημάτων ὑπεροψίαν, πρὸς εὐλάβειαν,  
πρὸς κατάστασιν ψυχῆς, πρὸς κατάνυξιν.

Μὴ δὴ ῥαθυμῶμεν, ἀγαπητοί, ἀλλὰ πάλιν πολλὴν  
ποιησώμεθα τὴν σπουδὴν· οἱ μὲν κατωρθώκο-  
τες, ὥστε φυλάξαι τὸ κατορθωθὲν, ὥστε μὴ  
εὐκόλως ἀποβροθῆν τινα γενέσθαι καὶ παλιέροιαν  
εἰς τοῦπίσω· οἱ δὲ ἔτι λειπόμνησι, ὥστε δια-  
ναστήναι, ὥστε σπουδάσαι τὸ λείπον πληρῶσαι.  
Καὶ ἰεὺς οἱ κατορθώσαντες τοὺς μήπω δυναθέντας,  
καθάπερ ἐν πελάγει νηχομένοις τὰς χεῖρας ἐκτεινοντες,  
ἐν τῷ λιμένι τῆς ἀνωμοσίας δεχέσθωσαν. Λιμὴν γὰρ  
ὄντως ἀσφαλῆς, τὸ [110] μὴ ὀμνύειν· λιμὴν, πρὸς τὸ  
μὴ καταποντίζεσθαι ὑπὸ τῶν προσπιπτόντων πνευ-  
μάτων. Κἂν γὰρ ὀργῆ, κἂν ἐπήρεια, κἂν θυμὸς  
ὑπερέσῃ, κἂν ὄτιον, ἢ ψυχὴ ἐν ἀσφαλείᾳ καθέστη-  
κεν, ὥστε οὐδ' ἂν ἐκβάλῃ τι τῶν οὐκ ὀφειλόντων εἰ-  
ρῆσθαι· οὐ γὰρ εἰς ὀνάγκην κατέστησεν ἑαυτὴν, οὐδὲ  
νόμον. Ὅρα τί διὰ τὸν ὄρκον ἐποίησεν Ἡρώδης·  
τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμε τοῦ Προδρόμου. Διὰ τοὺς  
ὄρκους γὰρ, φησὶ, καὶ τοὺς συνανακειμένους οὐκ  
ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι. Τί δι' ὄρκον πεπόνθα-  
σιν αἱ φυλαὶ ἐπὶ τῆς Βενιαμὴν φυλῆς; τί δι' ὄρκον  
πέπονθεν ὁ Σαούλ; Ὁ μὲν γὰρ ἐπιώρκησεν, ὁ δὲ  
Ἡρώδης καὶ τῆς ἐπορκίας χεῖρον εἰργάσατο, τὸν  
φόνον. Πάλιν ὁ Ἰησοῦς διὰ τὸν ὄρκον ἐπὶ τῶν Γαβα-  
ωνιτῶν οἷα πέπονθεν ἔγνω; Σατανικὴ γὰρ δυνάμις ἐστὶ  
παγίς τὸ ὀμνύειν. Διαβρῆξωμεν τοῖνον τὰ σχοινία,  
καὶ ἐν εὐκολίᾳ καταστήσομεν ἑαυτοὺς πάσης φυλα-  
κῆς. Ἀπαλλαγώμεν τῆς σατανικῆς παγίδος· φοδη-  
θώμεν τὴν ἐντολὴν τὴν Δεσποτικὴν· εἰς συνθήειαν  
ἀρίστην ἑαυτοὺς ἐμβάλωμεν<sup>δ</sup>· ἵνα ὀδῶ προβαίνοντες,  
καὶ ταύτην καὶ τὰς λοιπὰς ἐντολάς κατορθώσαν-  
τες, τῶν ἐπηγγελμένων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν τοῖς  
ἀγαπῶσιν αὐτὸν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ  
Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ  
ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ  
ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

\* Alit εἰς τοῦπίσω, καὶ τοὺς ἐν τῷ πελάγει νηχομένους.  
<sup>δ</sup> Alit ἑαυτοὺς καταστήσωμεν.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΙΔ'.

Ἄνασταξ δὲ τις ἐν τῷ συνεδρίῳ Φαρισαῖος,  
ὀνόματι Γαμαλιήλ, νομοδιδάσκαλος, τίμιος  
παντὶ τῷ λαῷ, ἐκέλευσεν ἔξω βραχὺ τοὺς ἀν-  
θρώπους γενέσθαι.

α'. Οὗτος ὁ Γαμαλιήλ, Παύλου διδάσκαλος ἦν. Καὶ  
θαυμάσαι ἄξιον, πῶς καὶ τὰς κατὰ νοῦν κρίσεις ἔχων  
καὶ νομομαθὴς ὢν, οὐδέπω ἐπίστευσεν. Οὐκ ἔστι δὲ  
αὐτὸν μείναι μὴ πιστεύσαντα δι' ὄλου. Καὶ δῆλον ἐκ  
τῶν ῥημάτων αὐτοῦ, δι' ὧν συμβουλεύει. Ἐκέ-  
λευσε γὰρ, φησὶν, ἔξω βραχὺ τοὺς ἀνθρώπους  
ποιῆσαι. Ὅρα τὴν σύνεσιν τῆς δημηγορίας, καὶ  
3. Cur vero sic res agitur ? Propter eos, quibus postea illud narraturus erat : nam ipse jam audierat : *In viam gentium ne abieritis* (*Matth. 10. 5*). Et ne mireris. Si enim circumcisione et victima opus habuit Paulus ; multo magis tunc initio prædicationis, cum essent adhuc infirmiores, his opus habebant. *Et ecce*, inquit, *viri missi a Cornelio adstiterunt ad januam : et cum vocassent, interrogabant si Simon, qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitium.* Eo quod vilis esset domus, infra, non autem vicinos, interrogabant. *Petro autem hæc secum cogitante, dixit illi Spiritus : Surgens descende, et vade nihil hæsitans, quia ego misi eos.* Vide ; non dixit : Ideo enim visio apparuit tibi ; sed, *Ego illos misi*, ostendens sic obtemperandum esse, nec rationes esse exigendas. Satis enim erat, ut certior fieret, quod ab illo audivisset, Hoc fac, hoc loquere ; nec quid ultra quærendum erat. *Descendens autem Petrus dixit : Ecce ego sum, quem quæritis.* Cur non statim illos recipit, sed quærit ? Videbat illos esse milites : ideo non simpliciter interrogat ; sed postquam fassus est, se ipsum esse, tunc quærit adventus causam, ut ne putaretur, se ideo sciscitari, quasi vellet sese occultare. Et sciscitatur, ut si statim urgeretur, cum illis iret ; sin minus, illos hospitio excipere

ret. Cur autem dicunt illi : *Accersit te in domum suam* ? Quia sic illis præceperat. Fortasse vero, quasi rationem pro illo dantes, dicunt : Ne damnes illum ; non quasi te contemnens misit, sed jussus. *Cornelius vero exspectabat illos, convocatis cognatis suis, et necessariis amicis.* Jure : neque enim justum fuisset cognatos et amicos non simul adduci : alioquin vero, illic præsentibus magis audituri erant.

*Eleemosynæ virtus prædicatur.* — Vidistis, quanta sit eleemosynæ virtus, et in priori et in præsentibus sermone ? Illa a temporanea morte liberavit, hæc ab æterna : hæc et januas cæli aperuit. Vide, quanti fecerit quod credat Cornelius, ut et angelus mittatur, et Spiritus operetur, et apostolorum coryphæus advocetur, talisque appareat visio, ac nihil retro relinquatur. Quot erant centuriones, tribuni, reges, et nullus eorum eadem consequutus est. Audite, omnes quotquot in exercitu estis, quotquot reges stipatis. *Pius erat, inquit, et timens Deum* : quodque majus, talis erat *Cum omni domo sua.* Ita erat huic rei intentus, ut non modo sua bene dispensaret, sed etiam in familia sua id ipsum faceret. Non enim ut nos, qui nihil non agimus, ut nos ministri timeant ; ut autem pii sint, non item. Hic vero non sic, sed cum omni domo sua Deum timebat : nec modo quasi communis pater erat omnium qui cum ipso erant, sed etiam militum suorum. Audi, quid aliud dicant : necessario enim illud additur : *Testimonium habens ab omni gente* ; ne quis diceret : Quid, si incircumcissus est ? Et Judæi, inquit, testificantur ei. Ergo nihil par eleemosynæ : imo tanta rei vis est, quando ex penuariis puris profunditur, ut ea, quæ ex injuste partis manant, similia sint fonti lutum emittenti ; quæ vero ex juste partis, alveo limpidi et puro, in paradiso manant, qui suavis visu, suavis et tactu, quid lene et frigidum dans in meridie. Sic est et eleemosyna. Ad hunc fontem non populi arbores, non pini, non cypressi, sed plantæ illis longe meliores et proceriores sunt : amor Dei, laus hominum, gloria in Deum, benevolentia omnium, peccatorum abolitio, fiducia multa, opum contemptus, eleemosyna, per quam caritatis planta nutritur. Nihil enim sic caritatem alere solet, ut si quis misericors fuerit. Hæc ramos in altum erigit : hic melior fons est illo, qui in paradiso erat, non in quatuor capita divisus, sed ad cælum ipsum pertingens : hic parit fluvium illum salientem in vitam æternam (*Joan. 4. 14*) : in hunc mors incidens, quasi scintilla absumitur a fonte : adeo hic ubicumque stillat, magna operatur bona. Hic fluvium ignis quasi scintillam exstinguit : hic vermem illum ita suffocat quasi nihilum. Qui hunc habet, non dentibus stridet. Ex aqua ista si qua stilla inciderit in vincula, scindit illa : si in fornaces inciderit, omnes exstinguit.

♣. Sicut ille fons paradisi, non modo fluentia emittit, modo siccatur (alioquin jam fons non esset), sed semper scaturit : ita et fons noster semper largius fluentia effundat ad eos maxime, qui misericordia egent, ut fons maneat. Hoc hilarem reddit eum, qui accipit : hoc eleemosyna est, si non modo rapidam

fluentem emittat, sed etiam perpetuum. Si vis, quasi ex fontibus tibi Dei misericordiam impluere, et tu fontem habeto. Nihil illi par est. Si in fontis hujus ora æperueris, fontis Dei talia erunt ora, ut abyssum omnem superent. Occasionem solum quærit a nobis accipere Deus, et profundit bona ex penuariis suis. Cum insumit, cum impendit, tunc dives est, tunc opulentus. Magnum est os fontis illius : purum et limpidum ejus fluentium. Si hunc non obstruas, neque illum obstrues. Nulla infructuosa juxta illum stet arbor, ne humorem illum absumat. Habes divitias ? Ne plantas illic salices ; talis est enim ejus voluptas : multa insumit, et nihil in se ostendit, sed fructum perdit. Ne plantas salicem, ne pinum, nec quid simile, quod consumat et inutile sit : talis enim est vestium voluptas ; visu pulchræ sunt, sed ad nihil utiles. Imple surculis : omnia fructifera plantas in manus pauperum quæcumque volueris. Nihil hac terra pinguius ; quamvis parva sit manus capacitatis, attamen arbor illa plantata ad usque cælum pertingit, et firma stat. Hoc est vere plantare. Nam quod in terra plantatur, si non nunc, post centum annos peribit. Cur arbores plantas, quibus non frueris ; sed antequam fruaris, mors invadens te abripiet ? Hæc arbor, cum mortuus fueris, tunc tibi fructum dabit. Si plantas, ne in gastrimargiæ ventre plantas, ne in recessum fructus exeat ; sed planta in afflicto ventre, ut fructus ad cælum exsiliat : recrea animam pauperis in angustia versantis, ut ne latam tuam viam arces. Non vides, quomodo arbores, quæ sine mensura rigantur, a radice corrumpantur ; quæ autem cum mensura, crescant ? Ita et tu ne ventrem tuum potu ingurgites, ne putrescat arboris radix : potum da sitienti, ut fructum ferat. Quæ moderate potum accipiunt, non putrefacit sol, sed quæ immoderate <sup>1</sup> : talis quippe est solis natura. Ubique mala est immoderatio : ideoque illam excindamus, ut quæ petimus assequamur. In altissimis locis dicuntur fontes oriri. Ergo simus et nos animo sublimes, et eleemosyna cito manabit. Neque enim potest sublimis anima non misericors, et misericors non sublimis esse. Qui ergo pecunias despicit, radice malorum superior est. Fontes in desertis sunt ut plurimum : et nos animam ex tumultu educamus, et apud nos scaturiet eleemosyna. Fontes quanto magis purgantur, tanto uberiores sunt : ita nos quoque, quo magis insunemus, et magis bona scaturient. Qui fontem habet, non timet : si ergo et nos fontem habeamus eleemosynam, non timebimus. Illic quippe fons ad potum, ad irrigationem, ad ædificia, ad omnia nobis utilis est. Nihil hoc potu melius : nescit hic fons ebrietatem inducere : melius est talem habere fontem, quam auri fontes emittere. Omni aurifera terra melior est anima, quæ hujusmodi fert aurum. Non enim in hanc regiam, sed in supernam nobiscum concedit. Hoc aurum ornamentum est Ecclesie Dei : ex hoc auro efficitur gladius Spiritus, gladius per quem draco dissecatur. Ex hoc fonte pro-

<sup>1</sup> Codex unus habet : *Si potum moderate dederis, non putrefacit sol ; si autem immoderate, putrefacit.*

Μεταπέμπεται σε εις τὸν οἶκον αὐτοῦ; Ὅτι τοῦτο αὐτοῖς ἐκέλευσε. Τάχα δὲ καὶ ὡς ἀπολογούμενοι ὑπὲρ αὐτοῦ μονονοχὶ λέγουσι· Μηδὲν καταγνῶς· οὐχ ὡς καταφρονῶν ἐπεμψεν, ἀλλ' ἐκελεύσθη οὕτως. Ὁ δὲ Κορνήλιος ἦν προσδοκῶν αὐτοῦς, φησὶ, προσκαλεσόμενος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἀναγκάλους φίλους. Εἰκότως α· οὐ γὰρ δίκαιον ἦν καὶ τοὺς συγγενεῖς καὶ τοὺς φίλους μὴ συνεπάγεσθαι· ἄλλω; δὲ καὶ ἐκεῖ παρόντες μᾶλλον αὐτοῦ ἤκουσαν ἄν.

Εἶδετε, πόση τῆς ἐλεημοσύνης ἡ δύναμις, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ διαλέξει καὶ ἐναυθα; Ἐκείνη θανάτου ἀπήλλαξε τοῦ προσκαίρου, αὕτη τοῦ αἰωνίου· αὕτη καὶ θύρα ἀνέψωεν οὐρανοῦ. Ὅρα δὲ, πῶς περὶ πολλοῦ γεγένηται τὸ πιστεῦσαι Κορνήλιον, ὡς καὶ ἄγγελον πεμφθῆναι, καὶ Πνεῦμα ἐνεργῆσαι, καὶ τὸν κορυφαῖον μεταπεμφθῆναι τῶν ἀποστόλων, καὶ ὄψιν φανῆναι τοιαύτην, καὶ μηδὲν ὄλως ἐλλειφθῆναι. Πόσοι ἦσαν ἐκατόνταρχοι, καὶ χιλίαρχοι, καὶ βασιλεῖς, καὶ οὐδεις τούτων ἐπέτυχεν ὧν οὗτος; Ἀκούσατε πάντες, ὅσοι ἐν στρατείαις ἐστέ, ὅσοι βασιλεῦσι παρεστήκατε. Εὐσεθῆς ἦν, φησὶ, καὶ φοβούμενος τὸν Θεόν· καὶ τὸ μείζον, ὅτι τοιοῦτος ἦν Μετὰ παντός τοῦ οἴκου αὐτοῦ. Οὕτως ἦν συγκεκροτημένος πρὸς τοῦτο καὶ διακειμένος, ὡς μὴ μόνον εὖ τίθεσθαι τὰ οἰκεῖα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς οἰκετείας τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν. Οὐ γὰρ ὡς ἡμεῖς, οἱ, ὅπως μὲν ἡμῖν φοβεροὶ οἱ ὑπηρετοῦντες ἐσονται, πάντα ποιούμεν, ὅπως δὲ εὐλαβεῖς, οὐκέτι. Ἄλλ' οὗτος οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μετὰ τῆς οἰκίας ἀπάσης τὸν Θεὸν ἐφοβείτο, οὐ μόνον ὡς περ κοινὸς πατὴρ πάντων τῶν μετ' αὐτοῦ ὢν, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν στρατιωτῶν. Ἀκουε δὲ καὶ τί φασιν ἕτερον· ἀναγκαιῶς γὰρ προστίθεται τὸ, *Μαρτυροῦμενος ὑπὸ ὄλου τοῦ ἔθνους*· ἵνα [182] μηδεὶς εἴπῃ· Τί γὰρ, εἰ ἀκρόβυστος ἦν; Καὶ ἐκεῖνοι, φησὶ, μαρτυροῦσιν αὐτῷ. Ἄρα οὐδὲν ἐλεημοσύνης ἴσον· μᾶλλον δὲ οὕτω μεγάλη τοῦ πράγματος ἡ ἰσχὺς, ὅταν ἐκ καθαρῶν προχέταιται ταμείων, ὡς τὰ γε προχέμενα ἐξ ἀδίκων βόρβορον εοικεν ἀφείση πηγῇ· τὰ δὲ ἐκ δικαίων κερδῶν, καθάπερ νᾶμα διειδέσ τε καὶ καθάρην ἐν παραδείσῳ, ἡδὺ μὲν ἰδεῖν, ἡδὺ δὲ ἀψασθαι, κοῦφόν τε καὶ ψυχρὸν ἐν μεσημβρίᾳ διδόμενον. Οὕτως ἐστὶν ἡ ἐλεημοσύνη. Παρὰ ταύτην τὴν πηγὴν οὐκ ἀγειροὶ καὶ πῦσαι, οὐδὲ κυπάρισσοι, ἀλλ' ἕτερα τούτων πολλῶν βελτίω φυτὰ εὐμήκη εἰσὶ· φιλία Θεοῦ, ἔπαινος ἀνθρώπων, δόξα ἢ εἰς Θεόν, εὐνοια παρὰ πάντων, ἀμνηστία ἀφανισμὸς, παρρησία πολλή, χρημάτων ὑπεροψία, ἐλεημοσύνη, δι' ἧς τῆς ἀγάπης τὸ φυτὸν τρέφεται. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀγάπην τρέφειν εἴωθεν, ὡς τὸ ἐλεήμονα εἶναι· τινα. Αὕτη τοὺς κλάδους εἰς ὕψος ἀφρῆσθαι ποιεῖ· αὕτη βελτίων ἢ πηγῇ τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ, οὐκ εἰς τέσσαρας ἀρχὰς διαιρο[υ]μένη, ἀλλ' εἰς τὸν οὐρανὸν αὐτὴν ἀφικνουμένη· αὕτη τίκτει τὸν ποταμὸν ἐκεῖνον τὸν ἀλλόμενον εἰς ζωὴν αἰώνιον· εἰς ταύτην θάνατος ἐμπεσόν, καθάπερ σπινθὴρ ἀναλίσκεται ἀπὸ τῆς ἰηγῆς· οὕτως, ὅπουπερ ἂν ἐπιστάξῃ, μεγάλη ἐργάζεται ἀγαθὰ. Αὕτη τοῦ πυρὸς τὸν ποταμὸν σβέννυσιν ὡς σπινθῆρα· αὕτη τὸν σκώληκα οὕτως ἀποπνίγει, ὡς οὐδὲν. Ὁ ταύτην ἔχων, οὐ βρύχει τοὺς ὀδόντας. Ἀπὸ τοῦ ὕδατος ταύτης ἂν ἐπιστάξῃ εἰς τὰ δεσμά, διαίρει αὐτὰ· καὶ εἰς τὰς καμίλους ἐμπέσῃ, πάσας σβέννυσιν.

δ· Ὅσπερ οὖν ἡ ἐν παραδείσῳ πηγὴ οὐ νῦν μὲν προχέει νᾶματα, νῦν δὲ ξηραίνεται (ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη λοιπὸν πηγῇ), ἀλλ' αἰεὶ ἀναβλύζει· οὕτω καὶ ἡ ἡμετέρα α· Εἰκότως deest in quibusdam. ὡς περ τὸν Θεὸν ἐφοβείτο. οὐ μόνον, omittit ille codex qui ubique ferme variat.

αἰεὶ θαψιλότερον ἢ προχέτω τὸ νᾶμα πρὸς τοὺς μάλιστα ἐπιδομένους ἐλέους, ἵνα μὴν πηγῇ. Τοῦτο ἱλαρὸν ποιεῖ τὸν λαμβάνοντα· τοῦτο ἐλεημοσύνη, μὴ σφοδρὸν μόνον προχεῖσθαι τὸ νᾶμα, ἀλλὰ καὶ διγνεκές. Εἰ βυῦλοι, ὡς περ ἐκ πηγῶν σοὶ ἐπομβρεῖν τοῦ Θεοῦ τὴν ἔλεον, καὶ σὺ πηγὴν ἔχε. Οὐδὲν ταύτης ἴσον. Ἄν σὺ ταύτης τῆς πηγῆς ἀνοίξῃς τὰ στόματα, τῆς πηγῆς τοῦ Θεοῦ τοιαῦτα ἐσται τὰ στόματα, ὥστε πᾶσαν ἀδυσσον νικῆσαι. Ἀφορμὴν ζητεῖ μόνον παρ' ἡμῶν λαβεῖν ὁ Θεός, καὶ προχέεται ἐκ τῶν ταμείων αὐτοῦ τὰ ἀγαθὰ. Ὅταν ἀναλίσκῃ, ὅταν δαπανᾷ, τότε πλουτεῖ, τότε εὐπορεῖ. Μέγα ἐκείνης τὸ στόμα τῆς πηγῆς· καθάρων τὸ αὐτῆς νᾶμα καὶ διειδές. Ἄν μὴ ταύτην ἀπογράφῃς, οὐδὲ ἐκείνην. Μηδὲν ἀκαρπον στηκέτω παρ' αὐτὴν δένδρον, ἵνα μὴ τὴν νοτίδα αὐτῆς καταναλώσῃ. Ἐχεις χρήματα; Μὴ φύτευσ αἰγείρους ἐκεῖ· τοιοῦτον γὰρ ἡ τρυφή· πολλὰ ἀναλίσκεται, καὶ οὐδὲν δεικνυσιν ἐν ἑαυτῇ, ἀλλὰ ἀπόλλυσι τὸν καρπὸν. Μὴ φυτεύσης πεύκην, μὴ πίτυν, μηδὲ ἄλλο τι τῶν τοιούτων τῶν ἀναλισκόντων μὲν, οὐδαμοῦ δὲ χρησίμων· τοιοῦτο γὰρ ἡ τῶν ἱματιῶν τρυφή, ἰδεῖν μόνον καλὸν, οὐδαμοῦ δὲ χρησίμων. Ἀναδενδράδων πληρωσον· πάντα τὰ κάρπιμα φύτευσον ἐν ταῖς τῶν πενήτων χερσίν, ἄπερ ἂν θέλῃς. Οὐδὲν ταύτης λιπαρώτερον τῆς γῆς· καίτοι μικρὸν ἐστὶ τὸ διάστημα [183] τῆς χειρὸς, ἀλλ' ὅμως πρὸς αὐτὴν φθάσει τὸν οὐρανὸν τὸ φυτευόμενον δένδρον, καὶ βέβαιον ἕστηκε. Τοῦτό ἐστι φυτεύσαι. Τὸ μὲν γὰρ φυτευόμενον ἐν τῇ γῆ, καὶ μὴ νῦν, μετὰ ἑκατὸν ἔτη ἀπολείπει. Τί φυτεῖς δένδρα, ὧν οὐκ ἀπολαύσῃ, ἀλλὰ πρὶν ἢ ἀπολαύσεις, ὁ θάνατος ἐπελθὼν προαρπάζει σε; Τοῦτο τὸ δένδρον, ὅταν ἀποθάνῃ, τότε σοὶ δίδωσι τὸν καρπὸν. Εἰ φυτεῖς, μὴ ἐν τῇ τῆς γαστριμαργίας φυτεύσης κοιλίᾳ, ἵνα μὴ εἰς ἀφεδρώνα ὁ καρπὸς ἐκβῇ· ἀλλὰ φύτευσον ἐν τεθλιμμένη νηδίῃ, ἵνα πηδῆσῃ πρὸς τὸν οὐρανὸν ὁ καρπός. Ἀνάπαυσον τὴν στενοχωρουμένην ψυχὴν τὴν τοῦ πένητος, ἵνα μὴ τὴν εὐρύχωρον θλίψῃς τὴν σῆν. Οὐχ ὄρῃς, ὅτι τὰ ποτιζόμενα τῶν δένδρων ἀμέτρως, ἀπὸ τῆς ρίζης σῆπεται· τὰ δὲ μετὰ συμμετρίας, ἀψεται; Οὕτω δὴ καὶ σὺ μὴ τὴν σαυτοῦ ποτίσης ἀμέτρως; γαστέρα, ἵνα μὴ σαπῇ ἡ ρίζα τοῦ δένδρου· πότισον τὴν διψῶσαν, ἵνα καρπὸν ἐνέγκῃ. Τὰ συμμετρως ποτιζόμενα οὐ σῆπει ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἀμέτρως, σῆπει ὁ ἥλιος· τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ ἡλίου φύσις. Πανταχοῦ ἡ ἀμετρία κακόν· διδὲν περικόψωμεν αὐτὴν, ἵνα καὶ ἡμεῖς τύχωμεν ὧν αἰτοῦμεν. Ἐν τοῖς ὑψηλοτάτοις χωρίοις αἱ πηγαὶ λέγονται· τικτεσθαι. Οὐκοῦν γενόμεθα ὑψηλοὶ καὶ ἡμεῖς τὴν ψυχὴν, καὶ ταχέως ἡ ἐλεημοσύνη βέουσι· οὐ γὰρ ἐστὶ τὴν ὑψηλὴν ψυχὴν μὴ καὶ ἐλεήμονα εἶναι, καὶ τὴν ἐλεήμονα μὴ καὶ ὑψηλὴν. Ὁ γοῦν χρημάτων ὑπεροπῶν, τῆς ρίζης ἀνώτερός ἐστι τῶν κακῶν. Αἱ πηγαὶ ἐν ἐρημίαις· εἰσὶν ὡς τὰ πολλά· καὶ ἡμεῖς τὴν ψυχὴν τῆς πολιοχίας ἐξαγάγωμεν, καὶ πηγάσει παρ' ἡμῖν ἡ ἐλεημοσύνη. Αἱ πηγαὶ, ὅσῳ ἂν καθαίρωνται, ἀφθονώτεροι ὁ γίνονται· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς, ὅσῳ ἂν ἀναλώσωμεν, τοσοῦτω βλαστάνει τὰ καλά. Ὁ πηγὴν ἔχων, οὐ δέδοικεν· ἂν τοῖνον καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν τὴν ἐλεημοσύνην πηγὴν, οὐ φοβῶμεθα. Καὶ γὰρ πρὸς ποτὸν, πρὸς ἀρδεῖαν, πρὸς οἰκοδομήν, πρὸς πάντα ἡμῖν χρήσιμος αὕτη ἡ πηγῇ. Οὐδὲν τοῦ πόματος τούτου βέλτιον· οὐκ οἶδεν αὕτη μέθην ἐργάσασθαι· βέλτιον τοιαύτην ἔχειν πηγὴν, ἢ χρυσοῦ πηγὰς ἐπιβρῆν. Πάσης χρυσείδος γῆς βελτίων ἡ τοῦτον φέρουσα τὸν χρυσὸν ψυχῇ. Οὐ γὰρ εἰς ταῦτα τὰ βασιλεία, ἀλλὰ τὰ ἄνω ἡμῖν συνεκχωρεῖ. Ὁ χρυσός, κόσμος γίνεται τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ· ἀπὸ τούτου τοῦ χρυσοῦ ἡ μάχηρα α· Ἦκε αἰεὶ θαψιλότερον, desunt in illo cod. α· Codex unius ἐνέγκῃ. Ἄν συμμετρως ποτίσης, οὐ σῆπει ὁ ἥλιος· ἂν δὲ ἀμέτρως, τότε σῆπει. α· Idem καθ' ἑρῶτεται.

κατασκευάζεται τοῦ Πνεύματος, ἡ μάχαιρα δι' ἧς ὁ δράκων ἀποτέμενεται. Ἀπὸ ταύτης τῆς πηγῆς οἱ λίθοι προέρχονται οἱ τίμιοι, οἱ περὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλείως. Λίθ' ὃν ἀμελῶμεν τοσοῦτου πλοῦτου, ἀλλ' εἰσφέρωμεν

τὴν ἐλεημοσύνην μετὰ δαψιλείας, ἵνα τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀξιοθῶμεν, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ σπουδαιοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ, ὃ πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ κράτος, ἀμὲν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΚΓ'.

Τῇ δὲ ἐπαύριον ἀναστάς, φησὶν, ὁ Πέτρος, ἦλθε σὺν αὐτοῖς· καὶ τινες τῶν ἀδελφῶν τῶν ἀπὸ Ἰόππης συνῆλθον εἰς τὴν Καισάρειαν. Ὁ δὲ Κορνήλιος ἦν προσδοκῶν αὐτοὺς, συγκαλεσόμενος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους.

α'. Μετὰ τὸ ξενίσαι τοὺς ἄνδρας, ἐξέρχεται σὺν αὐτοῖς· καλῶς. Πρῶτερον φιλοφρονεῖται \* ἅτε ἀπὸ καμάτου δντας αὐτοὺς, καὶ οἰκείῳ ἑαυτῷ, εἶτα λοιπὸν καὶ συν-ἔξεισι. Τῇ δὲ ἐπαύριον, φησὶν, ἀναστάς ὁ Πέτρος, ἦλθε σὺν αὐτοῖς, καὶ τινες τῶν ἀδελφῶν. Οὐ μόνος, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι ἔρχονται μετ' αὐτοῦ· καὶ τοῦτο οἰκονομικῶς, ὥστε εἶναι μάρτυρας μετὰ ταῦτα, ὅταν ἀπολογεῖσθαι δεῖοι Πέτρον. Ὁ δὲ Κορνήλιος ἦν προσδοκῶν αὐτοὺς, συγκαλεσόμενος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους. Τοῦτο φίλου, τοῦτο θεοσεβοῦς, ἐν τοῖς τοιοῦτοις ἀγαθοῖς πρὸ πάντων ποιεῖσθαι κοινω-νοῦς τοὺς ἀναγκαίους φίλους. Εἰκότως τούτους συγκαλεῖ, οἷς ἐθάρρει ἅει περὶ τοιούτων διασκεπτόμενος μάλι-στα, ἃ περιττὸν τῶς ἦν πρὸς ἄλλους ἐξενεγκεῖν. Ἐμοὶ δὲ καὶ φίλοι καὶ συγγενεῖς παρ' αὐτοῦ δο-κοῦσιν ἐρῶθιμισθαι. Ὡς δὲ ἐγένετο τοῦ β συναλθεῖν τὸν Πέτρον, συναντήσας αὐτῷ ὁ Κορνήλιος, πεισῶν ἐπὶ τοὺς πόδας προσεκύνησεν. Ὁ δὲ Πέτρος ἤγει-ρεν αὐτόν, λέγων· Ἀνάστηθι· καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι. Τοῦτο ποιεῖ, τὸ ταπεινὸν αὐτοῦ δεικνύς, καὶ παι-δεύων τοὺς ἄλλους, καὶ τῷ Θεῷ εὐχαριστῶν, καὶ δηλῶν ὡς, εἰ καὶ ἐκελεύσθη, ὅμως οἶκον πολλὴν εἶχε τὴν εὐλάβειαν. Τί οὖν ὁ Πέτρος; Ἀνάστηθι· καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι. Ὁρᾷς, πῶς πρὸ τῶν ἄλλων τοῦτο αὐτοὺς παιδεύουσι, μηδὲν μέγα περὶ ἑαυτῶν φαντάζεσθαι; Καὶ συνομιλῶν αὐτῷ, εἰσηλθε· καὶ εὐρίσκει συν-εληλυθότας πολλοὺς, φησὶ τε πρὸς αὐτοὺς· Ὑμεῖς ἐπίστασθε, ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ κολ-λᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἄλλοφύλῳ. Ὅρα, εὐθέως περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας διαλέγεται, καὶ δεικνυσιν, ὅτι μεγάλη αὐτοῖς ἐχαρίσατο ἀγαθὰ. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο θαυμάζειν ἐνταῦθα ἐνι, ὅτι τοιαῦτα διαλέγεται· ἀλλ' ὅτι πῶς ὁμοῦ καὶ μεγάλη φθέγγεται, καὶ μετριάζει. Οὐ γὰρ εἶπεν· Ἀνθρωποι μηδὲν καταξιοῦντες κολλᾶ-σθαι, ἦλθομεν πρὸς ὑμᾶς· ἀλλὰ τί; Ὑμεῖς ἐπίστασθε (ὁ Θεὸς τοῦτο ἐκέλευσε, φησὶ), παράνομον εἶναι κολ-λᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἄλλοφύλῳ. Εἶτα ἵνα μὴ ἐπ' αὐτῷ τὴν χάριν θῆ, ἐπάγει· Καὶ ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἐδειξε μηδένα κοινόν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον. Τοῦ-το προστίθησιν, ἵνα μὴ δόξη κολακεῖν αὐτόν. Διὸ καὶ ἀναντιφρόντως ἦλθον μεταπεμφθεῖς. Ἴνα μὴ νομισω-σιν, ὅτι, εἰ καὶ παρανομία ἦν τὸ πρᾶγμα [185], ἐπειδὴ ἄρχων ἦν, διὰ τοῦτο ἐπήκουσεν, ἀλλὰ τὸ πᾶν τῷ Θεῷ ἰσχυριζόμεναι, οὐ μόνον οὐ κολλᾶσθαι, ἀλλ' οὐδὲ προσέρ-χεσθαι ἐξόν, φησὶν. Πυνθάνομαι οὖν τίτι λόγῳ με-σεπέμψασθέ με. Οὐκ ἀγνοῶν πυνθάνεται· ἦδει γὰρ τὸ πᾶν ὁ Πέτρος ἀπὸ τοῦ ὁράματος· ἤκουσε δὲ καὶ παρὰ τῶν στρατιωτῶν· ἀλλὰ βούλεται πρῶτον αὐτοὺς ὁμο-λογῆσαι, καὶ ὑπευθύνους ποιῆσαι τῇ πίστει. Τί οὖν ὁ Κορνήλιος; Οὐκ εἶπεν· Οὐ γὰρ εἶπόν σοι οἱ στρατιῶ-

ται; ἀλλ' ὅρα, πῶς πρῶτος καὶ ταπεινῶς· Ἀπὸ τετάρ-της ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας ἤμην νηστεύων, καὶ τὴν ἐνάτην ὥραν προσευχόμενος ἐν τῷ οἴκῳ μου· καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἕστη ἐνώπιόν μου ἐν ἐσθῆτι λαμπρῇ, καὶ φησὶ Κορνήλιε, εἰσηκούσθη σου ἡ προσευχή, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέδησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὴν ἐνάτην ὥραν, φησὶ, προσευχόμενος. Τί ἐστι τοῦτο; Ἐμοὶ δοκεῖ καὶ καιροὺς ὠρικεῖναι ἑαυτῷ βίου ἀκριβεστέρου, καὶ ἐν τισιν ἡμέραις. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπεν· Ἀπὸ τε-τάρτης ἡμέρας. Ὅρα πόσον ἐστὶν εὐχή. Ὅτε ἐπέδω-κεν εἰς εὐλάβειαν, τότε φαίνεται αὐτῷ ὁ ἄγγελος. Αὕτη μία ἡμέρα· καὶ ἦν ἀπῆλθον οἱ πεμφθέντες, μία· καὶ ἦν ἦλθον, πάλιν μία· καὶ τῇ τετάρτῃ ἐφάνη, ὡς εἶναι δευ-τέραν μεθ' ἦν προσήξατο. Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἕστη ἐν-ώπιόν μου ἐν ἐσθῆτι λαμπρῇ. Οὐ λέγει ἄγγελον, οὔ-τως ἐστὶν ἄτυφος. Καὶ φησὶ Κορνήλιε, εἰσηκούσθη σου ἡ προσευχή, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἐμνήσθη-σαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Πέμψον οὖν εἰς Ἰόππην, καὶ μετακάλεσαι Σίμωνα, ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος· οὗτος ξενίζεται ἐν οἴκῳ Σίμωνος βουρσῶος παρὰ θάλασσαν· ὃς παραγενόμενος λαλήσει σοι. Ἐξ αὐ-τῆς οὖν ἐπεμψα πρὸς σέ· σὺ τε καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος. Νῦν οὖν πάντες ἡμεῖς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πάρομεν, ἀκοῦσαι πάντα τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο εἶπε· Τίτι λόγῳ με-σεπέμψασθέ με; ἵνα ταῦτα οὕτως εἶπῃ τὰ ῥήματα. Ἀνοίξας δὲ Πέτρος τὸ στόμα εἶπεν· Ἐπ' ἀληθείας καταλυθάνομαι, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεός, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνη ὁ φοβούμενος αὐτόν καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστί. Τοῦ-το ἐστίν, ἂν τε ἀκρόθυτός ἐστιν ἂν τε ἐμπερίτομος. Τοῦτο καὶ Παῦλος δηλῶν, Οὐ γὰρ ἐστι προσωπολήπτι παρὰ τῷ Θεῷ, λέγει. Νῦν οὖν πάρομεν πάντες ἡμεῖς, φησὶν, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Ὅρα, ὅση ἡ πίστις, ὅση ἡ εὐλάβεια. Ἦδει, ὅτι οὐδὲν ἀνθρώπινον εἶπεν ὁ Πέτρος, Ὁ Θεὸς ἐδειξέ μοι, εἰπὼν. Διὸ καὶ τὸ, Πάρ-ομεν, ἀκοῦσαι πάντα τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, λέγει. Τί οὖν; ἄρα δεκτὸς αὐτῷ ἐστί ὁ ἐν Περσίδι; Ἄν ἡ ἄξιός, ταύτη δεκτὸς ἐσται τῷ καταξιο-θῆναι τῆς πίστεως. Ἐντεῦθεν καὶ τὸν ἐξ Αἰθιοπίας εὐ-νοῦχον οὐ περιεῖδε. Καὶ τί, φησὶν, ἂν εἰποις περὶ τῶν θεοσεβῶν καὶ περιοφθέντων; Ἄπαγε· οὐδεὶς περιορᾶται θεοσεβῆς. Οὐ γὰρ ἐστίν, οὐκ ἔστι περιοφθῆναι τινα τῶν τοιούτων ποτέ. Ἐν παντὶ ἔθνη, φησὶ, ὁ φοβούμενος τὸν Θεὸν καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην. Δικαιοσύνην, τὴν πᾶσαν ἀρετὴν καλεῖ.

β'. Ὅρᾷς, πῶς καταστέλλει αὐτοῦ τὸ φρόνημα τῷ εἰ-πεῖν· Ἐν παντὶ ἔθνη ὁ φοβούμενος τὸν Θεόν, δεκτὸς αὐτῷ [186] ἐστί; ὡσεὶ εἶπεν· Οὐδένα ἀπωθεῖται, πάν-τας προσίεται τοὺς πιστεύοντας. Εἶτα, ἵνα μὴ δόξωσιν ἐν τάξει ἀπερρίμμένων εἶναι, ἐπάγει· Τὸν Λόγον, ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὗτός ἐστι πάντων Κύριος. Ταῦτα λέγει διὰ τοὺς παρόντας, ἵνα καὶ ἐκείνους πείσῃ. Διὰ τοῦτο παρασκευάζει καὶ τὸν Κορνήλιον εἰπεῖν. Τὸν Λόγον, φησὶν, δι' ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ.

\* In uno exemplari ab his incipitur, Καλῶς πρῶτερον φιλοφρονεῖται. β Articulus ex quatuor codd. recurritus est.

deunt lapides pretiosi, qui caput regis ornant. Ne itaque negligamus tantas divitias; sed largiter eleemosynam inferamus, ut Dei benignitate dignemur,

gratia et miserationibus unigeniti ejus Filii, cui omnis gloria, honor et imperium una cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA XXIII.

CAP. 10. v. 23. *Sequenti autem aie, inquit, surgens Petrus, profectus est cum illis: et quidam ex fratribus ab Joppe cum illo venerunt Casaream. 24. Cornelius vero expectabat illos, convocatis cognatis suis et necessariis amicis.*

1. Postquam viros hospitaliter tractavit, egreditur cum illis: recte. Prius benigne cum illis agit<sup>1</sup>, utpote ex itinere fatigatis, sibique familiares reddit, demumque una proficiscitur. *Sequenti autem die, inquit, surgens Petrus, profectus est cum illis: et quidam fratres.* Non solus, sed et alii cum illo veniunt; idque cum quadam providentia, ut postea testes essent, quando Petro opus fuit defensione. *Cornelius vero expectabat illos, convocatis cognatis suis et necessariis amicis.* Hoc amici, hoc pii viri est, in talibus bonis amicos præ omnibus facere socios. Jure hos vocat quibus fidebat, de talibus maxime semper disserens, quæ frustra fortasse aliis exposuisset. Videntur autem mihi et amici et cognati ab ipso fuisse instituti. 25. *Cum introisset autem Petrus, obviam venit ipsi Cornelius, et procidens ad pedes ejus adoravit. 26. Petrus vero erexit eum, dicens: Surge; nam et ego homo sum.* Hoc facit, humilitatem suam ostendens, aliosque docens Deoque gratias agit, declaratque se, etiamsi jussus sit, ex se tamen multam habere pietatem. Quid ergo Petrus? *Surge; nam et ego homo sum.* Viden', quomodo ante omnia illos docent, ne quid magnum de se sentiant? 27. *Et loquens cum illo, intravit: et invenit multos qui convenerant, 28. dixitque ad illos: Vos scitis, quomodo abominatum sit viro Judæo conjungi aut accedere ad alienigenam.* Vide, ut statim de Dei benignitate disserat, ostendatque ipsum magna illis largitum esse bona. Non hoc solum admirandum hic est, quod talia loquatur; sed et quomodo simul et magna loquatur et modeste agat. Non dixit enim: Nos qui ad neminem accedere dignamur, ad vos venimus; sed quid? *Vos scitis* (Deus hoc jussit, inquit), *iniquum esse conjungi aut accedere ad alienigenam.* Deinde ne in illo gratiam statuatur, subdit: *Et mihi Deus ostendit, neminem communem aut immundum dicere hominem.* Hoc subjungit, ne videatur adulari ipsi. 29. *Propter quod sine contradictione veni accersitus.* Ne putarent, etsi res illicita esset, se utpote principi ea de causa obtemperasse, sed totum Deo imputarent, non modo conjungi, sed etiam accedere non licere dicit. *Interrogo ergo, quam ob causam accersistis me.* Non ignorans interrogat: sciebat enim totum Petrus a visione edoctus: audierat etiam a militibus; sed vult

<sup>1</sup> In uno exemplari, his omissis verbis, *postquam viros hospitaliter tractavit, egreditur cum illis: recte, ab his incipitur, prius benigne cum illis agit.* Possetque hoc initium tolerari, sed melius incipitur ab illis verbis, *postquam viros,* etc.

illos primum confiteri, et fidei obnoxios fieri. Quid ergo Cornelius? Non dixit, Non tibi milites dixerunt? sed vide, quam mansuete et humiliter loquatur. 30. *A quarta die usque in hanc horam eram jejunans, et nona hora eram orans in domo mea: et ecce vir stetit coram me in vestitu splendido, et ait: 31. Corneli, exaudita est oratio tua, et eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Et nona hora, inquit, orans.* Quid hoc est? Videtur mihi sibi tempora constituisse accuratoris vitæ in quibusdam diebus: ideoque ait, *A quarta die.* Vide, quanta res sit oratio. Quando in pietate profecit, tunc apparet illi angelus. Hæc una dies erat; ea qua abierunt ii, qui missi erant, una; qua venerunt, rursus una; et quarta apparuit, ita ut sit secunda post eam, qua precatus est. *Et ecce vir stetit coram me in veste splendida.* Non angelum dicit; ita alienus erat a fastu. *Et ait: Corneli, exaudita est oratio tua, et eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. 32. Mitte ergo in Joppen, et accersi Simonem, qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simonis coriarii juxta mare: qui ubi advenit, loquetur tibi. 33. Confestim ergo misi ad te: et tu bene fecisti veniendo. Nunc ergo omnes nos in conspectu Dei adsumus, ut audiamus omnia, quæ tibi præcepta sunt a Deo.* Ideo dixit, *Qua de causa accersistis me?* ut hæc sic verba dicat. 34. *Aperiens autem Petrus os suum, dixit: In veritate comperi, quod non sit personarum acceptor Deus; 35. sed in omni gente, qui timet illum et operatur justitiam, acceptus illi est.* Hoc est, sive præputiatus sit, sive circumcisus. Hoc et Paulus sic declarat, *Non est personarum acceptio apud Deum (Rom. 2. 11). Nunc ergo adsumus omnes nos, inquit, in conspectu Dei.* Vide quanta fides, quanta pietas. Sciebat nihil humanum dicere Petrum; *Deus ostendit mihi, dixit. Ideo et illud, Adsumus, ut audiamus omnia, quæ tibi præcepta sunt a Deo.* Quid ergo? num acceptus est illi is, qui est in Perside? Si dignus sit, ita acceptus erit, ut fidem assequatur. Hinc etiam eunuchum ex Æthiopia non despexit. Et quid, inquit, dixeris de religiosis viris, qui despecti fuerunt? Absit, nemo religiosus despicitur. Non potest enim, non potest utique despici qui talis est. *In omni gente, inquit, qui timet Deum et operatur justitiam.* Justitiam vocat omnem virtutem.

2. Vides, ut deprimat illius sublimem sensum, cura dicit: *In omni gente qui timet Deum, acceptus est illi?* ac si diceret, Neminem repellit, omnes credentes admittit. Deinde, ut ne videantur inter abjectos esse, subdit: 36. *Verbum quod misit filiis Israel, annuntians pacem per Jesum Christum: hic est omnium Dominus.* Hæc dicit in præsentium gratiam, ut illis persuadeat. Ideo curat, ut Cornelius loquatur. *Verbum, inquit, quod misit filiis Israel.* Vide, illis interim dat præro-

galivam. Deinde illos testes inducit, dicens · 37. *Vos scitis verbum, quod factum est per universam Judæam, incipiens a Galilæa, post baptismum, quod prædicavit Joannes.* Quod sic res habeat, ex sequentibus confirmat. 38. *Jesum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute.* Non dixit, *Nostis Jesum* (neque enim noverant); sed quæ ab illo facta sunt, narrat. *Qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo.* Hinc ostendit multas mutilationes diabolicas, et corporis labe ab illo factas. *Quoniam Deus erat cum illo.* Rursum humilia loquitur, non sine causa puto, sed propter humanitatem. 39. *Et nos testes sumus omnium, quæ fecit in regione Judæorum et Jerusalem.* Et vos, inquit, et nos. *Quem et occiderunt suspendentes in ligno.* Hic passionem prædicat. 40. *Ilunc Deus suscitavit tertia die, et dedit eum manifestum fieri, 41. non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo, nobis qui manducavimus et bibimus cum eo, postquam resurrexit a mortuis.* Hoc maximum resurrectionis argumentum est. 42. *Et præcepit nobis prædicare populo et testificari, quia ipse est, qui constitutus est a Deo iudex vivorum et mortuorum.* Magnum etiam hoc, ut fide dignos demonstret. Ipse vero testimonium inducit, dicens : 43. *Illic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem accipere per nomen ejus omnem qui credit in illum.* Hæc prædictio est eorum, quæ post futura erant; quum confirmans, prophetas opportune testes adhibet. Sed repetamus ea, quæ de Cornelio superius dicta sunt. *Misit, inquit, in Joppen, ut accerseret Petrum.* Omnino venturum credidit: ideo misit. *Et loquens cum illo, inquit, intravit.* Quid loquens? Ea, ut puto, quæ superius dicta sunt. *Et procidens ad pedes ejus, adoravit.* Vide ubique sermonem ab adulatione alienum, et humilitate plenum. Hinc dignus ostenditur et ille eunuchus. *Præcepit, inquit, Philippo, ut ascenderet et sederet in curru;* etsi nesciret quis esset, nisi solum ex prophetæ commemoratione. Hic vero etiam cecidit ad pedes. Viden' mores sine fastu? Tu vero mihi considera, quomodo ostendat Petrus divinum esse suum adventum, cum dicit : *Vos scitis illicitum esse.* Et cur non statim sindonem memoravit? Quia a vana gloria erat valde alienus. Quod missus sit a Deo dicit; quomodo, non item; sed cum necesse fuit, cum dixit : *Vos scitis illicitum esse Judæo conjungi vel accedere ad alienigenam:* ita procul erat a vana gloria. *Vos scitis.* Hoc dicens, illorum sententiam in sponsonem trahit. *Quid vero Cornelius? Adsumus, inquit, in conspectu Dei audire omnia, quæcumque tibi præcepta sunt a Deo.* Non dixit, *In conspectu hominis, sed, Dei,* ostendens, sic accedendum esse ad Dei servos. Vidistis mentem excitatam? vidistis quam dignus esset his omnibus? *Aperiens autem, inquit, Petrus os suum dixit: In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus.* Hoc presentibus Judæis sui purgandi causa dicebat. Cum enim illis verbum traditurus esset, quasi defensionem præmittit. Quid ergo? num antea personarum acceptor erat? Absit; nam antea sic erat. *Omnis, inquit, qui timet*

*Deum, et operatur justitiam, acceptus illi est.* Hoc et Paulus scribens dicit : *Cum enim gentes, quæ legem non habent, ea quæ legis sunt faciunt (Rom. 2. 14).* Et dogma inducit et institutionem. Nam si magos non despexit, neque Æthiopem, neque latronem, neque meretricem: multo magis operantes justitiam et volentes non contemnet. Quid ergo, si sint mansueti et mites homines qui credere nolint. Ecce tu causam dixisti: quia credere nolunt. Alioquin autem mansuetum hic dicit non mitem, sed eum, qui justitiam operatur; id est, eum, qui in omnibus beneplacitus est, qui tunc talis est, quando Deum ut par est timet. Hujusmodi vero hominem Deus solus novit. Vide quomodo hic acceptus erat: mox ut audit, etiam obtemperavit. Et nunc, si angelus veniret, iniques, nemo est qui non crederet. Verum longe majora nunc signa sunt, quam illa: et tamen multi non credunt. Deinde doctrinam incipit, et Judæis suam servat nobilitatem. *Verbum, inquit, quod misit Deus filiis Israel, annuntians pacem: hic est omnium Dominus.* Primo de dominatione ejus loquitur, admodumque sublimiter, ut licebat<sup>1</sup>; quia cum homine sermo erat, qui jam sublimis effectus, ardentem omnia ab se tradita suscipiebat: deinde probans, quomodo omnium Dominus esset, adjicit : *Quod misit annuntians;* id est, ad bona vocans, non judicium inducens.

3. Hinc declarat, ipsam Verbum a l'eo Judæis primo missum fuisse. Deinde ab iis, quæ per totam Judæam effecit, hoc demonstrat, dicens : *Vos scitis quod factum est verbum per universam Judæam:* et quod est mirabile, incipiens a Galilæa, post baptismum, quod prædicavit Joannes. Primo loquutus est de ejus præclaro opere, et tunc de ejus patria sidenter loquitur. *Jesum a Nazareth.* Ita sciebat ipsam patriam offendiculo esse. *Quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute.* Iterum probat. Ne quis enim diceret, Undenam hoc manifestum est? subjungit: *Qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo.* Deinde cum bonis, quæ operatus est, ostendit quanta virtus ejus esset: cum enim diabolum superaverit, ingentem illam fuisse oportet. Adjicitur causa, *Quoniam Deus erat cum illo.* Ideo et Judæi ita dicebant : *Scimus, quoniam a Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere, nisi Deus fuerit cum eo (Joan. 3. 2).* Deinde, postquam ostendit eum a Deo missum fuisse, tunc addit eum interfectum fuisse, ne quid absurdum imaginaretis. Viden' illos nusquam occultare crucem, imo et modum etiam cum aliis adidentes? *Quem occiderunt, inquit, suspendentes in ligno.* *Et dedit illum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo nobis.* Atqui ipse illos elegit; sed illud adscribit Deo. *Præordinatis, inquit.* Vide unde resurrectionem propter, et comedendo. *Cur resurgens nullum signum fecit, sed comedit et bibit?* Quia ipsa resurrectio per se magnum erat signum: hujus vero nullum majus argumentum erat, quam quod comederet et biberet. *Testificari, inquit.* Hic terribiliter loquitur, ne possent ad ignorantiam confugere. Nec dixit: Ipse est Filius Dei; sed quod.

<sup>1</sup> Illud, ut licebat (ὅς ἐνῆν), deest in quibusdam Mss.



τοὺς δίδωσι τέως τὸ ἐξαίρετον. Εἶτα καὶ αὐτοὺς ; ἐπάγεται, λέγων· Ὑμεῖς οἰδατε τὸ γενόμε-  
 νον καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενον ἀπὸ  
 Ἰερουσαλῆμ, μετὰ τὸ βάπτισμα ὃ ἐκήρυξεν  
 ὁ Θεὸς οὕτως ἔχει, τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ ἑσθῆ βε-  
 ρησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέθ, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν  
 ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει. Οὐκ εἶπεν  
 ἡσούν, οἷδὲ γὰρ ἤδεσαν· ἀλλὰ τὰ ὑπ' αὐτοῦ  
 ἵνα διεξέισιν· Ὅς διήλθεν εὐεργετῶν καὶ  
 πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ  
 τοῦ διαβόλου. Ἐντεῦθεν δείκνυσιν πολλὰς κηρώσεις  
 ἰς καὶ διαστροφὴν σώματος ὑπ' ἐκείνου γενω-  
 ῆσαι· Ὅτι ὁ Θεὸς ἦν μετ' αὐτοῦ. Πάλιν ταπεινὰ  
 αὐτῶν, οὐκ ἀπλῶς, οἶμαι, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀνθρώπινον.  
 ἵς μάρτυρες πάντων ὧν ἐποίησεν ἐν τε τῇ  
 Ἰουδαίᾳ καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ. Καὶ ὑμεῖς,  
 εἰ ἡμεῖς. Ὅν καὶ ἀνεῖλον κρεμάσαντες ἐπὶ  
 Ἐνταῦθα τὸ πάθος κηρύττει. Τοῦτον ὁ Θεὸς  
 τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐμψυχῆ-  
 ῆσαι, οὐ παντὶ τῷ λαῷ, ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς προ-  
 κειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν, οἵτινες συν-  
 ἔθεν καὶ συνεπιόμενον αὐτῷ, μετὰ τὸ ἀναστῆναι  
 ἐκ νεκρῶν. Τοῦτο τεκμήριον τῆς ἀναστάσεως  
 αὐτοῦ. Καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρῆσαι τῷ λαῷ  
 μαρτυρεῖσθαι, ὅτι αὐτὸς ἐστὶν ὁ ὠρισμένος  
 Θεοῦ κριτῆς ζώντων καὶ νεκρῶν. Μέγα καὶ  
 ἄλλο τὸ δεῖξαι ἀσωπίστους. Ὁ δὲ καὶ μαρτυρίαν  
 λέγων· Τοῦτω πάντες οἱ προσήται μαρτυροῦ-  
 ῆσαν ἀμαρτιῶν λαθεῖν διὰ τοῦ ἐνόματος  
 αὐτοῦ τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν. Τοῦτο τοῦ  
 ἵς ἔσεσθαι μετὰ ταῦτα προαναζώνησις ἦν δὴ  
 κίων, τοὺς προφήτας εὐκαιρῶς μάρτυρας παρ-  
 ἄλλ' ἴδωμεν ἀνωθεν τὰ κατὰ τὸν Κορινθίον. Ἀπ-  
 ῆσαι, φησὶν, εἰς Ἰσραὴλ μετακαλέσασθαι τὴν  
 ἑπίστασθε, ὅτι πάντως ἔξει· διὰ καὶ ἀποστεί-  
 λασθαι αὐτῷ, φησὶν, εἰσηλθε. Τί ἔρα  
 ταῦτα, οἶμαι, φθγγόμενος, ἀπερ ἔμπερσθεν  
 Καὶ περὶ αὐτὸν ἐπὶ τοῖς πόδας προσεκύνθησαν.  
 λακείας ἀπηλλαγμένον τὸν λόγον πανταχῶ, καὶ  
 τητος γέμοντα. Ἐντεῦθεν ἄξιός δείκνυσται καὶ  
 ὁ εὐνοῦχος. Ἐκέλευσε γὰρ τῷ Φιλίππῳ ἀνα-  
 καθῆσαι ἐπὶ τὸ δχημα· καίτοι οὐκ εἰδὼς,  
 σπιν, ἢ ἀπὸ τῆς ἀπαγγελίας μόνον τῆς τοῦ προ-  
 ὕδου δὲ καὶ ἐπέσεν ἐπὶ τοὺς πόδας. Εἶδες ἔθος  
 ; Σὺ δὲ μοι σκεπτε, πῶς δείκνυσται Πέτρος θείαν  
 ἦν παρουσίαν, τῷ λέγειν· Ὑμεῖς ἐπίστασθε ὡς  
 ἦν ἐστὶν. Καὶ διὰ τί μὴ εἶπε τὴν συνάνα εὐθέως ;  
 ἐνόδοξος ἦν σφόδρα. Ὅτι μὲν γὰρ ἀπέσταται  
 αὐτῷ, λέγει· τὸ δὲ πῶς, οὐκ ἐστὶ· ἀλλ' ὅτι ἀνάγκη  
 ἵ, ὅτι καὶ [187] εἶπεν· Ὑμεῖς ἐπίστασθε ὡς  
 ἦν ἐστὶν Ἰουδαίῳ κολλῆσθαι ἢ προσέρχε-  
 Ἰλοφύλω· οὕτως ἦν πῶρῳ κενόδοξιας. Ὑμεῖς  
 ἰσθες. Τοῦτο λέγων καὶ τὴν ἐκείνου κατεγγράται  
 ἵ. Τὶ δὲ Κορινθίους ; Πάρεσμεν, φησὶν, ἐνώπιον  
 Θεοῦ, ἀκοῦσαι πάντα τὰ προστεταγμένα  
 ὁ τοῦ Θεοῦ. Οὐκ εἶπεν, Ἐνωπίον ἀνθρώπου,  
 Γεῦ Θεοῦ, δείκνυς, ὅτι οὕτω δεῖ προσέγειν τοῖς  
 οὐ δούλοισι. Εἶδτε διάνοιαν διεγερμένην ; εἶδετε  
 ἵος ἦν πάντων τούτων ; Ἀποίξας δὲ, φησὶ, Πέ-  
 ὁ στόμα εἶπεν· Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνο-  
 ῆσαι οὐκ ἐστὶ προσωπολήπτης ὁ Θεός. Τοῦτο  
 ἵς τοὺς παρόντας Ἰουδαίους ἀπολογούμενος ἔλε-  
 Ἰλλων γὰρ πρὸς αὐτοὺς μεταχειρίζει τὸν λόγον,  
 ἀπολογίαν πρότερον εἶρησι. Τί οὖν ; πρῶ-

προσωπολήπτης ἦν ; Μὴ γένοιτο· ἐπεὶ καὶ πρὸ τούτου  
 οὕτως ἦν. Πᾶς ὁ φοβούμενος καὶ ἐργαζόμενος, φησὶ,  
 δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστί. Τοῦτο καὶ Παῦλος  
 γράφων λέγει· Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα,  
 φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῆ. Καὶ δόγμα εἰσάγει καὶ πο-  
 λίτειαν. Εἰ γὰρ μάγους οὐ περιείδεν, οὐδὲ Αἰθίοπα,  
 οὐδὲ ληστὴν, οὐδὲ πόρνην· πολλῶ μᾶλλον τοὺς ἐργαζο-  
 μένους δικαιοσύνην καὶ βουλομένους πάντως οὐ περι-  
 ὄφεται. Τί οὖν, ὅτι εἰσὶν ἐπεισιχεῖς καὶ ἡμεροὶ ἀνθρωποὶ,  
 καὶ πιστεύουσαι οὐ βούλονται ; Ἰδοὺ σὺ τὴν αἰτίαν εἶπας,  
 ὅτι οὐ βούλονται. Ἄλλως δὲ ἐπεισιχῆ ἔνταῦθα, οὐ τὸν  
 πρῶτον λέγει, ἀλλὰ τὸν δικαιοσύνην ἐργαζόμενον· τού-  
 ἔστι, τὸν ἐν πίστιν εὐάρεστον α, ὃς τότε τοιοῦτός ἐστιν,  
 ὅταν ἔχη τὸν Θεοῦ τὴν φόβον ὡς γὰρ. Τὸν δὲ τοιοῦτον  
 ὁ Θεός οἶδε μόνος. Ὅρα πῶς ἦν οὕτως δεκτός· ἔμα-  
 ἤκουσε, καὶ ἐπιστήθη. Καὶ νῦν, εἰ ἔγγειος ἦλθε, φη-  
 σὶν, ἐπέστηθη ἂν ἕκαστος, ὅπως ἦν ἦν. Ἀλλὰ πολλῶ τὰ  
 νῦν σημεῖα ἐκείνων ἐστὶ μέγιστα, καὶ ὁμοῦ ἀπιστοῦται  
 πολλοί. Εἶτα ἄρχεται τῆς διδασκαλίας, καὶ τρεῖς τὴν  
 εὐγένειαν τοῖς Ἰουδαίοις. Τὴν Ἀσρα. φησὶν, ἐν ἀπ-  
 ἔστειλε τοῖς νείοις Ἰσραὴλ εὐαγγελιστῶν ἐκείνην  
 αὐτὸς ἐστὶ Κύριος πάντων. Πρῶτον περὶ τῆς κηρῆ-  
 τητος αὐτοῦ διελέγετο, καὶ σφόδρα ὠρῆσαι, ὡς ἐντὸν  
 ἐπεισὶ καὶ πρὸς ψυχῆν εἶχεν ὠρῆσαι ἦν, τὸν ἑμῆ  
 καὶ πάντα θερμῶς δεχόμενος τὰ ἵς αὐτῶν παρε-  
 γόμενα· εἶτα κατακαλεῖται πᾶς Κύριος ἀπάντων,  
 ἐπάγει καὶ λέγει· Ὅν ἀπέστειλεν εὐαγγελιστῶν  
 νεον τοιοῦτον ἐπὶ ἀγαθῶν κηρῆσαι, ὡς κηρῆσαι ἐπ-  
 ἄνοστα.

γ. Ἐντεῦθεν δείκνυσται, ὅτι οὕτως ἀπὸ Θεοῦ Ἰουδαίους  
 πρῶτον ἀπέσταται. Εἶτα ἀπ' ἐν κατῳρῶσαι καὶ ἄλλοι  
 τῆς Ἰουδαίας τοῖσι συναστῆται, καὶ λέγει· Ὑμεῖς  
 οἰδατε τὸ γενόμενον ἐν Ἰουδαίᾳ καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας  
 καὶ τὸ θεματῶν, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας,  
 μετὰ τὸ βάπτισμα ἃ ἐκήρυξεν Ἰωάννης. Πρῶτον  
 εἶπεν αὐτῷ τὸ κατῳρῶσαι, καὶ τὸν ἑμῆ περὶ τῆς  
 αὐτοῦ πατρίδος εἶπεν· Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέθ.  
 Οὕτως ἔξει, ὅτι σκάνδαλον τὴν πατρίδα. Ὅς ἔχρισεν αὐ-  
 τὸν ὁ Θεός Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει. Πάλιν κατα-  
 κηρῆσαι. ἵνα γὰρ μὴ τις εἶπη, καὶ πῶρῳ τούτω ἔξισιν ;  
 ἐπάγει [188] λέγων· Ὅς διήλθεν εὐεργετῶν καὶ ἰω-  
 μενος πάντας τοῖς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ  
 διαβόλου. Εἶτα μετὰ τῶν ἀγαθῶν ὧν ἐποίησε, δείκνυσται  
 καὶ τὴν δύναμιν, ὅτι πολλὰ· ὅταν γὰρ τοῦ διαβόλου παρ-  
 ῆνθηται, πολλὰ τίς ἐστὶ καὶ μεγάλα. Καὶ ἡ αἰτία,  
 Ὅτι ὁ Θεός ἦν μετ' αὐτοῦ, φησὶν. Διὰ τοῦτο καὶ  
 Ἰουδαῖοι οὕτως ἔλεγον· Οἶδαμεν, ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ  
 ἐλήλυθας διδάσκαλος· οἵδεις γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα  
 δύναται ποιεῖν, ἂν μὴ ἢ ὁ Θεός μετ' αὐτοῦ. Εἶτα,  
 ὅτι εἶδεν, ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἀπέσταται, τότε λέγει, ὅτι  
 ἀνηλθε, ἵνα μὴ τι ἔσποιν φαντασίης. Ὅρῃς αὐτοὺς  
 οἶδαμεν κρύπτουσαν τὴν στανρῆν, ἀλλὰ μετὰ τῶν ἰδίων  
 τιθέντας καὶ τὴν τρήνον ; Ὅν καὶ ἀνεῖλον, φησὶ, κρε-  
 μάσαντες ἐπὶ ξύλον. Καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐμψυχῆ-  
 γένεσθαι, οὐ παντὶ τῷ λαῷ, ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς προ-  
 κειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν. Καίτοι γε  
 αὐτὸς αὐτοὺς ἐξελέξατο, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἀνατίθησι τῷ  
 Θεῷ. Τοῖς προκειροτονημένοις, φησὶν. Ὅρα πῶρῳ  
 τὴν ἀνάστασιν βεβαιούται ἀπὸ τοῦ φαγεῖν. Διὰ τί δὲ  
 μῆδὲν ἀναστῆς, ἐποίησε σημεῖον, ἀλλ' ἔφαγε καὶ ἔπιεν ;  
 Ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ ἀνάστασις καθ' ἑαυτὴν μέγα σημεῖον  
 ἦν· ταύτης δὲ οὐδὲν οὕτως εἰς ἀπόδειξιν μέγιστον, ὡς τὸ

\* Duo codd. ἐνάστιον καὶ ἀληπιον. — Unus cum Erasmo, ἐνάστιον.

φαγεῖν καὶ πιεῖν. Διαμαρτύρασθαι, φησίν. Ἐνταῦθα καὶ φοβεῶς εἶπεν, ἵνα μὴ ἔχωσιν εἰς ἀγνοίαν καταφυγεῖν. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι Αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὁ μάλιστα αὐτοὺς ἐφόβει, ὅτι Αὐτός ἐστιν ὁ ὀρισμένος ὑπὸ Θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν. Εἶτα ἡ κυρία κατασκευὴ ἢ ἀπὸ τῶν προφητῶν· μεγάλην γὰρ εἶχον δόξαν ἐκεῖνοι. *Τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μωρτυροῦσιν.* Ὅτε τῷ φόβῳ κατέσεισε, τότε ἐπάγει τὴν συγχώρησιν, οὐ παρ' αὐτοῦ λεγομένην, ἀλλὰ παρὰ τῶν προφητῶν. Καὶ τὸ μὲν φοβερόν, παρ' αὐτοῦ· τὸ ἡμερὸν δὲ, ἀπὸ τῶν προφητῶν. Ὅσοι τῆς ἀφέσεως ἐτύχετε ταύτης, ὅσοι τῆς πίστεως κατηξιώθητε, μαθόντες τῆς δωρεᾶς τὸ μέγεθος, παρακαλῶ, σπουδάσατε μὴ ὑβρίσαι εἰς τὸν εὐεργέτην. Ἐτύχομεν γὰρ ἀφέσεως, οὐχ ἵνα χεῖρους· γενώμεθα, ἀλλ' ἵνα ἀμείνους πολλῶ καὶ βελτίους.

Μηδεὶς τοῖνον εἶπη ὅτι ὁ Θεὸς ἡμῖν αἰτιος κακῶν, μὴ κολάσας μηδὲ τιμωρησάμενος. Εἰπέ γάρ μοι, ἂν ἀρχῶν λαβῶν φονέα ἀφῆ, τῶν μετὰ ταῦτα φόνων αὐτὸς αἰτιος εἶναι κρίνεται; Οὐδαμῶς. Καὶ πῶς αὐτοὶ ταῖς ἀθέοις γλώσσαις διδόντες ὑβρίζεσθαι τὸν Θεὸν δι' ὧν τολμῶμεν, οὐ δεδοίκαμεν οὐδὲ φρίττομεν; Τί γὰρ οὐκ ἐρούσι; τί δαὶ οὐ φθέγγονται; Αὐτὸς αὐτοῖς ἐπέτρεψε, φησίν· ἔχρην γὰρ ἀξίους ὄντας κολάσαι, οὐ τιμᾶν, οὐδὲ στεφανοῦν, οὐ τῶν πρωτείων μεταδιδόναι, ἀλλὰ κολάζειν καὶ τιμωρεῖσθαι. Ὁ δὲ μηδὲν τι τοιοῦτον αὐτοῖς ποιῶν, ἀλλ' ἀντὶ τούτων καὶ τιμῶν, τοιοῦτους αὐτοὺς ἀπεργάζεται. Μὴ, δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, μηδεὶς ταύτην περὶ ἡμῶν ἀφῆ τὴν φωνήν. Βέλτιον κατοργηγῆναι μυριάκις, ἢ ταῦτα τὸν Θεὸν ἀκοῦσαι δι' ἡμᾶς. Εἶπον αὐτῷ καὶ Ἰουδαῖοι· Ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγείρων αὐτὸν, σώσον σεαυτὸν· καὶ πάλιν, *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβα ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.* Ἀλλὰ ταῦτα ἐκείνων χαλεπώτερα. [189] Ἴν' οὐν μὴ ἐξῆ δι' ἡμᾶς πονηρίας αὐτὸν διδάσκαλον λέγεσθαι, μηδὲ αὐτῷ τούτῳ τῷ βλασφημεῖσθαι ὑπόδοκοι τῆ κολάσει γενώμεθα (Δι' ἡμῶς γὰρ, φησὶ, τὸ δρομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι)· τάναντία ποιήσωμεν λέγεσθαι, ἀξίω; τοῦ καλοῦντος πολιτευόμενοι, καὶ τῷ τῆς υἰοθεσίας προσιόντες βαπτίσματι. Ὅντως γὰρ μεγάλη τοῦ βαπτίσματος ἡ δύναμις· ἄλλους ἀντ' ἄλλων ποιεῖ τοὺς μετασχόντας τῆς δωρεᾶς· οὐκ ἀφήσιν εἶναι ἀνθρώπους τοὺς ἀνθρώπους. Πόισον τὸν Ἕλληνα πιστεῦσαι, ὅτι μεγάλη τοῦ Πνεύματος ἡ δύναμις, ὅτι μετέπλασεν, ὅτι μετεβόθθησε. Τί τὰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς ἀναμένεις, ὡς δραπετῆς, ὡς κακοῦργος, ὡς οὐκ ἀφείλων τῷ Θεῷ ζῆσαι; τί ὡς πρὸς ἀπηνῆ τινα καὶ ὠμὸν ἔχον Δεσπότην οὕτω διάκεισαι; τί ψυχρότερον, τί ταλαιπωρότερον τῶν τότε λαβόντων τὸ φῶτισμα; Φίλον σε ἐποίησεν ὁ Θεός, καὶ πάντων ἤξιώσε τῶν ἀγαθῶν, ἵνα καὶ αὐτὸς ἐπιδείξῃ τὰ τοῦ φίλου. Εἰπέ δὲ μοι, εἰ τὰ μεγάλα ἠδίκησα; εἰ τινα καὶ ὑβρίσας, καὶ μυριάκις αὐτὸν ὀνειδίσει περιβαλὼν, εἰς τὰς χεῖρας ἐνέπεσε τοῦ ὑβρισθέντος, ὁ δὲ ἀντὶ τούτων ἐτίμησε, καὶ τῶν αὐτοῦ μετέδωκεν ἀπάντων, καὶ ἐν τοῖς φίλοις ἐφ' ὧν ὑβρίσθη, ἐπὶ τούτων σε ἐστεφάνωσε, καὶ ἐφησεν ὡς υἱὸν ἔχειν γνήσιον, εἶτα εὐθέως ἀπέθανεν· οὐκ ἂν ζημίαν τὴ πρᾶγμα ἐνόμισας; οὐκ ἂν εἶπες· Ἐβουλόμην αὐτὸν ζῶντα εἶναι, ἵνα δυνηθῶ ἀποδοῦναι τὰς ἀμοιβάς, ἵνα ἀμείψωμαι, ἵνα μὴ κακὸς φανῶ περὶ τὸν εὐεργέτην; Εἶτα ἐπ' ἀνθρώπου μὲν οὕτως· ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ σπουδάσεις ἀπαθεῖν, ἵνα μὴ ἀμείψῃ τὸν εὐεργέτην τῶν τοσοῦτων δωρεῶν; Καὶ μὴν τότε πρόσειθε, ὅτε αὐτὸν

<sup>a</sup> Unus omnium μηδὲν... ποιῶν.

δύνασαι τοῖς ἰσοῖς ἀμείψασθαι. Τί φεύγεις; Ναί, φησίν, ἀλλ' οὐ δύναμαι φυλάξαι. Οὐκοῦν τὰ ἀδύνατα ἐπέταξεν ὁ Θεός; Ἀπὸ τούτου πάντα ἀνατέτραπται, ἀπὸ τούτου τὰ τῆς οἰκουμένης διέφθαρται, ὅτι οὐδεὶς οὐδὲν σκοπὸς κατὰ Θεὸν ζῆν. Οἱ μὲν οὖν κατηγούμενοι τοῦτο σπουδάζοντες, οὐδεμίαν ποιοῦνται ἐπιμέλειαν ὀρθοῦ βίου· οἱ δὲ ἤδη φωτισθέντες, οἱ μὲν ἐπεὶ παῖδες ὄντες τοῦτο ἐλαβον<sup>b</sup>, οἱ δὲ ἐν ἀβρώστια, καὶ ἀνενεγκόντες, ἐπειδὴ μὴ εἶχον προθυμίαν τινὰ ζῆσαι διὰ Θεὸν, οὐδὲ οὗτοι σπουδῆν τίθενται· οἱ δὲ ἐν ὑγείᾳ λαβόντες, ὀλίγην ταύτην καὶ αὐτοὶ ἐπιδείκνυνται, καὶ πρὸς τὸ παρὸν διατεθέντες θερμοί, μετὰ ταῦτα καὶ οὗτοι τὸ πῦρ ἔσβεσαν. Μὴ γὰρ οὐκ ἐνὶ πράγμασι χρῆσθαι; μὴ γὰρ τῆς γυναικὸς σε διεύρω; Πορνείας σε ἀπέύρω. Μὴ γὰρ τῆς τῶν χρημάτων ἀπολαύσεως; Πλεονεξίας καὶ ἀρπαγῆς. Μὴ γὰρ ἀναγκάζω πάντα κενῶσαι; Ὀλίγα ἀπὸ τῶν ἐνότων δοῦναι τοῖς δεομένοις (τὸ ἡμῶν περισσεύμα, φησίν, εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα)· καὶ οὐδὲ οὕτω πείθομεν. Μὴ γὰρ νηστεύειν βιάζομεν; Μεθῦειν κωλύομεν καὶ γαστριζέσθαι. Ταῦτα περαιοῦμεν, ἃ ἀσχημοσύνην σοι φέρε, ἃ καὶ πρὸ τῆς γέννησης ἐντεῦθεν ἤδη φευκτὰ καὶ μιστὰ καὶ αὐτὸς εἶναι συνομολογεῖς. Μὴ γὰρ ἡδουθεῖαι καὶ χαίρειν; Ἀλλὰ μὴ αἰσχρῶς, μηδὲ ἀναξίως.

[190] δ. Τί δεδοίκας; τί φοβῆ; τί τρέμεις; Ἐνθα γάμος, ἔνθα χρημάτων ἀπόλαυσις, ἔνθα τροφὴ σύμμετρος, ποία ἀμαρτίας ὑπόθεσις; Καὶ μὴν οἱ ἐξωθεν τὰ ἐναντία ἐπιτάττουσι, καὶ ἀκούονται. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐνότων ἀπαιτοῦσιν, ἀλλὰ λέγουσιν, ὅτι τοσονδε δοῦναι δεῖ· καὶ προβάλλη πενίαν, οὐδὲ οὕτως ἀφίστανται. Ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως· ἀλλ', Ἄφ' ὧν ἔχεις ὄδς, καὶ εἰς τὴν πρώτην σε καταλέξω τάξιν. Πάλιν ἐκεῖνοι, εἰ βούλει, φησίν, εὐδοκίμειν, κατάλιπε πατέρα, μητέρα, συγγενεῖς, οἰκίους, καὶ προσέδρευε τοῖς βασιλείοις, κοπτόμενος, ταλαιπωρούμενος, δουλεύων, σπώμενος, μυρία πάσχων κικᾶ· ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως, ἀλλ', Ἔσο ἐν τῇ οἰκίᾳ μετὰ τῆς γυναικὸς, μετὰ τῶν παιδῶν, καὶ αὐτὰ ταῦτα διάκλατα καὶ ρύθμιζε, τὸν ἀπράγμονα βίον ζῆν<sup>c</sup> καὶ ἀκίβητον. Ναί, φησίν, ἀλλ' ἐκεῖνος χρήματα ἐπαγγέλλεται. Ἄλλ' οὗτος βασιλείαν, μᾶλλον δὲ καὶ χρήματα μετὰ ταύτης· Ζητεῖτε γὰρ, φησὶ, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Καὶ ἐκεῖνος μὲν οὐδὲ ἐν προσθήκῃς μέρει, οὗτος δὲ καὶ προηγουμένου. *Νεώτερος ἐγενόμην*, φησὶ· *καὶ γὰρ ἐγήρασα καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλειμμένον, οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους.* Ἀρξώμεθα τοῖνον, τῆς ἀρετῆς θῶμεν προοίμιον<sup>d</sup>· ἐπιλαθώμεθα αὐτῆς μόνον, καὶ ἔψει οἶα τὰ ἀγαθὰ. Μὴ γὰρ ἀπονητὶ ἐκεῖνα κατορθοῖς, ὅτι πρὸς ταῦτα μαλακίῃ; Ναί, φησίν, ἐκεῖνα ἀπονητὶ, ταῦτα δὲ μετὰ πόνου. Ἄπαγε· οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν· ἀλλ' εἰ τι δεῖ τάληθός εἰπεῖν, ἐκεῖνα μᾶλλον πόνους συνέζευκται καὶ μετὰ πόνου πλειονὸς κατορθοῦται, ταῦτα δὲ, ἂν ἐθέλωμεν, βραδίως.

Μὴ δὲ ἀποπηδῶμεν τῶν θείων μυστηρίων, παρακαλῶ· μὴ τοῦτο ἴθης, ὅτι ὁ πρὸ σοῦ φωτισθεὶς, φαῦλος γέγονε, καὶ τῆς ἐλπίδος ἐξέπεσε τῆς αὐτοῦ, καὶ ὀκνηρότερος σαυτοῦ γένη· ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς στρατιώταις ὀρῶμεν τοὺς μὲν οὐκ εἰς θεὸν χρωμένους τῇ στρατείᾳ, τοὺς δὲ εὐδοκίμουντας· καὶ οὐ τοῖς βραθύμοις προσέχομεν, ἀλλὰ τούτους ζηλοῦμεν τοὺς κατορθοῦντας. Πρὸς τούτους ἐνόησον, ὅσοι μετὰ τὸ φῶτισμα ἀγγελοὶ ἀντὶ ἀνθρώπων

<sup>b</sup> Alii oi μὲν παῖδες λαμβάνοντες <sup>c</sup> Savil. alii que, ζῆσι· <sup>d</sup> Ὡς μὲν προοίμιον dicit in quibusdam mss

maxime illos terrebat : *Ipse est, qui constitutus est a Deo iudex vivorum et mortuorum.* Hinc sequitur validum argumentum a prophetis : illi enim in magna existimatione erant. *Huic omnes prophetæ testimonium perhibent.* Postquam timore percussit, tunc veniam inducit, non ab illo, sed a prophetis dictam. Et quod terribile erat, ab illo; quod autem mitius, a prophetis proficiscebatur. Quotquot hanc remissionem consequuti estis, quotquot fidem nacti estis; cum doni magnitudinem didiceritis, obsecro, date operam, ne Benefactorem contumelia afficiatis. Remissionem namque consequuti sumus, non ut deteriores efficiamur, sed ut multo meliores et præstantiores.

*Deus non est causa malorum.* — Nemo igitur dicat, Deum esse nobis causam malorum, quod non puniat, nec supplicium inferat. Dic enim mihi, si princeps quispiam captum homicidam dimiserit, an sequentium cædium auctor esse iudicabitur? Minime. Et quomodo, dum impiis linguis audemus Deo contumeliam inferre, non timemus, nec exhorrescimus? Quid enim non dicent? quid non loqueatur? Ipse permisit, inquit: oportebat enim dignos supplicio non honorare, non coronare, non primatu dignari, sed punire et ulcisci; ille vero contra, dum illos honorat, tales ipsos efficit. Ne, quæso et oro, ne quispiam nostrum talem emittat vocem. Satius fuerit sexcenties defodi, quam Deum per nos talia audire. Dicebant illi et Judæi : *Qui destruis templum, et in tribus diebus reedificas illud, salva te metipsum;* et rursus : *Si Filius Dei es, descende de cruce (Matth. 27. 40).* Sed hæc illis sunt graviora. Ne itaque per nos liceat ipsum dici iniquitatis doctorem, neque ex ipsis blasphemis supplicio obnoxii efficiamur (nam ait, *Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus [Rom. 2. 24]*) : demus operam, ut contraria dicantur, dignam vocatione nostra vitam ducentes, et ad baptismum adoptionis accedentes. Vere namque magna est vis baptismi, quæ doni consortes alios ex aliis efficit : non sinit homines esse homines. Fac, ut gentilis credat magnam esse Spiritus virtutem, quæ transformet, quæ transmutet. Cur extremos halitus exspectas ut fugitivus, ut sceleratus, ut qui non debeas Deo vivere? cur ita affectus es, ac si inhumanum et crudelem haberes Dominum? quid frigidius, quid miserabilius iis, qui tunc baptismum accipiunt? Amicum te fecit Deus, et omnibus dignatus est bonis, ut et ipse ea, quæ amici sunt, exhibeas. Dic mihi, si quempiam injuriis et probris affecisses sexcentisque conviciis onerasses, et in manus ejus incidentem te ille vicissim honoraret, et suorum omnium consortem faceret, et inter amicos pro illatis injuriis te coronaret, teque ut germanum filium habere diceret, deindeque subito moreretur : annon damnium illud esse existimares? annon diceres, Vellem illum vivere, ut possem vicem reddere ac rependere, ne ingratus erga benefactorum viderer? Jam sic erga hominem affectus es; et cum de Deo agitur, ita decedere curas, ut tot munerum datori vicem non rependas? Quin potius tunc accede, cum potes paria reddere.

Cur fugis? Etiam, inquires; sed non possum me continere. Ergo impossibilia præcepit Deus? Hinc omnia subversa sunt, hinc mundus corruptus est, quia nemo jurat secundum Deum vivere. Catechumeni hoc curantes, nullam de recta vita habent sollicitudinem; qui vero jam sunt illuminati, horum alii, quia adhuc cum pueri essent baptismum acceperunt; alii, quia differabant et in morbo demum id acceperunt, quia nullum habebant studium vivendi secundum Deum, neque hi studiosi sunt; qui autem bene valentes acceperunt, parum et ipsi studii exhibent, et statim ardentem effectum, postea et ipsi ignem exstinxerunt. Annon potes negotiari? an ab uxore te separo? A fornicatione secludo. Num a pecuniarum usu arceo? Ab avaritia tantum et rapina. Num cogo te, ut omnia effundas? Pauca tantum ex facultatibus egenis erogare jubeo (*Abundantia vestra, inquit, ad illorum inopiam [2. Cor. 8. 14]*): ac neque ita persuademus. Num ad jejunandum cogimus? Ebrietatem et gulam cohibemus. Illa amputamus quæ tibi turpitudinem afferunt: quæ vel ante gehennam fugienda et odio habenda esse tu ipse fateris. Num ab oblectatione et gaudio arceo? A turpi certe et indigno.

discedere, ne fugitivi esse viderentur, et a suis fugisse. Tunc autem necessario separati sunt, cum demum Judæi insanabiles esse viderentur, cum bello jam imminente perire illos oportebat, cum sententia prolata est: quoniam quamdiu Paulus Romam non venit, illic erant. Exierunt autem, non quod bellum timerent: quomodo enim timuissent, qui oppugnatos adibant? Bellumque demum infertur jam mortuis apostolis, et quod de illis dictum erat evenit: *Pervenit super illos ira in finem (1. Thess. 2. 16)*. Quanto igitur obscuriores erant, tanto magis gratia fulgebat, per exiguos magna faciens. Sed superiora repetamus. *Hortabatur omnes, inquit, ut permanerent in Domino. quia erat vir bonus.* Videtur mihi bonum dicere simplicem, non simulatum, qui proximi salutem admodum cuperet. Non modo autem vir bonus erat, sed et plenus Spiritu sancto et fide. Ideo ex proposito cordis omnes hortabatur; id est, cum encomio et laude. Et considera quod, ut terra pinguis, sermonem accepit hæc civitas, et fructum multum exhibuit. Cur autem Tarso Saulum Barnabas abduxit, et huc deduxit? Non sine causa, sed quia hic bona spes, civitasque major erat, ac magna multitudo. Vidistin' gratiam omnia operari, non Paulum? et quomodo a parvis res cœpta sit; ubi autem inclaruit, tunc mitti Barnabam? Et cur non ante miserunt illum? Multam rerum ad se spectantium curam habebant, nec volebant Judæis accusandi se locum dare, quod gentes admitterent; etsi quia ipsis necessario commixti erant, quia disceptatio quædam futura erat inter illos, Cornelii gestum præcessit. Tunc etiam dicunt: Ut nos in gentes, ipsi vero in circumcisionem. Et perpense quam tempestive necessitas famis communicationem illam gentium, iis qui Jerusalemis erant missam, induxerit. Accipiunt autem ab illis, qui non, sicut nos, in luctu calamitates ferebant, sed cum majori securitate, utpote qui procul essent ab iis, qui impedirent ipsos, et inter homines essent, qui non timerent Judæos: quod ipsum non parum conducebat. Sed etiam in Cyprum migrarunt, ubi magna securitas erat, et major libertas. *Nemini, inquit, loquebantur verbum, nisi Judæis.* Non ob metum hominum, quem nihili faciebat; sed legem servantes, et ipsos adhuc tolerantis. *Erant autem quidam Antiochiæ Cyprii et Cyrenæi.* Hi maxime non curabant Judæos. *Qui loquebantur ad Græcos, annuntiantes Dominum Jesum.* Fortassis quod nescirent Hebraice, Græcos illos vocabant. *Cum venisset, inquit, Barnabas, et vidisset gratiam Dei, non diligentiam hominum, hortabatur illos permanere in Domino.* Forte quod laudaret turbam et approbaret, ideo plures convertit. Et quare non Paulo scribunt, sed Barnabam mittunt? Nondum viri virtutem noverant; ideoque statuitur ut Barnabas tantum proficeretur. Quia vero et multitudo erat, et nemo oberat, ideo facile fides germinavit, maxime quia nullam hic ferebant tentationem, et quia Paulus prædicabat, nec jam fugere cogebatur. Recte autem non illi famem prædicunt, sed prophetæ, ne onerosi illi esse viderentur. Mirari vero subit, cur Antiocheni quasi de-

specti non indignarentur, sed contenti essent doctoribus : na omnes scerebant erga sermonem. Qui non expectato famis tempore, singuli pro facultate miserunt.

3. Et observa, quod inter apostolos aliis hoc committitur; hic vero Paulus et Barnabas deputantur. Nec sine gravi causa id provisum est : alioquin vero iactium erat, tuncque non oportebat offendi. At nunc nemo id facit, licet famis sit illa gravior. Non enim par res est communem ferre calamitatem, et dum omnes abundantia fruuntur, pauperiores tantum fame laborare. Tunc famis erat, et qui dabant pauperes (*Pro facultate sua singuli*, inquit) : nunc vero duplex est famis, sicut et duplex abundantia : famis gravis, famis, non audiendi verbum Domini, sed per eleemosynam cibum accipiendi. Tunc et qui in Judæa pauperes erant, et qui Antiochiæ pecunias erogabant, bono fruabantur; et hi magis quam illi : nunc autem et nos et pauperes in fame : illi quod necessario cibo cegant, nos quod in penuria misericordiam Dei sumus. Hoc cibo nihil magis necessarium fuerit. Ille non subeuntur mala, quæ ex saturitate oriuntur : hujus cibi non in recessum emittitur pars maxima. Nihil formosius, nihil sanius anima quæ sic alitur; omni superior est morbo, omni fame, omni intemperie et ægritudine : nemo illam capere poterit; sed sicut adamantinum corpus non ferrum cadere valet, non aliud quilibet : sic nec animam eleemosyna firmatam quilibet capere poterit. Quid, quæso, illam capere possit unquam? paupertas? Minime; in regis enim penuriam posita est. An fur et latro? Sed illos perfodere parietes nemo valet. An vermis? Sed hac etiam pernicie superior est hic thesaurus. An timor et invidia? At non his capitur. Sycophantiæ et insidiæ? Neque illæ; thesaurus quippe est inaccessus. Sed turpe fuerit, si hæc solum quæ eleemosynæ insunt ostendero, missis iis quæ contraria illis sunt. Non modo enim illa ab omni invidia est libera, sed et benedictione fruitur multa ab iis, qui illam accipiunt. Sicut enim inhumani et crudeles non læsos solum habent inimicos, sed etiam eos, qui nihil mali passi læsos miserantur, inhumanosque accusant : sic qui magnis affecere bonis, non eos qui accepere tantum, sed et alios habent laudatores. Quid ab invidia liberos dico? Ab insidiatoribus etiam, furibus et parietum effractoribus liberantur. Neque hoc solum inest boni; sed non modo non minuitur substantia, verum etiam augetur et crescit. Quid Nabuchodonosore turpius? quid fœdus? quid iniquius? Impius erat homo : mille indicia, mille signa vidit, et respiscere noluit; sed Dei servos in caminum injecit, etiamsi postea adoraverit. Quid igitur propheta? *Rex, consilium meum placeat tibi : peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas miserationibus pauperum : forte erit venia delictis tuis* (*Dan. 4. 24*). Hæc ita dixit non dubitans (valde enim sibi persuasum erat), sed ut illum in majorem injiceret timorem, et majorem hæc faciendi necessitatem.

<sup>1</sup> Alius hæc, quid ab invidia liberos dico, omisit.

Nam si affirmando dixisset, negligentior ille fuisset. Sic et nos tunc maxime quodam urgeamus, eum dicimus : Hortare illum talem; nec addimus, illum auditurum prorsus esse, sed, fortasse auditurum : nam ex debitatione major ortus timor, magis impellit. Idcirco id illi non manifestum fecit. Quid dicis? tantisne impietatibus erit venia? Etiam.

*Omne peccatum est eleemosyna inferius.* — Non est peccatum, quod non possit eleemosyna purgare et extinguere : omne peccatum est illa inferius : ad omne vulnus aptum pharmacum est. Quid publicano deterius? Hæc omnis iniquitatis occasio est : sed hanc totum abluat Zacheus. Vide, quomodo hoc ostendat Christus, cum curavit marsupium habere, et portare ea quæ immittentur. Paulus quoque dicit : *Tantum ut pauperum memores simus* (*Gal. 2. 10*); et in Scripturis passim hac de re agitur. *Protium animæ viti*, inquit, *divitiæ propriæ* (*Prov. 13. 8*); Christus vero, *Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni, sequere me* (*Matth. 19. 21*). Hæc vera perfectio est. Eleemosyna vero non pecuniis modo, sed etiam operibus exercetur. Exempli causa, possumus patrocinari; possumus manum porrigere : sæpe patrocinium plus servavit, quam pecuniæ.

4. *Eleemosynæ modi varii.* — Age ergo in presenti omnia eleemosynæ generæ excitemus. Potes per pecunias? Ne segnis esto. Potes per patrocinium? Ne dicas, quia pecuniæ non adsunt; hoc nihil est. Valde magnum hoc quoque est : ac si pecuniam dedisses, sic affectus esto. Potes ministrando juvare? Hoc facito. Exempli gratia, arte medicus es? Infirmos cura; et hoc magnum est. Potes consilio juvare? Hoc omnium optimum est et maximum, majusque lucrum habet : non enim hac via famem, sed gravissimam mortem pellis. Hæc apostoli bono pleni prorsus erant : ideo pecuniarum distributionem inferioribus committebant, dum sermone juvabant. An putas parvam esse eleemosynam, animam anxiam, de extremis periclitantem, febris ardore detentam, a morbo posse liberare? Verbi gratia, vides amicum avaritia detentum? Miserare hominem. Suffocatur ille? Extingue illius ignem. Quid igitur si non obtemperet? Tu quod tuum est facito, nec ignavus sis. Vides cum in vinculis detineri? (nam pecuniæ vere vincula sunt). Illum adi, iuvise, consolare, a vinculis eripere conare. Si nolit, penes illum culpa erit. Vidisti nudum et peregrinum? (nudus enim vere et peregrinus in cælis est, qui rectam viam non curat). Recipe in diversorium tuum, vestimentis virtutis indue illum, da illi civitatem in cælo. Quid ergo, si et ego nudus sim, inquires? Teipsum indue primum : si nosti te nudum esse, plane scis te indui oportere. Si nuditatis hujus modum nosti, nosse poteris, quo opus sit vestimento. Quot mulieres serica vestimenta gestant, virtutisque vestibus prorsus nudæ sunt? Illis illas vestiant viri sui. Verum non admittunt illas vestes, has volunt? Hoc primum facito : illarum vestium concupiscentiam illis insinua; ostende illis ipsas esse nudas, de

γ'. Καὶ ὄρα, ὅτι ἐν μὲν τοῖς ἀποστόλοις ἕτεροι τοῦτο ἐπιτρέπονται· ἐναυθα δὲ Παῦλος καὶ Βαρνάβας. Οὐ μικρὰ δὲ καὶ τοῦτο οἰκονομία ἦν ἄλλως δὲ καὶ ἀρχὴ ἦν, καὶ τέως οὐκ ἔδει σκανδαλισθῆναι. Ἀλλὰ νῦν οὐδεὶς τοῦτο ποιεῖ, καίτοι λιμὸς ἔστι χαλεπώτερος ἐκείνου. Οὐ γὰρ ἔστιν ἴσον κοινῇ φέρειν τὴν συμφορὰν, καὶ πάντων ἐν ἀφθονίᾳ ὄντων, τοὺς πενεστέρους εἶναι ἐν λιμῷ. Τότε μόνον λιμὸς ἦν, καὶ οἱ δεδωκότες πένητες (Καθὼς ἠύπορευετο γὰρ εἰς αὐτῶν, φησί)· νῦν δὲ λιμὸς διπλοῦς, καθάπερ ἡ ἀφθονία διπλῆ, λιμὸς χαλεπός, λιμὸς οὐ τοῦ λόγον ἀκούσαι Κυρίου, ἀλλὰ τοῦ τραφῆναι δι' ἐλεημοσύνης. Τότε καὶ οἱ ἐν Ἰουδαίᾳ πένητες ἀπέλαυσαν, καὶ οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐόντες τὰ χρήματα, καὶ οὗτοι μᾶλλον ἐκείνων· νυνὶ δὲ καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ πένητες ἐν λιμῷ· οἱ μὲν τῆς ἀναγκαίας ἀπορῶντες τροφῆς, ἡμεῖς δὲ ἐν σπάνει τοῦ ἐλέους ὄντες τοῦ Θεοῦ. Ταύτης δὲ τῆς τροφῆς; οὐδὲν ἀναγκαϊότερον γένοιτ' ἂν. Οὐκ ἔστιν ὑποστῆναι τὰ ἀπὸ τῆς πλησμονῆς κακὰ· οὐκ ἔστιν εἰς ἀφεδρώνα προχωρῆσαι τὸ πλεόν<sup>α</sup> ταυτῆς τῆς τροφῆς. Οὐδὲν ὑπαισθητέρον οὐδὲν ὑγεινότερον ψυχῆς οὕτω τρεφομένης· πάσης ἀνωμαλίας καὶ δυσκρασίας· οὐδεὶς αὐτὴν δυνησεται ἐλεῖν· ἀλλὰ καθάπερ ἀδαμάντινον σῶμα οὐ σίδηρος πληξαι δύναται, οὐκ ἄλλο οὐδὲν, οὕτω καὶ ψυχὴν ἀπὸ ἐλεημοσύνης συμπεπηγυῖαν οὐδὲν ὅλως δυνησεται ἐλεῖν. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, ταύτην χειρῶσεται ποτε; πενία; Οὐκ ἔστιν ἐν γὰρ τοῖς βασιλικαῖς ἀπόκειται ταμεῖος. Ἀλλὰ ληστῆς καὶ τοιχωρύχος; Ἀλλ' ἐκείνους οὐδεὶς διορύξει τοὺς τοίχους οἷός τε. Ἀλλὰ σκώληξ; Ἀλλὰ καὶ ταύτης ἀνώτερος τῆς λύμης οὗτος ὁ θησαυρός. Ἀλλὰ βασκανία καὶ φθόνος; Ἀλλ' οὐδὲ τούτοις ἀλίσκεται. Ἀλλὰ συκοφανταί καὶ ἐπιβουλαί; Οὐδὲ τοῦτο· ἄστυλος γὰρ ὁ θησαυρός. Ἀλλ' αἰσχρὸν εἰ ταῦτα ἐπιδείξω μόνον τῇ ἐλεημοσύνῃ προσόντα, οὐχὶ δὲ καὶ τάναντία. Οὐ γὰρ δὴ βασκανίας ἀπήλλακται μόνον, ἀλλὰ καὶ εὐλογίας ἀπολαύει πολλῆς καὶ παρὰ τῶν οὐκ εὖ πεπονηθέντων. Ὡσπερ γὰρ οἱ ὠμοὶ καὶ ἀπηνεῖς οὐ τοὺς ἡδικημένους ἔχουσιν ἔχθρους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς οὐδὲν παθόντας συναλγοῦντας αὐτοῖς καὶ κατηγοροῦντας· οὕτως οἱ μεγάλα ἐργασάμενοι καλὰ οὐχὶ τοὺς εὖ πεπονηθότας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς οὐδὲν παθόντας [205] ἔχουσιν ἐπαινέτας. Τί λέγω βασκανίας; Καὶ ἐπιβουλεύοντων ἀπήλλακται<sup>β</sup> καὶ ληστῶν καὶ τοιχωρύχων. Οὐ τοῦτο ἔχει μόνον τὸ καλὸν, ἀλλ' ἔτι πρὸς τῷ μὴ ἐλαττωθῆναι καὶ αὔξεται καὶ εἰς πλήθος ἐπιδίδωσι. Τί τοῦ Ναβουχοδονόσορ γέγονεν αἰσχρότερον; τί δυσειδέστερον; τί παρνομώτερον; Ἀσεθῆς ὁ ἄνθρωπος ἦν, μυρία τεκμήρια καὶ σημεῖα εἶδε, καὶ οὐκ ἠθέλησεν ἀνενεγκεῖν, ἀλλὰ τοὺς τοῦ Θεοῦ δούλους εἰς κάμινον ἐνέβαλεν, εἰ καὶ μετὰ ταῦτα προσεκύνησε. Τί οὖν ὁ προφήτης; Βυσσίδαὺ, ἡ βουλὴ μου ἀρεστώ σοι· τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσον, καὶ τὰς ἀνομίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων· ἴσως ἔσται συγγνώμη τοῖς πικρῶσιν σου. Τοῦτο οὕτως εἶπεν, οὐκ ἀμφιδάλλον (σφόδρα γὰρ ἦν πεπεισμένος), ἀλλὰ βουλόμενος αὐτὸν εἰς μείζονα ἐμβαλεῖν φόβον, καὶ πλείονα ἀνάγκην τοῦ ταῦτα ποιῆσαι. Εἰ γὰρ εἶπεν ὠμολογημένως, ὑπιώτερος ἂν ἐγένετο ἐκεῖνος. Οὕτω καὶ ἡμεῖς τότε μάλιστα ὠλοῦμέν τινας, ὅταν λέγωμεν· Παρακάλεσον τὸν δεῖνα, καὶ μὴ ἐπαγάγωμεν, ὅτι πάντως ἀκούσεται, ἀλλ' ὅτι ἴσως ἀκούσεται· ὑπὸ γὰρ τῆς ἀμφισθητήσεως μείζων ὁ φόβος γενόμενος, μᾶλλον αὐτὸν ὠθεῖ. Διὰ τοῦτο δῆλον

<sup>α</sup> Quiddam ἀφεδρώνα τελευτήσαι τὸ πλεόν. <sup>β</sup> Alius ἐπαινέτας. Πάλιν τῶν ἐπιβουλεύοντων ἀπήλλακται.

αὐτὸ οὐκ ἐποίησε. Τί λέγεις; τοσοῦτοις ἀσεθῆμασιν ἔσται συγγνώμη; Ναί.

Οὐκ ἔστιν ἁμάρτημα, ὃ μὴ δύναται καθαρίσαι ἐλεημοσύνη, ὃ μὴ δύναται σβέσαι· πᾶσα ἁμαρτία κατωτέρα ταύτης ἔστηκε· φάρμακόν ἐστι πρὸς πᾶν τραῦμα ἐπιθήδειον. Τί τελῶνου χεῖρον; Πάσης ἀδικίας ἔστιν ὑπόθεσις· ἀλλὰ ταύτην πᾶσαν ἀπενίψατο ὁ Ζακχαῖος. Ὅρα πῶς καὶ ὁ Χριστὸς τοῦτο δείκνυσι, δι' ὧν ἐσπούδασε γλωσσόκομον ἔχειν, καὶ τὰ βαλλόμενα βαστάζειν. Καὶ Παῦλος δὲ φησὶ· Μόνον τῶν πτωχῶν ἴτα μνημονεύομεν· καὶ πολλὸς πανταχοῦ τῶν Γραφῶν ὑπὲρ τοῦ πράγματος τούτου ὁ λόγος. Ἀύτερον ψυχῆς ἀνδρός, φησὶν, ὁ ἴδιος πλοῦτος· καὶ ὁ Χριστὸς· Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησόν σου τα ὑπάρχοντα, καὶ δός πτωχοῖς, καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι. Τοῦτο τελειότης εὐκρίτως<sup>α</sup>. Ἐλεημοσύνη δὲ οὐκ ἐν χρήμασι γίνεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πράγμασιν. Θίόν τι λέγω· Ἔστι καὶ προσῆται, ἔστι καὶ χεῖρα ὀρέξαι· πολλάκις καὶ χρημάτων μείζονος ἔσωσεν ἢ διὰ πραγμάτων προστασία.

δ'. Οὐκοῦν φέρε πάντα κινήσωμεν ἐπὶ τοῦ παρόντος τὰ τῆς ἐλεημοσύνης εἶδη. Δύνασαι διὰ χρημάτων; Μὴ δύναι. Δύνασαι διὰ προστασίας; Μὴ εἴπησ, ἐπειδὴ χρήματα οὐκ ἔστι, τοῦτο οὐδὲν ἐστι. Σφόδρα καὶ τοῦτο μέγα· ὡσπερ χρυσοῦν δεδουκῶ, οὕτω διάκεισο. Δύνασαι διὰ θεραπείας; Καὶ τοῦτο ποίησον. Οἶον, ἰατρὸς εἰ τὴν ἐπιστήμην; Ἐπιμελήθητι ἀρρώστούντων· καὶ τοῦτο μέγα. Δύνασαι διὰ συμβουλῆς; Πολλῶν οὕτω πάντων μείζον· αὐτὴ βελτίων πάντων, ἢ καὶ πλείων, ὅσων καὶ μείζον ἔχει τὸ κέρδος· οὐ γὰρ λιμὸν λύεις, ἀλλὰ θάνατον χαλεπόν. Τοιαύτης καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐκ περιουσίας ἦσαν ἐμπεπλησμένοι· διὰ τοῦτο τὴν τῶν χρημάτων διανομὴν τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐνεχείρισαν, αὐτοὶ τὴν διὰ τῶν λόγων [206] ἐπιδεικνύμενοι. Ἡ μικρὰν ἐλεημοσύνην οἱ εἶναι, ψυχὴν ἀπορουμένην<sup>δ</sup>, κινδυνεύουσαν περὶ τῶν ἐσχάτων, ὑπὸ πυρώσεως συνεχομένην, δυνηθῆναι ἀπαλλάξαι τῆς νόσου; Οἶον, ὄρξες φίλον ὑπὸ φιλοργυρίας κατεχόμενον; Ἐλέησον τὸν ἄνθρωπον. Ἀποπνίγεται; Σδέσον αὐτοῦ τὸ πῦρ. Τί οὖν, ἂν μὴ πείθεται; Σὺ τὸ σαυτοῦ ποίησον, καὶ μὴ κατοκνήσης. Εἶδες αὐτὸν ἐν δεσμοῖς κατεχόμενον; (δεσμὰ γὰρ ὄντως τὰ χρήματα.) Ἄπειθε πρὸς αὐτὸν, ἐπίσκεψαι αὐτὸν, παραμύθησαι, πειράθητι τῶν δεσμῶν ἀπολύσαι. Ἄν μὴ βούληται, τὴν αἰτίαν αὐτὸς ὑπομνεῖ. Εἶδες γυμνὸν καὶ ξένον; (γυμνὸς γὰρ ὄντως καὶ ξένος ἔστι τῶν αἰρῶνων ὁ βίου ὀρθοῦ μὴ ἐπιμελούμενος.) Λάθε εἰς τὸ καταγῶγιον τὸ σὸν, περίβαλε ἱμάτια τὰ τῆς ἀρετῆς, ὅς πόλιν τὴν ἐν οὐρανῷ. Τί οὖν, ἂν ἐγὼ γυμνὸς ᾶ, φησὶ; Καὶ σαυτοῦ ἐνδύσον πρῶτον· εἰ οἶδας ὅτι γυμνὸς εἶ, πάντως καὶ ὅτι ἐνδυθῆναι ὀφείλεις οἶδας. Εἰ ταύτης μόνον τῆς γυμνότητος ἐπίστασαι τὸν τρόπον, δυνησὲ γνῶναι ῥαδίως καὶ τὴν αὐτῆς καταστολήν. Πόσαι γυναῖκες σαρικὰ ἱμάτια φοροῦσι, γυμναὶ δὲ ὄντως εἰσι τῶν τῆς ἀρετῆς ἱματίων; Ταύτας οἱ ἄνδρες περιβαλέτωσαν. Ἀλλ' οὐ προσέονται τὰ ἱμάτια ἐκείνα, ἀλλὰ ταῦτα βούλονται; Τοῦτο πρῶτον ποίησον· εἰς τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν τῶν ἱματίων ἐκείνων κατάστησον, δείξον ὅτι γυμναὶ εἶσι, διαλέθητι περὶ τῆς κρίσεως τῆς μελλούσης· εἰπέ· Ἄλλων ἡμῖν ἐκεῖ δεῖ, οὐ τούτων. Εἰ δὲ ἀνέγοισθέ μου, καὶ ἐγὼ τὴν γυμνότητα δείξω. Ὁ γυμνὸς, ψύχους μὲν δντος, πέτηγε καὶ τρέμει, καὶ συνεσταλμένος ἔστηκε, συναγαγὼν τοὺς βραχίονας· θέρους δὲ ὄντος, οὐκ ἔτι. Ἄν τοῖνον δείξω καὶ τοὺς πλουτοῦντας καὶ τὰς πλουτούσας

<sup>α</sup> Idem τοῦτο τελειότητος. <sup>δ</sup> Ἄλλ' ἐπιβουλήν.

τοσοῦτον μάλιστα γυμνάς, ὅσω μάλιστα ἂν περιβάλλονται, μὴ ἀπαχθάνεσθε. Τί οὖν, εἰπέ μοι, ὅταν τοὺς περὶ γενένης ἀνακινῶμεν λόγους, καὶ τῶν βατανιστηρίων ἐκείνων, οὐχὶ μᾶλλον τῶν γυμνῶν ἐκείνων πεπήγασι οὗτοι καὶ τρέμουσιν; οὐχὶ πικρὰ στενάζουσι, καὶ καταδικάζουσιν ἑαυτούς; Τί δαί, ὅταν τῷ δεῖνι προσέρχωνται καὶ λέγωσιν· Εὐδαί ὑπὲρ ἑμοῦ· οὐχὶ τὰ αὐτὰ ῥήματα φθέγγονται ἐκείνοις; Ἄλλὰ νῦν μὲν, ὅσα ἂν εἴπωμεν, οὕτω δήλη ἡ γυμνότης· ἔσται δὲ ἐκεῖ δήλη. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Ὅταν τῶν σπηρικῶν ἱματίων τούτων καὶ τῶν λίθων ἀπωλότων, ἀπὸ μόνων τῶν τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας ἱματίων ἅπαντες φαίνωνται· ὅταν οἱ μὲν πένητες ὥσιν ἡμφιεσμένοι δόξαν πολλήν, οἱ δὲ πλουτοῦντες γυμνοὶ καὶ ἀσχημονοῦντες πρὸς τὰ κολαστήρια σύρωνται. Τί ἀδρότερον ἦν τοῦ πλουτοῦ τοῦ τὴν πορφύραν ἐνδιδυσκομένου; τί δὲ πενέστερον τοῦ Λαζάρου; τίς οὖν τὰ τῶν ἐπατιῶν ἐφθέγγετο ῥήματα; τίς δὲ ἐν ἐφοδίᾳ ἦν; Εἰπέ μοι, εἴ τις τὴν οἰκίαν περιβάλλοι πολλοῖς τοῖς παραπετάσμασιν, αὐτὸς δὲ ἔνδον κάθηται γυμνός, τί τὸ κέρδος; Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν γυναικῶν γίνεται. Τὴν μὲν γὰρ οἰκίαν τῆς ψυχῆς, τὸ σῶμα λέγω, πολλοῖς περιβάλλουσιν· ἡ δὲ οἰκοδόμοισιν ἔνδον κάθηται γυμνή. Χρήσατέ μοι τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμούς, καὶ ὑποδείξω ὑμῖν τῆς ψυχῆς τὴν γυμνότη-  
την. Τί γὰρ ἐστὶν ἱμάτιον ψυχῆς, Ἄρετη [207] ὀφθαλμοῦ. Τί δὲ γυμνότης; Κακία. Καθάρτε γὰρ εἰ τις ἀποδύσει τινα τῶν ἐλευθέρων, αἰσχύνεται καὶ συστέλλεται· καὶ φεύγει· οὕτω δὲ καὶ ψυχῆ, ἂν θέλωμεν εἰς αὐτὴν ἰδεῖν, ἢ μὴ ταῦτα ἔχουσα τὰ ἱμάτια, ἐρυθριᾷ. Πόσας οἶει νῦν αἰσχύνεσθαι, καὶ πρὸς αὐτὴ καταδύεσθαι τὸ βάθος, ὡς περὶ παραπέτασμα καὶ προκάλυμμα ἐπιζητούσας, ἵνα τούτων μὴ ἀκούοιεν τῶν λόγων; Αἱ δὲ μηδὲν συνειδύει· ἑαυταῖς, γάννυνται, χαίρουσιν, ἐναθρόνουνται καὶ ἐγκαλιωπίζονται τοῖς λεγομένοις. Ἄκουσον περὶ τῆς μακαρίας Θέκλης. Ἐκείνη ἵνα Παῦλον ἴδῃ, καὶ τὰ χρυσεῖα ἔδωκεν ἑαυτῆς· σὺ δὲ ἵνα τὸν Χριστὸν ἴδῃς, οὐδὲ ὄβολον δίδως, ἀλλὰ θαυμάζεις μὲν τὰ γεγενημένα ὑπὲρ ἐκείνης, οὐ ζηλοῖς δέ. Οὐκ ἀκούεις πῶς τοὺς ἐλεήμονας μακαρίζει ὁ Λόγος; Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, φησὶν, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. Τί τὸ κέρδος ἀπὸ τῶν πολυτελιῶν ἱματίων; μέχρι πότε πρὸς ταύτην κεχρήναμεν τὴν σοφίαν; Ἀμφιασώμεθα τὴν δόξαν τοῦ Χριστοῦ, περιελαμμέθα τὸ κάλλος ἐκείνου, ἵνα καὶ ἐνταῦθα ἐπαινεθῶμεν, καὶ ἐκεῖ τῶν αἰωνίων τύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## ΟΜΙΛΙΑ ΚΓ΄.

Κατ' ἐκείνον δὲ τὸν καιρὸν ἐπέβαλεν Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς τὰς χεῖρας κακῶσαι τινος τῶν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας. Ἀρεῖλε δὲ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρα. Καὶ ἰδὼν ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον. Ἦσαν δὲ αἱ ἡμέραι τῶν Ἀζύμων.

α. Ποῖον ἐκείνον λέγει καιρὸν; Πάντως τὸν ἐφεξῆς. Ἄλλ' ἐνταῦθα μὲν οὕτως, ἀλλαχοῦ δὲ ἐτέρως. Ὅταν γὰρ ὁ Ματθαῖος λέγῃ· Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰωάννης κηρύσσων, οὐ τὰς ἐφεξῆς ἡμέρας δηλῶν λέγει, ἀλλ' ἐκείνας, ἐν αἷς ἐμελλε γίνεσθαι ἅπερ διηγείται. Ἔθος γὰρ τῇ Γραφῇ τοῦτω κεχρηθῆναι τῷ τρόπῳ, καὶ ποτὲ μὲν τὰ ἐξῆς συμβαίνοντα ἀκολουθῶς ἐκπιθέσει, ποτὲ δὲ τὰ ὑστερον συμβαίνειν μέλλοντα ὡς ἐφεξῆς ἀπαγγέλλειν. Καλῶς δὲ λέγει, ὅτι Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς· οὗτος γὰρ οὐκ ἦν ὁ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. Ἰδοὺ πειρασμὸς ἕτερος. Καὶ ὅρα, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς εἶπον, πῶς τὰ πράγματα πλέκεται, πῶς δι' ἀνεσεως καὶ θλιψεως πάντα ὑφαίνεται. Οὐκ ἔτι Ἰουδαῖοι, οὐδὲ τὸ συνέδριον· ἀλλ' ὁ βασιλεὺς ἐπιβάλλει τὰς χεῖρας εἰς τὸ κακῶσαι. Μείζων ἢ ἔξουσία, χαλεπώτερος ὁ πόλεμος, ὅσω καὶ πρὸς χάριν ἐγένετο τοῖς Ἰουδαίοις. Ἀρεῖλε δὲ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρα. Ἀπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν. Εἰ δὲ τις ζητοῖ, διὰ τί συνεχώρησεν ὁ Θεός; ἐροῦμεν, ὅτι ὑπὲρ αὐτῶν τούτων· πρῶτον μὲν, πείθων αὐτούς, ὅτι καὶ ἀναιρούμενοι κρατοῦσιν, ὅπερ καὶ ἐπὶ Στεφάνου γέγονε· δευτέρον δὲ, διδοῦς αὐτοῖς μετὰ τὸ ἐμπλήσαι τὸν θυμὸν ἀνενεγκεῖν ἀπὸ τῆς μανίας, καὶ τρίτον, δεικνύς, ὅτι κατὰ συγχώρησιν αὐτοῦ γέγονε τοῦτο. [208] Ἰδὼν δὲ, ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον. Ὡς τῆς μιαιρίας ἢ τῆς πολλῆς! Ὑπὲρ τίνων αὐτοῖς ἐχαρίζεται, φόνους ποῶν ἀπλῶς καὶ εἰκῆ; Ἦν δὲ ἡμέρα τῶν Ἀζύμων. Πάλιν ἡ περιττὴ τῶν Ἰουδαίων ἀκριβολογία· ἀνελεῖν μὲν οὐκ ἐκώλουν, ἐν δὲ καιρῷ τοιοῦτω τοιαῦτα ἐπραττον. Ὅρα καὶ πῶς εἶθε εἰς φυλακὴν, παραδοῖς  
Quidam ὁ βασιλεὺς. Μείζων ἢ ἔξουσία. Sic tres. mss. Editi μανίας. Edit.

τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν. Καὶ τοῦ θυμοῦ τοῦτο ἦν καὶ τοῦ δέου. Ἀρεῖλε, φησὶ, Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρα. Εἶδες αὐτῶν τὴν ἀνδρείαν; Ἴνα γὰρ μηδεὶς λέγῃ, ὅτι διὰ τοῦτο ἀκινδύνως καὶ ἀδεδῶς κατατολμῶσι τοῦ θανάτου, ἅτε ἐξαπαλίζοντες αὐτοῦς τοῦ Θεοῦ, διὰ τοῦτο ἀναιρεθῆναι συγχωρεῖ, καὶ τοὺς κορυφαίους μάλιστα, πείθων αὐτούς τοὺς ἀναιροῦντας, ὅτι οὐδὲ ταῦτα ἀφίστησιν αὐτοῦς καὶ καλύει· Ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ· προσεχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γυρομέρη ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ. Περὶ τὰ καιρία λοιπὸν ἦν ὁ ἅγιος. Καὶ τὸ ἐκείνον γὰρ ἀναιρεθῆναι, περιδείξαι ἐποίησε, καὶ τὸ τοῦτον ἐμβεδιῆσθαι. Ὅτε δὲ ἐμελλε προάγειν αὐτὸν ὁ Ἡρώδης, τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἦν ὁ Πέτρος κοιμώμενος μεταξύ δύο στρατιωτῶν δεδεμένος ἀλύσει δισί· φυλακὴς τε πρὸ τῆς θύρας ἐτήριον τὴν φυλακὴν. Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη, καὶ φῶς ἐλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι. Πατάξαι τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρον ἤγειρεν αὐτὸν, λέγων, Ἀνάστη ἐν τάχει. Καὶ ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἀλύσεις ἀπὸ τῶν χειρῶν. Ὅρα, κατ' ἐκείνην τὴν νύκτα αὐτὸν ἐξήρπασε. Καὶ φῶς ἐλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι, ἵνα μὴ νομίση φαντασίαν εἶναι· καὶ τὸ φῶς οὐδεὶς εἶδε πλὴν ἐκείνου. Εἰ γὰρ καὶ τοῦτο γέγονε, καὶ ὅμως ἐνόμισε φαντασίαν εἶναι διὰ τὸ ἀπροσδόκητον· εἰ μὴ τοῦτο γέγονε, πολλῶν πλέον· οὕτω παρετάττετο πρὸς τὸν θάνατον. Τὸ γοῦν πολλὰς ἡμέρας ἐκεῖ μέναντα μὴ σωθῆναι, τοῦτο ἐποίησε. Καὶ διὰ τί, φησὶν, οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας ἐμπροσθέν Ἡρώδου, καὶ τότε ἐξήρπασεν; Ὅτι ἐκεῖνο μὲν εἰς ἐκπλήξιν ἤγαγεν ἂν· τοῦτο δὲ ὑπὲρ αὐτῶν ἐγένετο. Οὐκ ἂν γὰρ ἐνομισθῆσαν ἄνθρωποι εἶναι, εἰ Θεοπροπέως πάντα ἐποίησε. Ἐπὶ δὲ τοῦ Στεφάνου τί οὐκ ἐποίησεν; οὐχὶ ὡς ἀγγέλου τὸ πρόσωπον αὐτοῖς ἐδείξε; Τί δὲ ὅπως ἐνέλιπε καὶ ἐνταῦθα; Εἰπέ τε ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτόν· Περὶ ἴσως καὶ ὑποδῆσαι τὰ σαρδάλια σου. Πάλιν ἐνταῦθα δεῖ-  
Ἐπιπὶ τὸ γὰρ πολλῶν ἡμερῶν. Ἐπιπὶ τὸ γὰρ ποσὸν ἐγένετο, καὶ οὐδ' ἂν ἐνομισθῆ, sic aliqui.

judicio futuro dissere; die: Aliis nobis illic opus est, non hisce. Si me feratis, ego nuditatem ostendam. Nudus frigoris tempore riget et tremit, contractus stat, reductis brachiis; in æstate vero non item. Si igitur ostendero divites viros et mulieres eo magis nudos esse, quo magis sunt vestiti, ne ægre feratis. Quid ergo, quæso, cum de gehenna verba faciemus, deque tormentis illis: annon magis illi rigent ac tremunt, quam nudi illi? annon acerbe ingemiscunt, et sese damnant? Quid ergo, quando aliquem adeunt et dicunt, Ora pro me: annon eadem, quæ illi, verba proferunt? At nunc, licet multa dixerimus, nondum manifesta est nuditas: illic vero manifesta erit. Quomodo et qua ratione? Cum sericis illis vestibus et gemmis amissis, solis vel virtutis vel vitii vestibus amicti omnes ceruentur; cum pauperes gloria amicti multa comparebunt, divites vero nudi ac turpes ad supplicia trahentur. Quid delicatius erat illo divite, qui induebatur purpura? quid pauperius Lazaro? uter ergo mendicorum proferebat verba? uter quasi in abundantia debebat? Si quis domum multis ornet aulæis, ipse vero intus nudus sit, quod lucrum? Sic et mulieribus accidit: domum quippe animæ, corpus dico, multis decorant ornamentis; materfamilias vero

intus sedet nuda. Commodate mihi animæ oculos, et ostendam vobis animæ nuditatem. Quæ enim est animæ vestis? Virtus certe. Quæ nuditas? Malitia. Sicut enim si quis liberum quempiam exuat, erubescit, contrahitur et fugit: sic si animam his vestibus non indutam intueri velimus, erubescit illa. Quot putas nunc pudore affici, et in profundum descendere, ut quasi quodpiam velamentum quærentes, ut ne verba illa audiant? Quæ vero illius sibi mali conscie non sunt, lætantur, gaudent, delectantur, et de dictis hujusmodi gloriantur. Audi de beata Thecla. Illa ut Paulum videret, aurum suum dedit: tu ut Christum videas, neque obolum dederis; sed miraris quidem illius gesta, nec imitaris. Non audis, quam beati dicantur misericordes? *Beati misericordes*, inquit, *quoniam ipsi misericordiam consequentur* (Math. 5. 7). Quod lucrum a pretiosis vestibus? quamdiu ad hunc amictum inhiabimus? Amiciamur gloria Christi, illa pulchritudine circumdemur, ut et hic laudemur, et illic æterna consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA XXVI.

CAP. 12. 1. *Illo autem tempore misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia.* 2. *Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio.* 3. *Videns autem quia placeret Judæis, apposuit ut apprehenderet et Petrum. Erant autem dies Azymorum.*

1. Quod illud dicit tempus? Quod mox sequebatur utique. Sed hic quidem hoc pacto, alibi vero secus. Cum enim Matthæus dicit, *In diebus illis venit Joannes prædicans* (Math. 3. 4); non sequentes dies significat, sed illos, in quibus fieri contigit id quod narrabat. Hoc quippe more utitur Scriptura: aliquando quæ subsequuta sunt narrat; aliquando autem quæ postea contigerunt, ac si mox sequerentur, recenset. Bene autem dicit, *Herodes rex*: hic enim non erat is, qui cum Christo memoratur. Ecce alia tentatio. Et vide, quod initio dicebam, quomodo res nectantur, quomodo per quietem et per arumnas omnia contexantur. Non jam Judæi, non concilium; sed rex immittit manus, ut affligat. Major potestas, gravius bellum, maxime quia ad gratiam Judæorum. *Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio.* Sine causa et ut casu contigit. Si quis vero quærat, cur id permisit Deus, respondebimus pro illis ipsis: primo quidem, ut persuaderet ipsis, se vel occisos prævalere, ut et in Stephano contigit; secundo, ut daret Judæis locum, postquam furorem suum exsatiaverant, respiscendi ab insania; tertio, ut ostenderet ex permissione sua id factum esse. *Videns autem quia placeret Judæis, apposuit ut apprehenderet et Petrum.* O perversitatem ingentem! Qua in re gratificabatur ipsis, cædes gratis et temere perpetrans? *Erat autem dies Azymorum.* Iterum superflua Judæorum

accuratio: occidere non prohibebant, sed tali tempore talia patrabant. 4. *Quem cum apprehendisset, misit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum.* Hæc ex furore et metu facta. *Occidit*, inquit, *Jacobum fratrem Joannis gladio.* Vidistin' illorum fortitudinem? Ne quis enim diceret, ideo ipsos sine periculo et metu mortem adire, quia Deus cruebat ipsos, ideo permisit ut occiderentur, maximeque coryphæi, et homicidis ostenderet, ipsos neque sic desistere neque prohiberi. 5. *Petrus itaque servabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.* Erat tunc de captivitate certamen. Quod ille occisus esset, id timorem illis incutiebat, itemque quod hic in carcerem conjectus esset. 6. *Cum autem producturus eum esset Herodes, nocte illa Petrus dormiebat inter duos milites, vinctus catenis duabus: et custodes ante ostium custodiebant carcerem.* 7. *Et ecce angelus Domini adstitit, et lumen refulsit in habitaculo; percussoque latere Petri, excitavit illum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ illius de manibus.* Vide, illa nocte ipsum eripuit. *Et lumen refulsit in habitaculo*, ne putaret esse spectrum: lucem vero nemo vidit præter illum. Etiam si enim hoc ita factum fuerit, id tamen ille phantasiam esse putabat, quod res inexpectata esset; nisi ita factum fuisset, multo magis suspicaturus erat: ita contra mortem aciem instruxerat; idque quia postquam multis diebus isthuc manserat, nondum ereptus fuisset. Et cur, inquires, non permisit Deus ut in manus incideret Herodis, et tunc eripuit? Quia illud in stuporem conjecisset; hoc autem pro illis fiebat. Neque enim putatum fuisset ipsos esse homines, si omnia divinitus fecisset.



Circa Stephanum autem quid non fecit? nonne tamquam angeli vultum eis exhibuit? Quid autem et hic retro relictum est? 8. *Dixit autem angelus ad eum: Præcinge te, et calcea te caligas tuas.* Hic etiam ostendit rem non ex dolo factam fuisse: nemo enim, qui festinus fodere velit, tantam adhibet curam, ut etiam caligas accipiat, et se præcingat. *Fecit autem sic. Et dixit illi: Circumda tibi vestimentum tuum, et sequere me.* 9. *Et egressus sequebatur eum: et nesciebat quia verum est, quod fiebat per angelum; existimabat autem se visum videre.* 10. *Transcuntes autem primam et secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem, quæ ultro aperta est eis.* Ecce secundum signum. Cum discessit angelus, tunc intellexit Petrus. *Et exsultes processerunt vicum unum, et continuo discessit angelus ab eo.* 11. *Et Petrus ad se reversus, dixit: Nunc scio, quia vere misit Dominus angelum suum, et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Judæorum.* Nunc scio, inquit, non tunc. Cur res ita agitur, nec Petrus in rei gestæ sensum venit, etsi tali frueretur liberatione, quando omnes soluti erant? Confestim vult illum liberari, et postea in rei sensum venire. Quod vero catenæ de manibus ejus ceciderint, magnum erat signum quod non fugeret. 12. *Consideransque venit ad domum Mariæ matris Joannis, qui cognominabatur Marcus, ubi erant multi congregati et orantes.* 13. *Pulsante autem Petro ostium januæ, processit puella ad audiendum, nomine Rhode.* 14. *Et ut cognovit vocem Petri, præ gaudio non aperuit januam.* Perpende Petrum non statim accedere, sed prius lata suis nuntiare. *Accurrens autem nuntiavit stare Petrum ante januam.* 15. *Illi autem dixerunt ad eam: Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere.*

2. Vido et ancillas pietate plenas. Præ gaudio non aperuit ostium; illi vero re ita gesta renuebant. *Illam affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant, Angelus ejus est.* 16. *Petrus vero perseverabat pulsans. Cum autem aperuissent, viderunt eum, et obstupuerunt.* 17. *Annuens autem eis manu ut tacerent, narravit eis quomodo Deus eduxisset eum de carcere, dixitque: Nuntiate Jacobo et fratribus hæc. Et egressus abiit in alium locum.* Repetamus igitur seriem narrationis. *Illo autem tempore, inquit, misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia.* Quasi fera temere et sine causa omnes invadit. Hoc est, quod dicebat Christus: *Calicem, quem ego bibiturus sum, bibetis: et baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini (Marc. 10. 39).* *Occidit autem, inquit, Jacobum fratrem Joannis gladio.* Et cur, inquires, non statim Petrum occidit? Causam scriptor affert: *Erant enim, inquit, dies Azymorum: et ejus necem volebat cum majori celebritate fieri.* Illi igitur ob admonitionem Gamalielis jam a cædibus abstinebant; alioquin vero neque causas inveniebant; sed per alios ea ipsa machinabantur. Quia vero alius erat Jacobus, frater Domini, ideo designavit dicens, *Fratrem Joannis.* Viden' rerum summam penes hos tres fuisse, maxime vero penes Petrum et Jacobum? Hoc maxime condemnatio illorum erat. Non enim jam humana prædicatio

ostendebatur, et vere implebatur illud, *Æstimasti sumus sicut oves occisionis (Psal. 43. 22).* *Videns autem, inquit, quia vlaceret Judæis, apposuit ut apprehenderet et Petrum.* Placebat cædes, et cædes iniqua. Magna Herodis insania; absurdus eorum cupiditatibus serviebat. Cum oportuisset enim contrarium facere, et illorum impetum coercere, ille contra incitabat quasi carnifex quidam ægrotantium, non vero medicus, etiamsi millia exempla haberet, et avi et patris Herodis; et quomodo ille quidem propter cædem infantium magna subierit mala; hic vero, Joanne cæso, grave bellum excitaverit. *Quem cum apprehendisset, inquit, misit in carcerem.* Metuebat, ne propter timorem ex morte Jacobi conceptum accederet Petrus: et ut in tuto poneret, misit in carcerem. Quo accuratior custodia, eo mirabilius spectaculum. Hoc autem Petro conducebat, qui hinc probatio effectus est, et fortitudinem suam exhibuit. *Oratio autem, inquit, fiebat sine intermissione.* Amoris iudicium erat oratio. Patrem omnes quærebant, patrem mansuetum. *Sine intermissione, inquit, oratio pro illo fiebat.* Audite, quo essent affectu erga doctores suos. Non tumultuabantur, non turbabantur; sed ad orationem versi sunt, verum et inexpugnabile commilitium: ad illam confugiebant. Non dicebant: Humilis ego et nullius pretii pro illo orare! Quia enim ex caritate agebant, nihil hujusmodi cogitabant. Vis discere quanta vel inviti fecerint? Illos probatioribus exhibuerunt, hos diligentiores fecerunt. Et vide tentationes in festo die inductas, ut illi clariiores essent. *Cum autem producturus eum esset Herodes, inquit, nocte illa Petrus dormiebat.* Vide Petrum dormientem, nec terrore vel metu detentum. Ea ipsa nocte, qua producendus erat, dormiebat, omnia in Deum rejiciens. Nec simpliciter dormiebat, sed, *Inter duos milites, vinctus catenis duabus.* *Inter duos enim, inquit, milites erat dormiens, vinctus duabus catenis.* Viden' quam accurata custodia? *Et ecce angelus Domini, inquit, adstitit, dicens, Surge velociter.* Dormiebant simul custodes: ideo nihil gestorum senserunt. Lumen vero refusit, ut et videret et audiret Petrus, nec putaret phantasiam esse. Ne vero segniter ageret, latus ejus percussit. Neque modo audit, *Surge;* sed etiam additur, *Velociter:* tam arcte dormiebat. *Existimabat autem se visum videre, inquit. Pertransiit autem primam et secundam custodiam.* Ubi nunc sunt hæretici? Quomodo pertransierit dicant nobis: sed non poterunt. Atqui propter hoc illum accingi jubet et calceari, ut et hinc illi persuadeat, hoc non esse phantasma; utque somnum excuteret, sciretque rem esse veram. Ideo statim ceciderunt catenæ de manibus ejus, et audivit, *Surge velociter.* Hoc vero non perturbantis est, sed momentis ne differret. *Et nesciebat, inquit, quia verum est id, quod fiebat per angelum: existimabat autem se visum videre.* Jure, ob rerum gestarum sublimitatem.

5. Viden', quanta sit signi magnitudo? quam percellat videntem? quam incredibile illud videatur? Nam si Petrus tanto tempore se visum videre existi-

κρυστο, ὅτι οὐ κακουργίᾳ γέγονεν· οὐδεὶς γὰρ ἐπειγόμενος, καὶ διορύξαι βουλόμενος, τοσαύτην ποιεῖται σπουδὴν, ὥστε καὶ τὰ σανάλια αὐτοῦ λαβεῖν, ὥστε καὶ ζώσασθαι. Ἐποίησε δὲ οὕτω. Καὶ λέγει αὐτῷ· Περβαλοῦ τὸ ἰμάτιόν σου, καὶ ἀκολούθει μοι. Καὶ ἐξελθὼν ἠκολούθει αὐτῷ· καὶ οὐκ ἤδει, ὅτι ἀληθὲς ἔστι τὸ γινόμενον ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου· ἐδόκει δὲ ὄραμα βλέπειν. Διαλθόντες δὲ πρῶτην φυλακὴν καὶ δευτέραν, ἦλθον ἐπὶ τῆν πύλην τῆν σιδηρᾶν τῆν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν, ἧτις αὐτομάτῃ ἠρόληθη αὐτοῖς. Ἰδοὺ δεύτερον σημεῖον. Ὅτε ἀπέστειλε ὁ ἀγγελος, τότε ἐνόησεν ὁ Πέτρος. Καὶ ἐξελθόντες προῆλθον [209] φῶμην μίαν, καὶ εὐθέως ὁ ἀγγελος ἀπ' αὐτοῦ ἀπέστη. Καὶ ὁ Πέτρος γενόμενος ἐν θανάτῳ, εἶπε· Νῦν εἶδα, ὅτι ἀληθῶς ἐξαπέστειλεν ὁ Κύριος τὸν ἀγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς Ἡρώδου καὶ πάσης τῆς προσδοκίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων. Νῦν ἔγνω, φησὶν, οὐ τότε. Διὰ τί δὲ γίνεται τοῦτο, καὶ οὐκ ἔστι ὁ Πέτρος ἐν αἰσθήσει τῶν γινομένων, καίτοι· ἦδη τοιαύτης ἀπολαύσας ἀπαλλαγῆς, ὅτε οἱ πάντες ἀπαλύθησαν; Ἄθρῖον βούλεται τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτῷ γενέσθαι, καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι τότε τὴν αἰσθησὴν λαβεῖν. Τὸ τὰς ἀλύσεις δὲ ἀπὸ τῶν χειρῶν πεσεῖν, μέγα τεκμήριον τοῦ μὴ φυγεῖν. Συριδῶν τε ἦλθον ἐπὶ τὴν οἰκίαν Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Μάρκου, οὗ ἦσαν ἱκανοὶ συνηθροισμένοι καὶ προσευχόμενοι. Κρούσαντος δὲ τοῦ Πέτρου τὴν θύραν τοῦ πυλῶτος, προσῆλθε παιδίσκη ὑπακούσαι, ἐνόματι Ῥόδης. Καὶ ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου, ἀπὸ τῆς χαρᾶς οὐκ ἠνοιξε τὸν πυλῶνα. Ὅρα τὸν Πέτρον οὐκ εὐθέως ἀναχωροῦντα, ἀλλὰ πρότερον εὐαγγελιζόμενον τοὺς αὐτοῦ. Εἰσδραμοῖσα δὲ ἀπήγγελλεν ἐστάναι τὸν Πέτρον ἀπὸ τοῦ πυλῶτος. Οἱ δὲ πρὸς αὐτὴν· Μαίρη. Ἡ δὲ δυσχυρίζετο οὕτως ἔχειν.

β'. Ὅρα καὶ τὰς παιδίσκας εὐλαβεῖται γεμούσας. Ἀπὸ τῆς χαρᾶς οὐκ ἠνοιξε τὸν πυλῶνα· ἐκείνοι δὲ καὶ τούτου γινομένου ἀνένευσαν. Ἡ μὲν, φησὶ, δυσχυρίζετο οὕτως ἔχειν· οἱ δὲ ἔλεγον· Ὁ ἀγγελος αὐτοῦ ἔστιν. Ὁ δὲ Πέτρος ἐπέμπε κρούων. Ἀνοιξαντες δὲ εἶδον αὐτόν, καὶ ἐξέστησαν. Κιτωσίσεις δὲ αὐτοῖς τῆ χειρὶ σιγῆν διηγήσατο αὐτοῖς, πῶς ὁ Κύριος αὐτὸν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς φυλακῆς. Εἶπε δὲ· Ἀγαγγεῖλατε Ἰακώβω καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ταῦτα. Καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἕτερον τόπον. Ἰάωμεν οὖν ἀνοθεῖν τὴν ἀκολούθειαν τῶν εἰρημένων. Κατ' ἐλεῖνον τὸν καιρὸν, φησὶν, ἐπέβαλε τὰς χεῖρας ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης κινώσαι τινεὶς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας. Καθάπερ ὁπρὶν ἀπλόως καὶ ἀλογίστως πᾶσιν ἐπέη. Τοῦτό ἐστιν ὁ ἔλεγον ὁ Χριστός· Τὸ μὲν ποτήριον, ὃ μέλλω πίπειν, πῖσθε, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε. Ἀνείλε δὲ, φησὶ, Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρα. Καὶ πῶς, φησὶ, τὸν Πέτρον οὐκ εὐθέως ἀνείλεν; Εἶπε τὴν αἰτίαν ὁ συγγραφεὺς· Ἡμέραι γάρ, φησὶν, ἦσαν τῶν Ἀζύμων· καὶ μᾶλλον αὐτοῦ ἐμπομπεῖσαι ἐβούλετο τῆ σφαγῆ. Αὐτοὶ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς παρανομίης τῆς Γαμαλιήλου ἠπέχον κοιτῶν ἑαυτοὺς τῶν φόνων· ἄλλως δὲ οὐδὲ αἰτίας εὗρισκον· οἱ ἐτέρων δὲ αὐτὰ κατεσκεύαζον. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἕτερος Ἰακώβος ἦν, ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου, διὰ τοῦτο ἐπεσημηνάτο εἰπόν· Τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου. Ὁρᾶς, ὅτι τὸ κεφάλαιον ἐν τούτοις ἦν τοῖς τρισί, μάλιστα δὲ Πέτρου

\* Sic Savil. et codd.; Monlf., et δὲ ἀγγελοῦ. Edit. b Unus τὸν Γαμαλιήλ.

καὶ Ἰακώβου; Τοῦτο μάλιστα κατάκρισις αὐτῶν ξη· Οὐκ ἔτι γὰρ ἀνθρώπινον τὸ κήρυγμα εἰδείκνυτο, καὶ ἔντως ἐκείνο ἐπληροῦτο, ὅτι Ἐλογισθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς. Ἰδὼν δὲ, ὅτι ἀρεστόν ἐστι, φησὶ, τοῖς Ἰουδαίοις, προσέηκετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον. Ἀρεστόν φόνος, καὶ φόνος ἄδικος. Πολλὴ ἡ ἄνοια τοῦ Ἡρώδου· ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν ταῖς ἀτόποις ὑπηρετεῖτο. Δέον γὰρ τούναντίον ποιεῖν, καὶ ἐγκόπτειν αὐτῶν τὴν ὁρμὴν· ὃ δὲ ἐπέτεινε, καθάπερ τις δήμενος ὢν [210] τῶν νοσούντων, ἀλλ' οὐκ ἰατρός· καίτοι μυσία παραδειγμάτα ἔχων καὶ τοῦ πάππου καὶ τοῦ πατρὸς Ἡρώδου, καὶ πῶς ἐκείνος; μὲν διὰ τὴν ἀναίρεσιν τῶν παιδῶν μέγιστα ἔπαθε κακὰ, οὗτος δὲ Ἰωάννην ἀνελὼν πόλεμον ἤγειρε χλιεπὸν. Ὅρα καὶ πάσας, φησὶν, ἔθετο εἰς φυλακὴν. Ἐφοβέτο, μὴ διὰ τὸν φόνον τοῦ Ἰακώβου ἀναχωρήσῃ ὁ Πέτρος, καὶ βουλόμενος ἔχειν αὐτὸν ἐν ἀσφαλείᾳ, ἐπέβαλε τῷ δεσμοτηρίῳ. Ὅσα ἀκριβεστέρα ἢ φρουρὰ, τοσοῦτα θυμωστωτέρα ἢ ἐπίδειξις. Τοῦτο δὲ ἦν ὑπὲρ Πέτρου, δοκιμωτέρου μᾶλλον ἐντεῦθεν ὁ γινόμενου, καὶ τὴν ἀνδρείαν τὴν οἰκίαν ἐπιδεικνύοντος. Προσευχὴ δὲ ἦν, φησὶν, ἐκτενῆς γινομένη. Φιλοστοργίας δεῖγμα ἢ προσευχῆ. Πατέρα πάντες ἐζήτουν, πατέρα ἡμερον. Ἐκτενῆς, φησὶν, ἦν προσευχὴ γινομένη ὑπὲρ αὐτοῦ. Ἀκούσατε, πῶς διέκριντο περὶ τοὺς διδασκάλους. Οὐκ ἐστασίασαν, οὐκ ἐθοροδύθησαν, ἀλλ' ἐπὶ εὐχὴν ἐτρέψθησαν, τὴν ἔντως συμμαχίαν τὴν ἀμαχον, ἐπ' αὐτὴν κατέφυγον. Οὐκ ἔλεγον· Ὁ ταπεινὸς ἐγὼ καὶ οὐδαμῶς ὑπὲρ ἐκείνου εὐχόμεαι! ἐπειδὴ γὰρ ἀγάπῃ ἐποίουν, οὐδὲν τούτων ἐλογίζοντο. Βούλει μαθεῖν πῶς εἰργάσαντο ἃ καὶ ἄκουτες; Ἐκείνους δεκτικωτέρως ἀπέδειξαν, τούτους σπουδαιότερους ἐποίησαν. Καὶ ὅρα ἐν τῇ ἐορτῇ τοὺς περὶ τὸν Πέτρον ἐπικρομένους, ἵνα δεκτικωτέρως φανώσιν οὕτω. Ὅτε δὲ ἐμελλεν αὐτὸν προφέρει ὁ Ἡρώδης, φησὶ, τῆ νυκτὶ ἐκεῖνη ἦν ὁ Πέτρος κωφεύων. Ὅρα τὸν Πέτρον κωφεύοντα, καὶ οὐκ ὄντα ἐν ἀγωνίᾳ οὐδὲ ἐν φόβῳ. Αὐτῇ τῇ νυκτὶ, ἢ πράγματος ἐμελλεν, ἐκάθευδε, τὸ πᾶν βίβας ἐπὶ τὸν θῆν. Οὐχ ἀπλόως δὲ ἐκάθευδεν, ἀλλὰ μέσσην στρατιωτῶν καὶ δεδεμένους. Μεταξὺ γὰρ, φησὶ, δύο στρατιωτῶν κοιμώμενος ἦν, δεδεμένος ἀλύσει δυσίν. Ὁρᾶς, πῶς ἀκριβῆς ἢ φυλακῆ; Καὶ ἰδοὺ ἀγγελος Κυρίου ἐπέστη, φησὶ, λέγων Ἀνάστα ἐν τάχει. Συγκαθεύοντες ἦσαν οἱ φύλακες· διὰ καὶ τῶν γινομένων οὐδὲν ἐκπεσθῶνται. Φῶς δὲ ἐλαμψεν, ὥστε καὶ ἰδεῖν καὶ ἀκούσαι τὸν Πέτρον, καὶ μὴ νομίσει φαντασίαν εἶναι. Ὡς ἂν δὲ μὴ βῆθιμῃ, καὶ τὴν πλευρὰν πετάσσεται. Καὶ οὐχ ἀπλόως ἀκούει Ἀνάστα· ἀλλ', Ἐν τάχει, μετὰ προσηχῆς· οὕτω βαθέως ἐκείθεν. Ἐδόκει δὲ ὄραμα βλέπειν, φησὶ. Διηλθε δὲ πρῶτην καὶ δευτέραν φυλακὴν. Πῶς νῦν εἰσιν οἱ αἰρετικοί; Καίτοι διὰ τοῦτο αὐτὸν καὶ ζώσασθαι κελύει καὶ ὑποθήσασθαι, καὶ τούτω πείθων αὐτόν, ὅτι οὐκ ἔστι φάντασμα· καὶ ἵνα ἀποτινάξῃται τὸν ὕπνον, καὶ γινῶ, ὅτι ἀληθὲς ἔστι. Διὰ τοῦτο καὶ εὐθέως ἀπέπεσον αὐτοῦ αἱ ἀλύσεις ἀπὸ τῶν χειρῶν, καὶ, Ἀνάστα ἐν τάχει, ἀκούει. Οὐ θορυβούντος δὲ ἐστὶ τοῦτο, ἀλλὰ πείθοντος μὴ ἀναβάλλεσθαι. Καὶ οὐκ ἤδει, φησὶν, ὅτι ἀληθὲς ἔστι τὸ γινόμενον διὰ τοῦ ἀγγέλου· ἐδόκει δὲ ὄραμα βλέπειν. Εἰκότως, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν γινομένων.

γ'. Ὁρᾶς πῶσον ἐστὶν ὑπερβολὴ σημεῖου; πῶς ἐκπλήττει τὸν ὄροντα; πῶς οὐκ ἀφίρησε πιστευθῆναι; Εἰ

ε Μᾶλλον ἐντεῦθεν deest in quibusdam. δ All' ἡμερον. Ὅρα πῶς εἰργάσαντο.

γάρ Πέτρος ἔδοξε· ὄραμα βλέπειν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ, καίτοι αὐτὸς ζωτάμενος καὶ ὑποδησάμενος· τί ἕτερος μὴ ἐπαθεν ἄν; *Διε. 10 ὄντες δὲ, φησί, πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν.* [211] *ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν· καὶ ἐξελεύσθη προῆλθον ῥύμην μίαν, καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ.* Τὰ μέντοι ἔνδον γινόμενα θαυμασιώτερα ἦν· τοῦτο δὲ λοιπὸν ἀνθρωπινώτερον. "Ὅτε οὐδὲν κώλυμα ἦν, τότε ἀπέστη ὁ ἄγγελος. Οὐ γὰρ ἂν προῆλθεν ὁ Πέτρος τοσούτων ἑνῶν κωλυμάτων· ὅντως γὰρ, ὅντως ἐκπληξίς ἦν. *Νῦν ἔγνω, φησί, ὅτι ἀληθῶς ἀπέστειλεν ὁ Κύριος τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς Ἡρώδου καὶ πάσης τῆς προσδοκίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων.* Νῦν, οὐκί τότε, ὅτε ἐν τῷ δεσμῷ ἤμην. *Συριδῶν τε ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰωάννου, φησί. Τί ἐστι, Συριδῶν;* Λοιγισάμενος ὅπου ἐστίν. "Ἡ τοίνυν τοῦτο συνείδεν· ἡ ὅτι οὐκ ἀπλῶς ἀπελθεῖν δεῖ, ἀλλ' ἀμείψασθαι τὸν εὐεργέτην· ὃ καὶ συριδῶν ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν Μαρίας. Τίς ἐστὶν οὗτος ὁ Ἰωάννης; Ἰσως ἐκεῖνος ὁ ἀεὶ αὐτοῖς συνών· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸ παράσημον αὐτοῦ ἔθικεν.

"Ὅρα ὅσον ἐστὶν ἀγαθὸν ἡ θλίψις, πόσον εὐχόμενοι ἐν νυκτὶ ἦσιν, πῶς διεγερμένους αὐτοὺς εἰργάσατο. Εἶδες τοῦ φρόνου Στεφάνου ὅσον τὸ κέρδος; εἶδες τοῦ δεσμοτηρίου τοῦτο ὅση ἡ ὠφέλεια; Οὐ γὰρ δὴ ἐπεξιῶν ὁ Θεὸς τοῖς ἀδικουσιν αὐτοὺς, μέγα δείκνυσιν τὸ εὐαγγέλιον· ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀδικουσιν, οὐδὲν ἐκείνων πασχόντων δεῖν, αὐτὰς καθ' ἑαυτὰς τὰς θλίψεις δείκνυσι μέγα οὐσας, ἵνα μὴ τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτῶν πάντως ζητῶμεν, μηδὲ τὴν ἐκδικίαν. Σκόπει δὲ πῶς καὶ αἱ παιδίσκαι αὐτῶν λοιπὸν ὁμότιμοι αὐτοῖς ἦσαν. *Ἀπὸ τῆς χαρᾶς, φησί, οὐκ ἤνοιξε. Καλῶς καὶ τοῦτο γέγονε, ἵνα μὴ καὶ ἐκεῖνοι ἐκπλαγῶσιν εὐθέως ἰδόντες, καὶ ἀπιστήσωσιν, ἀλλ' ἐγγυμασθῇ αὐτῶν ἡ διάνοια.* Καὶ ὅπερ ἔθος ἡμῖν ποιεῖν, εὐρέθη πράττουσα καὶ αὐτὴ· ἵνα γὰρ αὐτὴ τὰ εὐαγγέλια κομίση ἐσπούδαζεν· ὅντως γὰρ εὐαγγέλια ἦν. *Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτήν· Μαίρη· ἡ δὲ δυσχυρίζετο οὕτως ἔχει· οἱ δὲ εἶπον, ὅτι Ἄγγελος αὐτοῦ ἐστίν.* Ἐκ τούτου ἀληθές, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν ἄγγελον ἔχει. Καὶ πόθεν ἐπῆλθεν αὐτοῖς ἄγγελον εἶναι τότε ὑπονοῆσαι; Ἀπὸ τοῦ καιροῦ τοῦτο ὑπώπτευσαν. *Ὡς δὲ ἐπέμπε κρούων, φησί, ἀνοίξαντες εἶδον αὐτόν, καὶ ἐξέστησαν.* Ὁ δὲ κατασείσας τῇ χειρὶ <sup>b</sup>, ἥσυχίαν πολλὴν ἐποίησεν, ὥστε ἀκούσαι τὰ παρ' αὐτοῦ. Ποθεινότερος πολλῶν λοιπὸν ἦν τοῖς μαθηταῖς, οὐ σὺ σωθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐπιστῆναι καὶ εὐθέως ἐπελθεῖν. *Μανθάνουσι λοιπὸν καὶ οἱ οικεῖοι πάντα σαφῶς· μανθάνουσι καὶ οἱ ἀλλότριοι, εἰ γὰρ ἤθελον πιστεῦσαι· ἀλλ' οὐκ ἠθέλησαν.* Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ γέγονεν. *Ἀπαγγείλατε, φησί, Ἰακώβω καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ταῦτα.* Ὅρα, πῶς οὐκ ἐστὶ κενόδοξος. Οὐ γὰρ εἶπε· Τοῖς ἀπανταχοῦ δήλα ποιήσατε ταῦτα· ἀλλὰ, *τοῖς ἀδελφοῖς. Καὶ ἀνεχώρησεν εἰς ἕτερον τόπον.* Οὐ γὰρ ἐπέπραξε τὸν Θεόν, οὐδὲ εἰς πειρασμὸς ἐνέβα[λ]εν αὐτόν· ἐπεὶ ὅτε καὶ τοῦτο ἐκελεύσθησαν, ἐποίησαν. *Εἰσε. 10 ὄντες γὰρ, φησί, ἐν τῷ ἱερῷ λαλεῖτε τῷ λαῷ.* Ἦκουσαν, καὶ εὐθέως ἐπέστησαν. Τοῦτο δὲ οὐκ εἶπεν ὁ ἄγγελος, ἀλλὰ τῷ σιγῇ ἀποστῆναι καὶ νυκτὸς ἐξαγαγεῖν ἔδωκεν ἐξουσίαν ἀναχωρῆσαι. [212] Καὶ τοῦτο δὲ γίνεται, ἵνα μάθωμεν ὅτι καὶ ἀνθρωπίνως· πολλὰ ὀκονόμηται, ὥστε μὴ περ-

πασεῖν πάλιν αὐτόν. Ἴνα γὰρ μὴ εἴπωσιν, ὅτι ὁ ἄγγελος αὐτοῦ ἐστὶ μετὰ τὸ ἀπελθεῖν, πρότερον τοῦτο λέγουσι· καὶ τότε αὐτὸν ὁρῶσιν ἀνατρέποντα τὴν δίξαν ἐκείνην. Ὁ ἄγγελος εἰ ἦν, οὐκ ἂν ἔκρουσε τὴν θύραν, οὐκ ἂν ἀνεχώρησεν εἰς ἕτερον τόπον. Πιστοῦται δὲ αὐτοὺς καὶ τὸ μὴ ἐν ἡμέρᾳ γενέσθαι. Οἱ μὲν λελυμένοι ἐν εὐχαῖς ἦσαν· ὁ δὲ δεδεμένος ἐν ὑπνῳ, εἰ ἐνόμιζεν ἀληθές εἶναι τὸ γινόμενον, κἂν ἐξεπλάγη, κἂν οὐκ ἐμνημόνευσε· νῦν δὲ ὡς ἐν ὄνειρῳ ὁρῶν, ἀτάραχος ἦν. *Ἦλθον, φησί, ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν.* Ὅρα καὶ πῶς ἰσχυρὰ ἦν. *Διε. 10 ὄντες δὲ, φησί, πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν, ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν.* Καὶ διὰ τί μὴ δι' ἑαυτῶν, φησί, τοῦτο γίνεται; Διὰ τί; "Ὅτι καὶ τούτῳ τιμᾷ αὐτοὺς ὁ Θεός, τῷ δι' ἀγγέλων αὐτοὺς ἐξαρκάζειν. Τί οὖν; ἐπὶ Παύλου οὐκ οὕτω γέγονεν; Ἐκεῖ δικαίως, ὅτι πιστεῦσαι ἔδει τὸν δεσμοφύλακα, ἐνταῦθα δὲ ἀπαλλαγῆναι τὸν Ἀπόστολον μόνον· ἄλλως δὲ καὶ διαφόρως ἅπαντα ὁ Θεὸς οἰκονομεῖ. Ἐκεῖ μὲν Παῦλος ὕμνει, ἐνταῦθα δὲ Πέτρος ἐκάθευθε. Μὴ τοίνυν κρύπτωμεν τὰ θαύματα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ὠφελείας ταῦτα σπουδάζωμεν ἐκπομπεῖν, καὶ εἰς τὴν τῶν ἄλλων οἰκοδομήν. Ὡς περ γὰρ ἐστὶ θαυμαστός ἐλόμενος δεσμοῦθι, οὕτω θαυμαστότερος μὴ πρότερον ἀναχωρήσας, ἔω ὅτε τοῖς οικείοις πάντα ἀπήγγελε. Καὶ εἶπε, φησί· *Εἶπατε Ἰακώβω καὶ τοῖς ἀδελφοῖς.* Τί δὴ ποτε κελεύει εἰπεῖν; Ἴνα χαρῶσιν, ἵνα μὴ μεριμνήσωσιν, ἵνα διὰ τούτων ἐκεῖνοι μανθάνωσιν, οὐκ αὐτοὶ δι' ἐκείνων· οὕτω τοῦ ταπεινοτέρου μέρους ἐφρόντιζεν. Οὐδὲν ἄρα θλίψεως συμμέτρου βέλτιον Ποῖαν οἶε τὴν ἐκείνων εἶναι τότε ψυχὴν; πόσῃς ἡδονῇ; γέμειν;

Ποῦ νῦν αἱ γυναῖκες αἱ διὰ πάσης καθεύδουσαι νυκτός; ποῦ δὲ οἱ ἄνδρες οἱ μὴδὲ μεταστρεφόμενοι ἐπὶ τῆς κλίνης; Ὅρᾳς νήφουσαν ψυχὴν; Μετὰ γυναικῶν καὶ παιδῶν καὶ παιδικῶν τὸν Θεὸν ὕμνου, καθαρῶτερα τοῦ οὐρανοῦ τῇ θλίψει γινόμενοι. Νῦν δὲ, ἂν μικρὸν ἴδωμεν κίνδυνον, ἀναπίπτομεν. Οὐδὲν τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης λαμπρότερον ἦν. Μιμησώμεθα τοῦτο, ζηλώσωμεν. Οὐ διὰ τοῦτο γέγονεν ἡ νύξ, ἵνα διαπαντὸς καθεύδωμεν καὶ ἀργῶμεν. Καὶ τοῦτο μαρτυροῦσιν οἱ χειροτέχναι, οἱ ὀνηλάται, οἱ ἔμποροι, ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἐκ μέσων ἀνισταμένη νυκτῶν. Ἀνάστηθι καὶ σὺ, καὶ ἴδε τῶν ἄστρον τὴν χορείαν, τὴν βαθεῖαν σιγὴν, τὴν ἥσυχίαν τὴν πολλήν· ἐκπλάγηθι τοῦ Δεσπότη σου τὴν οἰκονομίαν. Καθαρῶτερα τότε ἐστὶν ἡ ψυχὴ· κουφοτέρα καὶ λεπτοτέρα μᾶλλον ἐστὶ, μετέωρος καὶ κούφη· τὸ σκότος αὐτό, ἡ σιγὴ ἡ πολλὴ εἰς κατάνυξιν ἀγαγεῖν ἱκανά. Ἄν δὲ καὶ τὸν οὐρανὸν ἴδῃς τοῖς ἄστροις ὡς περ τοῖς μύρισις κατεστιγμένον ὀφθαλμοῖς, πᾶσαν ἡδονὴν καρπώσῃ, ἔνοϊαν λαβὼν εὐθύς τοῦ Δημιουργοῦ. Ἄν ἐννοήσῃς, ὅτι οἱ μεθ' ἡμέραν κρᾶζοντες, γελῶντες, σκιρτῶντες, πηδῶντες, ἀδικοῦντες, πλεονεκτοῦντες, ἀπειλοῦντες, μυρία ἐπανατεινόμενοι δεινὰ, οὕτοι νῦν τῶν νεκρῶν οὐδὲν διαφέρουσι, καταγνώσῃ [213] τῆς ἀνθρωπίνης αὐθαδείας ἀπάσης. Ὑπνος ἐπῆλθε, καὶ τὴν φύσιν φλεγξεν· εἰκὼν ἐστὶ θανάτου, εἰκὼν ἐστὶ συντελείας. Ἄν διακωλύσῃ εἰς τὸν στενωπὸν, οὐκ ἀκούσῃ οὐδὲ φωνῆς· ἂν ἴδῃ εἰς τὴν οἰκίαν, πάντας ὅφει καθάπερ ἐν τάφῳ κειμένους. Ταῦτα πάντα ἱκανά ἐστι διαναστῆσαι ψυχὴν, καὶ εἰς ἔνοϊαν συντελείας ἀγαγεῖν.

δ'. Οὗτος δὴ μοι καὶ πρὸς ἄνδρας καὶ πρὸς γυναῖκας ὁ

ε' Ἦσεν, τί δὴ ποτε κελεύει εἰπεῖν, desunt in quibusdam. δ' Alii καὶ εἰς τὸν οὐρανόν.

<sup>a</sup> Quisquam... τῆς μητρὸς Ἰωάννου. Συριδῶν, φησί, ὅπου ἐστίν, ἢ ὅτι οὐκ, sic quisquam. <sup>b</sup> Alius κατασείσας αὐτοὺς τῇ χειρὶ σιγῆν.

maibat, etsi præcinctus et calcatus: quid alius non passus esset? *Transeuntes*, inquit, *primam et secundam custodiam, venerunt ad portam ferream: et exeuntes processerunt vicum unum et continuo discessit angelus ab eo.* Quæ intus facta sunt, mirabiliora erant; hoc vero deinceps humanius. Cum nihil erat impedi- menti, discessit angelus. Neque enim pertransisset Petrus, cum tot essent obices: vere namque stupor aderat. *Nunc scio, inquit, quia vere misit Dominus angelum suum, et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Judæorum.* Nunc: non tunc, quando in vinculis eram. *Consideransque venit in domum Mariæ matris Joannis.* Quid sibi vult illud, *Considerans?* Cogitans ubi esset. Vel hoc igitur consideravit; vel quod non oporteret utcumque abire, sed benefactori vicem rependere: quod ille conside- rans, venit in domum Mariæ. Quis est hic Joannes? Forte is, qui semper cum illis erat; ideoque cogno- men etiam ejus posuit.

*Magnum bonum afflictio.* — Vide quantum sit bonum afflictio, quantum noctu precantes proficerent, quam vigiles hinc efficerentur. Vidistin', quantum lucrum ex cæde Stephani? vidistin' quanta ex hoc carcere utilitas? Non enim ulciscens Deus injuste lædentes, sic magnum ostendit evangelium; sed in ipsis lædentibus nihil mali patientibus ipsas tribulationes per se magnum quid esse ostendit, ne vel ab illis eripi, vel ultionem sumi quæramus. Perpende, quomodo ancillæ apud eos in pari pretio essent. *Præ gaudio, inquit, non aperuit.* E re autem ita factum est, ne et illi statim videntes obstupescerent, et non crederent, sed mens illorum exerceretur. Et quod nos facere solemus, ancilla quoque facere deprehensa est: illa namque curabat rem lætam nuntiare; læta quippe res erat. *Illi vero dicebant ei, Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere: illi autem dicebant: Angelus ejus est.* Hinc verum probatur, unumquemque nostrum angelum habere. Et unde in mentem subit illis angelum esse? A tempore illud suspicabantur. *Ut autem perseverabat pulsans, inquit, cum aperuissent, viderunt eum, et obstupuerunt. Ille vero annuens manu, silentium magnum fecit, ut audiretur.* Optatior deinceps discipulis erat, non modo quod servatus esset, sed etiam quod ad- esset et accederet. Discunt manifeste omnia familiares, discunt et alieni, si credere velint; sed noluerunt. Hoc etiam in Christo factum est. *Nuntiate, inquit, Jacobo et fratribus hæc.* Vide quomodo vanam gloriam non quærat. Non enim dixit, Undique hæc omnibus nuntiate; sed, *Fratribus. Et abscessit in alium locum.* Neque enim tentabat Deum, neque sese in tentationes injiciebat: illud enim jussi tantum faciebant. *Ingressi, inquit, in templum, loquimini populo (Act. 5. 20).* Audierunt et statim obsequiunt. Hoc vero jam non dicit angelus, sed quod silenter abscedit et noctu eduxit, dedit facultatem secedendi. Hoc autem factum est, ut discamus multa humano more dispensata fuisse, ut ne ille iterum periclitaretur. Ne enim post discessum ejus dicerent angelum ejus esse, hoc

quod nullo indigeat, et quod omnibus omnia præbeat. Huc confer omnia quæ de Deo Plato philosophatus est, quæ Epicurus, et hæc omnia illis comparata nugæ sunt. *Dans*, inquit, *vitam et spiritum*. Ecce animæ quoque ipsum creatorem facit, non genitorem. Vide rursum quomodo destruat sermonem de materia: *Fecitque*, inquit, *ex uno sanguine omne genus hominum, habitare super omnem faciem terræ*. Hæc meliora illis, et confutant atomos materiamque. Hic ostendit non esse partitam neque hominis animam. Quod vero illi dicunt, hoc non est esse conditorem. Cum dicit autem non manibus humanis coli Deum, subindicat illum animo et mente coli. *Hic*, inquit, *cæli et terræ cum sit Dominus*. Non ergo dæmones quidem peculiare. *Deus qui fecit mundum, et omnia quæ in illo sunt*. Cum prius ostendisset quomodo mundus sit factus, tunc declaravit, quod non in manufactis habitet; ac si diceret: Si Deus, omnia utique fecit; si non fecit, non Deus. *Dii*, inquit, *qui cælum et terram non fecerunt, pereant*. Multo majora, quam illi, dogmata inducit (tametsi nondum magna dixit; nondum enim tempus erat; sed quasi pueris loquebatur), creationem, dominationem, non-indigentiam.

3. Cum dixisset autem illum ex uno sanguine omne genus hominum fecisse, omnium causam bonorum manifestavit. Quid huic sublimitati par? Nam mirabile quidem est ex uno tot fecisse; quod autem omnes ille simul contineat, adhuc longe mirabilius. *Dans*, inquit, *omnibus spiritum et vitam*. Quid est, *Definiens præstituta tempora et terminos habitationis eorum, quærere Deum, si forte attraherent eum aut inveniant?* Non cogebatur quis, inquit, circuire et quærere Deum: vel si non hoc, quia decrevit ut Deus quæratur. At non semper hoc faciendum definivit, sed præstitutis temporibus. Hoc vero dicit ostendens, neque nunc quæreres invenisse, etiamsi ita manifestus esset, ut inveniretur, ac si quid in medio positum palpemus. Neque enim hic erat cælum, alibi non; neque in hoc tempore erat, in alio non. Itaque et omni tempore, et in omnibus terminis potest inveniri. Sic dispensavit ut quæreretur, ut nec loco nec tempore prohibeamur. Certe hoc ipsum illis maxime profuisset, si quidem voluissent<sup>1</sup>; quod ubique sit cælum et stet omni tempore. Ideo sic dicit: *Quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum; sed prope sit omnibus; hoc est: Non modo vitam et spiritum dedit et omnia, verum etiam, quod caput est omnium, ad sui cognitionem traxit, hæc dando, per quæ possumus illum invenire et apprehendere. Sed nolumus quærere, etsi ad pedes esset. Non longe, inquit, ab unoquoque nostrum*. Papæ! omnibus prope ease dicit, qui sunt in orbe terrarum. Quid hoc majus? Vide quomodo *partitos* confutet. Quid dico procul? Ita prope est, ut sine ipso non vivatur. *In ipso enim vivimus et movemur et sumus*. Quasi corporeo exemplo hujusmodi quidpiam dicit: Sicut impossibile est ignorare aerem ubique diffusum, non procul ab uno-

<sup>1</sup> Hæc, si quidem voluissent, desunt in quibusdam.

quoque nostrum esse, imo et in nobis esse: ita etiam omnium Creatorem. Vide quomodo omnia ipsius esse dicat: providentiam illius esse dicit: conservationem, quod ab illo sint omnia, operandi vim habeant, et non pereant. Nec dixit, Per illum; sed quod propius est, *In illo*. Nihil tale dixit poeta ille, *Ipsius enim*, inquiens, *genus sumus*; sed ille de Jove dixit, hic vero de Creatore hoc accipit: nec eundem ipsum indicat ille, absit; sed quæ de illo dicta erant, Deo cui competeabant adscribens: nam aram hujus esse dicit, non illius, quem ipsi colebant. Quædam enim dicta et facta sunt ad verum Deum pertinentia; verum nesciebant Græci ad eum pertinere, sed de alio intellexere.

*Illud, Ignoto Deo, quomodo sit intelligendum.*—Dic enim mihi, de quo proprie dicatur, *Ignoto Deo*; de Creatore, an dæmone? Utique de Creatore: etiamsi illum quidem ignorarint, hunc vero noverint. Similiter etiam, quod omnia fecerit, de Deo proprie dicitur, non de Jove, scelesto et exsecrando homine ac præstigiatore. Paulus certe non simili atque ille modo dixit, *Ipsius enim et genus sumus*; absit, sed alia mente; genus enim ejus non esse dixit, hoc est, domesticos, proximos, et quasi quis dixerit, propinquos et vicinos. Ne enim rursus dicerent, *Nova ingris auribus nostris* (nihil enim sic hominibus contrarium), poetam in medium adducit. Neque dixit, Non debetis putare auro aut argento Deum esse similem, o scelesti et exsecrandi! sed nitius, *Hoc non debemus æstimare*, inquit, sed super hoc. Quidnam est super hoc? Deus; sed neque hoc (est enim efficacæ nomen), sed interim hoc: tantum negamus Deum huic esse similem: quis enim dixerit? Vide quomodo incorporeum introducit. Mens enim quando suspicatur corpus, etiam distantiam imaginatur. *Genus ergo cum simus Dei, non debemus, inquit, æstimare auro aut argento aut lapidi, sculpturæ artis et cogitationis hominis, Deum esse similem*. At dixerit quispiam, Non hoc putamus: cur ergo hoc dicit? Sed ad multitudinem loquebatur ipse, ac sic bene dixit. Nam si nos secundum animam non sumus illis similes, multo minus Deus. Interim abducit illos a suspitione. Non modo sculpturæ artis non est similis Deus, sed neque ulli alii humanæ cogitationi subijcitur: nam vel ars vel mens invenit. Ideo sic dicit: Si id, quod ars vel mens hominis invenit, *Deus est*, et si in lapide substantia Dei: quomodo ergo si in ipso vivimus, ipsum non invenimus? Duplex ergo est accusatio, et quod illum non invenerint, et quod tales invenerint. Mens per seipsam nusquam fide digna est. Sed postquam illorum animos sic exagitavit, ostenditque inexcusabiles illos esse, vide quid subdat: *Tempora quidem ignorantia despiciens, nunc annuntiat omnibus hominibus, ubique ut penitentiam agant*. Quid ergo? nemone illorum poenas dat? Nemo certe eorum, qui poenitentiam agere velint. De his loquitur; non de iis qui defuncti sunt, sed de iis quibus annuntiat. Non exigit, inquit, a vobis rationem. Non dixit, Ille despexit; non dixit, Ille permisit; sed,

θρώπων κατοικεῖν ἐπὶ πάν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Ταῦτα βελτίω ἐκείνων, καὶ κατηγορία τῶν τε ἀτόμων καὶ τῆς ὕλης. Ἐνταῦθα δείκνυσιν, ὅτι οὐκ ἔστι μερικὴ, οὐδὲ ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου. Ὅπερ δὲ ἐκεῖνοι φασιν, οὐκ ἔστι τοῦτο δημιουργὸν εἶναι. Λέγων δὲ μὴ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεσθαι τὸν Θεόν, αἰνίττεται, ὅτι δια-νοία καὶ νῶν θεραπεύεται. Οὗτος, φησὶν, οὐρανοῦ καὶ γῆς Κύριος. Οὐκοῦν οὐχ οἱ μερικοὶ δαίμονες. Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ. Πῶς οὐρανὸς γέγονε, πρότερον δείξας, τότε ἀπεφήνατο, ὅτι οὐκ ἐν χειροποιήτοις κατοικεῖ, ὡσεὶ ἔλεγεν· Εἰ Θεός, πάντα ἐποίησε δηλόνοσι· εἰ δὲ μὴ ἐποίησεν, οὐ Θεός. Θεοί, οἱ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, φησὶν, οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν. Πολλῶν μείζονα ἐκείνων δόγματα εἰσάγει (καίτοι οὐδέπω τὰ μεγάλα εἶπεν· οὕτω γὰρ καιρὸς· ἀλλ' ὡς παισὶ διελέγετο), τὴν δημιουργίαν, τὴν κυριότητα, τὸ ἀνεκδέξαι.

γ'. Εἰπὼν δὲ, ὅτι πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων ἐξ ἐνὸς αἵματος ἐποίησε, τὸ πάντων αἰτίον τῶν ἀγαθῶν ἐδήλωσε. Τί τοῦτου τοῦ ὑψηλοῦ Ἰσον; Θαυμαστὸν μὲν γὰρ καὶ τὸ ἐξ ἐνὸς ποιῆσαι τοσούτους· τὸ δὲ πάντας αὐτὸν συγκρατεῖν, ἔτι πολλῶν θαυμαστότερον. Διδοῦς γὰρ, φησὶ, πᾶσι πνοὴν καὶ ζωὴν. Τί ἐστίν, Ὅρισας προστεταγμένους [290] καιροῦς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν, ζητεῖν τὸν Θεόν, εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὐροισιν; Ὅτι οὐκ ἠναγκάζετό τις, φησὶ, περιεῖναι καὶ ζητεῖν τὸν Θεόν· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ὅτι ὤρισε ζητησάει τὸν Θεόν. Ἄλλ' οὐ διαπαντὸς τοῦτο ὤρισε, ἀλλὰ Προστεταγμένους καιροῦς. Τοῦτο δὲ λέγει, δεικνύς ὅτι οὐδὲ νῦν ζητήσαντες εὐρον, καίτοι οὕτως ἦν φανερός πρὸς τὸ εὐρίσκεισθαι, ὡσπερ ἂν εἰς μέσον τι ψηλαφώμενον. Οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα μὲν ἦν οὐρανός, ἀλλαχοῦ δὲ οὐ· οὐδὲ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἦν, ἐν ἄλλῳ δὲ οὐ. Ὡστε καὶ κατὰ πάντα καιρὸν, καὶ κατὰ πᾶσαν ὁροθεσίαν δυνατὸν αὐτὸν εὐρεῖν. Οὕτως ὠκονόμησε τὸ ζητεῖσθαι, ὥστε μήτε τόπω κωλύεσθαι, μήτε χρόνῳ. Καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο μάλιστα αὐτοῖς συνεβάλλετο, εἰ γε ἠθούλοντο\*, τὸ πανταχοῦ εἶναι τὸν οὐρανὸν, τὸ ἐν παντὶ χρόνῳ ἐστάναι. Διὸ καὶ οὕτως εἶπε· Καίτοι γε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἐνὸς ἐκάστου ἡμῶν ὑπάρχοιτα, ἀλλ' ἐγγὺς ὄντα πᾶσιν. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτ' ἐστίν· Οὐ μόνον τὴν ζωὴν ἔδωκε καὶ τὴν πνοὴν καὶ τὰ πάντα· ἀλλὰ καὶ τὸ κεφάλαιον ἀπάντων, εἰς γῶπιν ἤγαγεν αὐτοῦ, δούς ταῦτα, δι' ὧν δυνάμεθα εὐρεῖν αὐτὸν καὶ καταλαβεῖν. Ἄλλ' οὐκ ἠθελήσαμεν ζητησάει, καίτοι πρὸ ποδῶν ὄντα. Οὐ μακρὰν, φησὶν, ἀπὸ ἐνὸς ἐκάστου ἡμῶν ὑπάρχοιτα. Βαβαί! πᾶσιν ἐγγὺς εἶναι λέγει τοῖς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης οὔσι. Τί τοῦτου μείζον; Ὅρα πῶς καὶ καθαιρεῖ τοὺς μερικοὺς. Τί λέγω μακρὰν; Οὕτως ἐγγὺς ἐστίν, ὡς χωρὶς αὐτοῦ μὴ ζῆν. Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν. Ὡς ἐν σωματικῷ ὑποδείγματι ὁ τοιοῦτόν τι λέγει· Ὡσπερ ἀδύνατον ἀγνοῆσαι τὸν ἀέρα πανταχοῦ κεχυμένον, καὶ οὐ μακρὰν ἀφ' ἐνὸς ἐκάστου ἡμῶν ὑπάρχοιτα, μᾶλλον δὲ καὶ ἐν ἡμῖν ὄντα· οὕτω δὴ καὶ τὸν τῶν ὄλων δημιουργόν. Ὅρα πῶς πάντα αὐτοῦ λέγει εἶναι· τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ, φησὶ, καὶ τὴν συγκράτησιν, τὸ εἶναι παρ' αὐτοῦ, τὸ ἐνεργεῖν, τὸ μὴ ἀπολέσθαι. Καὶ οὐκ εἶπε, δι' αὐτοῦ,

\* Verba Εἰ γε ἠθούλοντο quidam non habent. ὁ ἄλλος ἐν σωματικῷ, καὶ ὑποδείγματι.

ἀλλ' ὁ ἐγγύτερον ἦν, Ἐν αὐτῷ. Οὐδὲν Ἰσον εἶπεν ὁ ποιητῆς ἐκεῖνος, Τοῦ γὰρ καὶ γένος, εἰπὼν, ἐσμέν· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν περὶ τοῦ Διὸς εἶπε, οὗτος δὲ περὶ Δημιουργοῦ αὐτὸ λαμβάνει, οὐ τὸν αὐτὸν ἐκεῖνος λέγων, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὰ κυρίως ἐπ' αὐτῷ εἰρημένα ἀρμόζων· εἶπε καὶ βωμῶν τοῦτου εἶπεν, οὐκ ἐκείνου, ὃν ἐσέθεντο. Εἴρηται μὲν γὰρ τίνα καὶ πράττεται εἰς τοῦτον, ἀλλ' οὐκ ἴσασιν Ἕλληνες ὅτι εἰς αὐτὸν, ἀλλ' εἰς ἕτερον αὐτὰ νενόηκασιν.

Εἰπέ γάρ μοι περὶ τίνος ἂν λεχθεῖη κυρίως; Ἀγνώστω Θεῷ, περὶ τοῦ Δημιουργοῦ, ἢ περὶ τοῦ δαίμονος; Ἄηλον ὅτι περὶ τοῦ Δημιουργοῦ, εἰ καὶ τὸν μὲν ἠγνόουν, τὸν δὲ ἤδρασαν. Ὁμοίως καὶ ὅτι πάντα πεποιήκε, περὶ τοῦ Θεοῦ ἂν εἰρηθῆται κυρίως ἀρμόσειεν, ἢ τοῦ Διὸς, μιαιροῦ τίνος ἀνθρώπου καὶ καταπτύστου καὶ γόητος. Οὕτως οὐχ ὁμοίως ἐκεῖνος Παῦλος εἶπε, μὴ γένοιτο, καὶ τὸ, Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν· ἀλλ' ἐτέρῳ νῶ. Γένος γὰρ Θεοῦ εἶπεν ἡμᾶς εἶναι· τουτέστιν, οἰκειούς, ἐγγυτάτους· ἢ ὡς ἂν τις εἴποι, παροίκους καὶ γείτονας. Ἴνα γὰρ μὴ πάλιν λέγωσι, Σειρίζοντα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν (οὐδὲν γὰρ οὕτως [291] ἀνθρώποις ἐναντίον), ἀγει τὸν πειρητὴν εἰς μέσον. Καὶ οὐκ εἶπεν· Οὐκ ὀφείλετε νομίζειν χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ τὸ Θεῖον εἶναι ὅμοιον, ὡς μιαιροὶ καὶ παμμίαιροί· ἀλλὰ ταπεινότερον, Τοῦτο οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν, φησὶν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦτο, Τί δαί τὸ ὑπὲρ τοῦτο; Θεός· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο (ἐνεργεῖς γὰρ ἐστὶν ὄνομα), ἀλλὰ τέως τοῦτο· πλὴν οὐ λέγομεν τοῦτω τὸ Θεῖον εἶναι ὅμοιον· τίς γὰρ ἂν εἴποι; Ὅρα πῶς τὸ ἀσώματον εἰσήγαγεν. Ἡ γὰρ διάνοια ὄντα ὑποπεύση σῶμα, καὶ διάστημα ὑπονοεῖ. Γένος οὖν ὑπάρχοιτες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν<sup>ε</sup>, φησὶ, χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ ἢ λίθῳ, χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμίσσεως ἀνθρώπου, τὸ Θεῖον εἶναι ὅμοιον. Ἄλλ' εἴποι ἂν τις· Οὐ τοῦτο νομίζομεν· τί οὖν ταῦτα λέγει; Ἄλλὰ πρὸς τοὺς πολλοὺς ὁ λόγος ἦν αὐτῷ· καλῶς οὕτως εἶπεν. Εἰ γὰρ ἡμεῖς οὐκ ἐσμέν ὅμοιοι ἐκείνοις τὸ κατὰ ψυχὴν, πολλῶν μᾶλλον ὁ Θεός. Τέως ἀπάγει αὐτοὺς τῆς ὑπονοίας. Οὐ μόνον δὲ χαράγματι τέχνης τὸ Θεῖον οὐκ ἐστὶν ὅμοιον<sup>δ</sup>, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλη τιμὴ ἀνθρωπίνῃ ὑπονοεῖα ὑποβάλλεται· ἢ γὰρ τέχνη ἢ διάνοια εὔρε. Διὰ τοῦτο οὕτως εἶπεν· Ὅπερ οὖν τέχνη ἀνθρωπίνῃ ἢ διάνοια εὔρε, τοῦτο ὁ Θεός, καὶ ἐν λίθῳ οὐσία Θεοῦ· πῶς οὖν, εἰ ἐν αὐτῷ ζῶμεν, οὐκ εὐρίσκομεν αὐτόν; Διπλοῦν τὸ ἐγκλημα, ὅτι τε ἐκεῖνον οὐκ εὐρον, καὶ ὅτι τοιοῦτους εὐρον. Οὐδαμοῦ ἢ διάνοια ἀξιόπιστος καθ' ἑαυτήν. Ἄλλ' ἐπειδὴ κατέσεισε αὐτῶν τὴν ψυχὴν δείξας ἀναπολογήτους, ὅρα τί ἐπάγει· Τοῦς μὲν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδῶν, ταιῖν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ μεταροῖν. Τί οὖν; οὐδεὶς κολάζεται τούτων; Οὐδεὶς τῶν θελόντων μεταροῖν. Περὶ τούτων λέγει, οὐ περὶ τῶν ἀπελθόντων, ἀλλ' οἷς παραγγέλλει. Οὐκ ἀπαιτεῖ λόγον ἡμᾶς, φησὶν. Οὐκ εἶπεν, Ἐκεῖνος παρεῖδεν· οὐκ εἶπεν, Εἴασεν· ἀλλ' Ὑμεῖς ἠγνοήσατε. Ὑπερεῖδεν· τουτέστιν, οὐκ ἀπαιτεῖ κολασιν ὡς ἀξίους ὄντας κολάσεως. ἠγνοήσατε. Καὶ οὐ λέγει, Ἐκόντες ἐκακουργήσατε, ἀλλὰ τοῦτο διὰ τῶν ὄντων ἔδειξε, Πανταχοῦ μεταροῖν, εἰπὼν, Ἐνταῦθα πᾶσαν τὴν οἰκουμένην αἰνίττεται.

<sup>ε</sup> Νομίζειν deest in Morel. <sup>δ</sup> Verba, οὐ μόνον... ἡμῶν, desunt in tribus codl.

δ. Ὅρα πῶς αὐτοὺς ἀπάγει τῶν μερικῶν. Διότι ἐστησαν ἡμέραν, φησὶν, ἐν ἧ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ. Ὅρα· πάλιν τὴν οἰκουμένην εἶπεν, οὕτω τοὺς ἀνθρώπους καλῶν. Ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὤρισεν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Ὅρα πῶς πάλιν τὸ πάθος ἐδήλωσεν, ἀναστάσεως μνημονεύσας. Ὅτι δὲ ἀληθὴς ἡ κρίσις, δῆλον ἐκ τῆς ἀναστάσεως· συγκατασκευάζεται γὰρ· καὶ ὅτι πάντα ἀληθεῖς εἶπε, δῆλον ἐξ ὧν ἀνέστη. Ὅτι δὲ καὶ πᾶσι ταύτην παρεῖχον πίστιν, τὸ ἀναστήναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ τοῦτο λοιπὸν δῆλον. Ταῦτα εἰρηται μὲν πρὸς Ἀθηναίους· καίρων δ' ἂν ἔχοι καὶ πρὸς ἡμᾶς λέγεσθαι, ὅτι πάντα πανταχοῦ μετανοεῖν δεῖ, ὅτι ὤρισεν ἡμέραν, ἐν ἧ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην. Ὅρα πῶς καὶ δικαστὴν αὐτὸν εἰσάγει, καὶ προνοῦντα τοῦ κόσμου καὶ [292] φιλόσοφον καὶ συγγνωμονικὸν καὶ δυνατὸν καὶ σοφόν, καὶ πάντα ἀπλῶς Δημιουργοῦ ἔχοντα. Ἀπόδειξιν ἔδωκε τοῦ ἀναστήναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν τὰ εἰρημένα. Μετανοήσωμεν ὅσον· πάντως γὰρ κριθῆναι δεῖ. Εἰ μὴ ἀνέστη ὁ Χριστός, οὐ κρινόμεθα· εἰ δὲ ἀνέστη, πάντως κρινόμεθα. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἀπέθανεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ, φησὶ· καὶ πάλιν. Πάντες γὰρ παραστήσόμεθα τῷ Βίβῃαι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα ἕκαστος κομισθῆται πρὸς ἃ ἐπραξε. Μὴ δὴ νομίσητε ῥήματα μόνον εἶναι ταῦτα· ἰδοὺ καὶ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν πάντων εἰσηγάγε λόγον· οὐ γὰρ ἄλλως κρίνεται ἡ οἰκουμένη. Καὶ τὸ, Ἀναστήσας δὲ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, περὶ σώματος ἐστὶν εἰρημένον· τοῦτο γὰρ καὶ νεκρὸν, τοῦτο καὶ πέπτωκε. Παρὰ Ἑλληνισμῶν ὡσπερ τὰ τῆς δημιουργίας, οὕτω καὶ τὰ τῆς κρίσεως ἀθετεῖται. Ταῦτα δὲ παιδῶν εὐρήματα, καὶ μεθυστῶν ἀνθρώπων ἐστίν. Ἄλλ' ἡμεῖς οἱ περὶ τούτων ἀκριβῶς εἰδότες, πράττωμέν τι τῶν χρησίμων, καὶ σπουδάζωμεν οἰκειωθῆναι τῷ Χριστῷ. Μέχρι ὅποτε ἐχθραίνωμεν πρὸς αὐτόν· μέχρι τότε πρὸς αὐτὸν ἀηδῶς ἔχομεν· Μὴ γένοιτο, φησὶ· τί ταῦτα λέγεις; Οὐκ ἐβουλόμην ταῦτα λέγειν, εἰ μὴ ταῦτα ἐπράττετε ὑμεῖς· νυνὶ δὲ τί τὸ κέρδος τῆς τῶν λόγων σιγῆς, τῶν πραγμάτων οὕτω βωόντων μετὰ πάσης περιφροσύνης; Πῶς οὖν αὐτὸν φιλήσωμεν; Εἶπον μὲν μυριάκις μυρία, ἐροῦμεν δὲ καὶ νῦν. Τρόπον ἕνα εὐρήκεναι μοι δοκῶ, πολὺ μέγαν καὶ θαυμαστόν· μετὰ τοῦ τὰ κοινῇ γινόμενα λογίζεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὸσαῦτα δυνατὰ, ὅσα οὐδὲ ἀριθμῆναι δύναται, καὶ ὑπὲρ τούτων ἀπάντων χάριτας εἰδέναι αὐτῷ, καὶ τὰ ἐκάστη ἡμῶν γεγεννημένα ἐνοῶμεν πάντες, καὶ καθ' ἑκάστην ἀναλογιζόμεθα τὴν ἡμέραν. Ἐπειδὴ τοίνυν μεγάλην ἔχει τὴν ἰσχύον ταῦτα, ἕκαστος ἡμῶν ἀναλογιζέσθω παρ' ἐαυτῷ, καὶ μετὰ ἀκριβείας ἀνερευνάτω, εἰ ποτε εἰς κινδύνους προπεσῶν διέφυγε τὰς τῶν ἐναντίων χεῖρας, καὶ καθάπερ ἐν βιβλίῳ τὰς εὐεργεσίας ἀναγράφτους ἔχεται τοῦ Θεοῦ· οἷον, εἰ ποτε ἐξεληθὼν εἰς ὁδὸν ἀωρίαν, διέφυγε κίνδυνον· εἰ ποτε πονηροῖς ἀνθρώποις συμβαλὼν, ἀνώτερος αὐτῶν γέγονεν· εἰ ποτε νόσῳ περιπεσῶν, πάντων ἀπεγνωκῶτον ἀνήγαγε· μέγα γὰρ τοῦτο δύναται πρὸς τὸ οἰκείου ἡμᾶς τῷ Θεῷ. Εἰ γὰρ δὴ Μαρδοχαῖος ἐκεῖνος τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένα ἀγαθὰ ἔργα εἰς μνήμην ἐλθόντα τοῦ βασιλέως, οὕτως ἔσχε προϊστάμενα, ὡς πάλιν ἐπὶ τὴν λαμπρότητα ἐκείνην ἐλθεῖν· πολλῶν μᾶλλον ἡμεῖς, ἂν ἀναμνησθῶμεν, καὶ δύο τούτων ἀκριβῆ ποιησώμεθα ἐξέτασιν τῶν πραγμάτων, τί μὲν ἡμάρτομεν ἡμεῖς εἰς Θεόν, τί δὲ αὐτὸς εἰς ἡμᾶς; ἀγαθὸν εἰργασασαί· οὕτω καὶ εὐχά-

ριστοὶ ἐσόμεθα, καὶ πάντα προσόμεθα. Ἄλλ' οὐδεὶς τούτων οὐδενὸς ποιεῖται μνήμην· ἀλλ' ὡσπερ περὶ ἀμαρτημάτων λέγομεν, ὅτι ἀμαρτωλοὶ ἔσμεν, οὐ κατ' εἶδος αὐτὰ ἐξετάζοντες, οὕτω καὶ περὶ τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ, ὅτι εὐεργέτησεν ἡμᾶς, λέγοντες, ὁ Θεός, οὐ κατ' εἶδος αὐτὰ ἐξετάζομεν, οὐ λέγομεν, ποῦ καὶ πόσα καὶ ἐν ποίῳ καιρῷ. Ἄλλ' ἀπὸ τοῦ νῦν πολλὴν ποιησώμεθα τὴν ἀκριβείαν. Εἰ μὲν γὰρ τις καὶ τὰ πάλα ἀναλαβεῖν δύναται, πάντα ἀναλογιζέσθω [293] ἀκριβῶς, ὡς μέγαν εὐρήσων θησαυρὸν. Τοῦτο καὶ πρὸς τὸ μὴ ἀπογινώσκειν χρησίμων ἡμῖν. Ὅταν γὰρ ἴδωμεν, ὅτι προσέστη πολλάκις ἡμῶν, οὐκ ἀπογνωσώμεθα οὐδὲ ἠγησώμεθα ἀπερίφθαι· ἀλλ' ἐνέχυρον αὐτοῦ μέγα ληψώμεθα τῆς περὶ ἡμῶν κηδεμονίας, ὅταν ἐννοήσωμεν, ὅτι ἀμαρτῶντες οὐ κολαζόμεθα, ἀλλὰ καὶ προστασίας ἀπολαύομεν.

ε'. Εἶπω δὴ τι καὶ γὰρ, ὅπερ ἀκήκοα παρὰ τινος· Γέγονε ποῦ τις παῖς, καὶ ποτε συνέθη αὐτὸν εἶναι ἐν ἀγρῷ μετὰ τῆς μητρὸς, οὕτω πεντεκαιδεκάετη γεγονότα. Τότε δὲ χαλεποῦ τινος ἀέρος συμβάντος, πυρετὸς ἐπέπεσε ἀμφοτέροις· καὶ γὰρ τὸ μετόπισθον ἦν. Τότε δὲ ἡ μὲν μήτηρ ἐφθασεν εἰσελθεῖν ἐπὶ τῆς πόλεως· ὁ δὲ παῖς, τῶν ἰατρῶν ἐκεῖ κελυόντων μείνει, καὶ τοῦ πυρετοῦ καίοντος, ἀνακοχυλίζειν ἤρξατο δῆθεν φιλοσοφῶν, μᾶλλον τὸ πῦρ σθενύνουσι οἰόμενος, εἰ μὴδ' ὀτιοῦν λάβοι. Ἄτε δὲ οὖν παῖς, ὑπὸ φιλονεικίας ἀκαίρου οὐ προσήκατο. Ἦς δὲ ἐπέθη τῆς πόλεως, παρέθη τὰ τῆς γλώττης, καὶ ἀκαλὸς ἦν ἐπὶ πολλῷ, οὐδὲν ἐναρβρον φεγγόμενος· ἀλλ' ἀνεγίνωσκε μὲν, καὶ εἰς διδασκάλους ἐφοῖτα ἐπὶ πολὺν χρόνον, ἀπλῶς δὲ καὶ ἄσημα. Πάντα οὖν αὐτῷ τὰ τῆς ἐλλείπου ἐκκέκοπτο, καὶ ὀδύνην ἦν ἡ μήτηρ μεσθ'· καὶ πολλὰ μὲν ἐπενόησαν ἰατροὶ, πολλὰ δὲ ἄλλα πολλοὶ, ἰσχυρὸς δὲ οὐδεὶς, ἕως ὅτε ὁ φιλόσοφος Θεὸς ἴασατο τὸν τῆς γλώττης δεσμὸν, καὶ τότε ἀνήγαγε, καὶ εἰς τὴν προτέραν ἐπανήγαγεν εὐγλωττίαν αὐτὸν καὶ τρανότητα. Διηγῆσατο δὲ αὐτοῦ ἡ μήτηρ, καὶ ὅτι δὴ καὶ παιδίον ἐν σφόδρα μικρὸν, περὶ τὴν ῥίνα πάθος ἔσχεν, ὃ καλῶς πολύπου· καὶ πάλιν ἰατροὶ ἀπεγνωκείσαν, καὶ τελευτήσῃαι ἠύχαστο ἡ μήτηρ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτῷ καταρῆτο (ἔτι γὰρ ἔτυχε ζῶν), καὶ πάλιν πάντα ἐν ἀπορίᾳ ἦν. Ὅ δὲ εὐθέως βῆξας, ἀπὸ μύγματος τὸ θηρίον ἐκείνο τῆ ῥύμης τοῦ πνεύματος ἐξέωσεν ἀπὸ τῶν ῥινῶν, καὶ πάντα ἔλυτο τὰ δεινά. Τούτου δὲ σεβεσθέντος, ῥεῦμα κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν δριμύ και γλίσχρον ἐπιβρέον ἀεὶ, τὸσαύτας ἐποίησε τὰς λήμας καὶ οὕτω παχέας, ὡς ἀντι διαφράγματος γενέσθαι τῆ κόρη, καὶ τὸ δεινόν, πῆρσιν ἐμελέτα, καὶ πάντες ἔλεγον τοῦτο συμβήσεσθαι. Ἄλλὰ καὶ τούτου χάριτι ὁ τοῦ Θεοῦ ταχέως ἀπηλλάγη τοῦ πάθους.

Καὶ ταῦτα μὲν ἄπερ ἤκουσα· ἃ δὲ αὐτὸς ἐπίσταμαι, ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς· Ἐκινήθη ποτὲ τυράννων ὑπόψια ἐν τῇ πόλει τῇ ἡμετέρᾳ (τότε δὲ ἔτι μειράκιον ἦμην)· καὶ πάντων ἐξωθεν τὴν πόλιν παρακαθημένων τῶν στρατιωτῶν, τυχὸν ἀπλάστως βιβλία ἐξήτουν γοητικὰ καὶ μαγικά. Καὶ ὁ γράφας τὸ βιβλίον, ῥίψας ἀκατασκευάστον εἰς ποταμὸν, ἔάλω, καὶ ἀπαιτούμενος οὐκ εἶχε δοῦναι, ἀλλὰ περιήγατο τὴν πόλιν ἅπασαν δέσμιος· ὡς δὲ τῶν ἐλέγχων ἐπιτεινομένων δέδωκε δίκην, τότε ἐγὼ εἰς μαρτύριον ἀπιέναι βουλόμενος, ἐπανήειν διὰ τῶν κήπων παρὰ ποταμὸν μετὰ καὶ ἐτέρου τινός. Ἰδὼν δὲ ἐκεῖνος τὸ βιβλίον ἄνω ἐπιπέσον, τὸ μὲν πρῶτον ἐνόμιζεν ὀδύνην εἶναι, γενόμενος δὲ ἐγγύς, ἔγνω ὅτι βιβλίον [294] ἦν, καὶ καταδὴς ἀνέλειτο. Ἐγὼ δὲ ἐφιλονεῖκου, ὥστε κοινήν

<sup>a</sup> Dno codic., Δημιουργοῦ ἔχειν. Τουτέστιν ἀπόδειξιν ἔδωκε τὸ ἀναστήναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Μετὰν.

<sup>b</sup> Idem χρησίμων· οἰκειωθῶμεν τῷ Θεῷ. Μέχρι. <sup>c</sup> Alius καὶ τότε χάριτι.



Vos ignorastis. Despexit; id est, non exigit pœnas quasi a supplicio dignis. Ignorastis. Nec dicit, Sponte male egistis; sed hoc per superiora monstravit, *Ut ubique pœnitentiam agant*, dicens. Hic totum orbem insinuavit.

4. Vide quomodo illos abducat a pluralitate deorum. *Quia statuit diem*, inquit, *in qua iudicaturus est orbem in æquitate*. Vide rursus orbem dicit, sic homines vocans. *In viro in quo statuit, suscitans eum a mortuis*. Vide quomodo iterum passionem manifestavit, resurrectionem memotans. Quod autem verum sit iudicium, palam est ex resurrectione; inde enim id arguitur: et quod omnia vera sint, inquit, palam est ex eo quod resurrexerit: quodque omnibus hanc præbuerint fidem, quod resurrexerit ex mortuis, et hoc denique manifestum est. Hæc dicta sunt Atheniensibus; et opportune nobis etiam dicantur, omnibus ubique agendam pœnitentiam esse, quia definit diem in quo iudicaturus est orbem. Vide etiam quomodo illum iudicem inducat, et mundi providentiam habentem, benignum, misericordem, potentem, sapientem, omniaque prorsus quæ sunt Creatoris habentem. Confirmationem præbuerunt dicta, eum a mortuis resurrexisse. Pœnitentiam ergo agamus: omnino enim iudicari oportet. Si non resurrexit Christus, non iudicamur; si resurrexit, omnino iudicamur. *In hoc enim et mortuus est, ut et vivis et mortuis imperet* (Rom. 14. 9), inquit; et rursus: *Omnes enim adestabimus ante tribunal Christi, ut unusquisque referat secundum ea quæ fecit* (Ibid. v. 10. et 2. Cor. 5. 10). Ne putetis hæc verba solum esse: ecce et resurrectionem omnium memoravit; neque enim aliter iudicatur orbis. Etiam illud, *Suscitans eum a mortuis*, de corpore dictum est: ipsum enim mortuum erat, hoc ceciderat. Apud gentiles, sicut creatio, ita et iudicium contemnitur. Hæc autem puerorum commenta sunt, et ebriorum hominum. Sed nos qui hæc accurate didicimus, aliquid utile faciamus, studeamusque familiares esse Christo<sup>1</sup>. Usquequo ejus inimici erimus? usquequo minus suaviter erga illum affecti erimus? Absit, inquires: cur hæc dicis? Nolle hæc dicere, nisi vos faceretis; nunc vero quæ utilitas ex silentio, cum res ita perspicue clament? Quomodo igitur illum diligemus? Sexcenties dixi, sed nunc quoque dicam. Modum invenisse mihi videor magnum et mirabilem. Postea quam Dei beneficia communiter nobis et aliis data reputavimus, quæ tot tantaque sunt ut enumerari non possint, et pro iis omnibus gratias ipsi egimus: quæ singulis nostrum contulit cogitemus omnes, et quotidie in mentem revocemus. Quoniam igitur hæc magnam vim habent, unusquisque nostrum secum reputet, et accurate exploret, num aliquando in periculum lapsus, inimicorum manus effugerit, et quasi in libro Dei beneficia descripta habeat: exempli causa, num aliquando ante lucernam viam capessens, periculum effugerit; num cum iniquis congressus hominibus, superior evaserit;

<sup>1</sup> Unus habet, *Deo, pro, Christo*.

num in morbum lapsus, desperantibus omnibus, convalescerit; multum enim hoc valet ad Deum nobis propitium reddendum. Nam si Mardocheus ille, ubi rex in mentem revocavit beneficia illa ab ipso sibi præstita, ita acceptus illi fuit, ut ad illum gloriæ splendorem veniret; multo magis nos, si memores fuerimus, et si duo illa diligenter exploremus, quid nos peccaverimus in Deum, et quæ nobis ille beneficia contulerit: sic et nos grati erimus, et omnia effundemus. Sed nemo hæc secum reputat; verum sicut de peccatis loquimur, dicentes nos peccasse, nulla facta speciatim peccatorum recensione: sic et de beneficiis Dei loquentes, dicimus Deum nos beneficio affectisse, nec speciatim beneficia exploramus: non dicimus, ubi, quanta, quo tempore. Sed abhibere multam adhibeamus diligentiam. Nam si quis etiam vetera repetere potest, omnia accurate in mentem revocet, quasi magnum reperturus thesaurum. Hoc etiam nobis utile est, ut non desperemus. Nam cum viderimus ipsum sæpe nobis patrocinatum esse, non desperabimus nec putabimus nos abjectos fuisse; sed magnum accipiemus pignus ejus erga nos providentiæ, cum cogitaverimus nos peccantes non puniri, sed ejus patrocinio frui.

5. *Historia pueri cujusdam ægri*. — Dicam ego aliquid, quod a quopiam audivi. Erat quidam puer, quem contigit cum matre in agro esse, cum nondum quindecim annorum esset: tunc gravi et corrupto ingruente aere, utrumque febris invasit: erat autem autumnus tempestas. Tunc mater urbem ingredi præoccupavit: puer vero a medicis jussus illuc manere, cum febris flagraret, cepit gargarizare, apud se ratiocinans, putansque sic febrim extinguere posse, si nihil omnino alimenti acciperet. Ut pote puer, ex intempestiva contentione nihil accepit. Ut autem ad urbem venit, lingua paralyti tacta est, ita ut diu non loquens, nihil articulatum pronuntiare posset; sed legebatur quidem, et magistros multo tempore adibat; sed frustra et absque signo ullo. Omnis ergo spes ab illo exciderat, materque ejus multum dolebat. Multa medici, multa alii excogitarunt, sed incassum: donec benignus Deus linguæ vinculum curavit, tuncque convaleuit, et pristinam loquendi facultatem accepit. Narravit autem ipsius mater, cum puerulus esset, ipsum in nate morbum habuisse, quem vocant polypum; rursumque medicos desperavisse, optasseque matrem ut moreretur, patremque ipsi maledixisse (adhuc enim vivebat): omniaque denuo anxietate plena erant. Ille vero tussiendo, ex mucore feram illam spiritus impetu ex naribus ejecit, omniaque graviora soluta sunt. Hoc sedulo malo fluxus per oculos acer et viscosus fluens, tales tamque crassas lemas efficiebat, ut pellicula pupillæ obduceretur, quodque grave erat, cæcitatem minabatur, omnesque futuram illam dicebant. Sed hoc etiam morbo per Dei gratiam cito liberatus est.

*Historia alia ad ipsum Chrysostomum peritens*. — Et hæc quidem audivi; quæ vero ipse scio, narrabo vobis. Mota est tyrannorum suspicio in civitate nostra,

dam adhuc adolescens essem : militibusque omnibus circum civitatem foris positis, forte libellos quærebant præstigiaram et mag'cos. Et qui scripserat librum, incompactum projecit in flumen, captusque est; et cum ab illo requireretur, dare non potuit, sed per urbem vinctus ducebatur. Cum autem auctis indicis et probationibus, pœnas dedisset : tunc ego cum in martirium<sup>1</sup> ire vellem, transibam per hortos juxta flumen cum alio quodam : qui ut vidit supernatantem librum, primo se linteum videre putavit, ac descendens recepit; ut accessit vero, librum esse vidit, et descendens cepit. Ego vero contendebam, quasi de re communi reperta, ridebamque. Sed videamus, inquit ille, quid sit : revolutaque paginæ parte magica descripta invenit. Accidit autem eodem tempore militem transire. Hinc vero socius illo occultato abiit, et timore tabescebat. Quis enim credidisset nos e lumine illum sustulisse, cum omnes etiam non suspecti delinerentur? Abjicere non audebamus, ne videremur, et pari timore cohibebamur ne divideremus. Deo tamen juvante projecimus, et ab extremis periculis erepti sumus. Innumera dicere possem si vellem : hæc autem in vestri gratiam dixi; ut si quis, si non in paria, in alia tamen incidat, eorum memoriam semper servet. Verbi gratia, si lapis, in te coniectus, te

<sup>1</sup> *Martyrium*, ecclesia martyrum, vel in qua reliquiæ martyrum habebantur. Vox frequens apud scriptores ecclesiasticos.

que recta impetens, non in te incidat, hujus semper sis memor : hoc nobis magnam Dei amicitiam conciliat. Si enim cum recordamur hominum, qui nos servarunt, magnopere dolemus, si non possimus ipsis vicem rependere : multo magis Deo gratias habere oportet. Id et alias utile est. Si itaque volumus non ninium dolere, dicamus : *Si bona suscepimus a Domino, annon mala feremus (Job 2. 10)*? Et Paulus ideo dicebat, unde liberatus esset, ut alios adinoneret. Vide et Jacobum, quomodo illa omnia in mente habuit; ideo dicebat : *Angelus qui eripuit me a juventute mea (Gen. 48. 16)*. Sed cogitemus non solum quod eruerit, sed etiam quomodo et qua in re. Vide igitur illum speciatim beneficia commemorantem. *In virga mea*, inquit, *transivi Jordanem (Gen. 32. 10)*. Judæi vero etiam eorum, quæ majoribus suis evenerant, semper memores erant, repetentes ea, quæ in Ægypto acciderant. Et nos ergo multo magis eorum, quæ nobis acciderunt, memores simus, quoties in angustias et calamitates incidimus; et nisi Deus manu porrexisset, jamdiu periissemus. Hæc cogitantes omnes et quotidie repetentes, gratias semper Deo agamus, et in communi omnes gloriam ipsi referamus, neque illum celebrare cessemus, ut grati animi magnam recipiamus mercedem : gratia et miserationibus unigeniti ejus Filii, quicum et una Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA XXXIX.

CAP. 17. v. 32. *Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, alii quidem irridebant, alii vero dixerunt : Audiemus te de hoc iterum. 33. Et sic Paulus exiit de medio eorum.*

1. Cur Paulus, cum sic persuasisset, ut Athenienses dicerent, *Audiemus te de hoc iterum*, cumque nulla essent pericula, festinat Athenienses relinquere? Forte sciebat se non multum lucri facturum : alioquin etiam a Spiritu Corinthum ducebatur. 33. *Quidam vero viri adhærentes ei, crediderunt : in quibus et Dionysius Areopagita, et mulier nomine Damaris, et alii cum eis.* (Cap. 18.) 1. *Post hæc autem egressus Paulus Athenis, venit Corinthum : 2. et inveniens quemdam Judæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ex Italia, et Priscillam uxorem ejus (eo quod præcepisset Claudius discedere omnes Judæos Roma), accessit ad eos : 3. et quia ejusdem erat artis, manebat apud eos, et operabatur : erant autem scenofactoriæ artis.* Jure Corinthum, ut dixi, a Spiritu ducitur, in qua manere oportebat. Athenienses enim, etsi novæ concionis amatores essent, non attendebant tamen : neque enim id curabant, sed ut semper quid dicendum haberent : id quod etiam fecit ut secederent. Si hoc autem illis in more erat, cur accusant illum, *Novorum dæmoniorum annuntiator esse videtur*? Sed hæc valde obscura illis esse videntur. Attamen persuasit Dionysio Areopagiti et aliis quibusdam. Nam qui de vita recte agenda curabant, cito verbum acce-

perunt; cæteri vero non item. Videtur ergo Paulus satis habuisse, quod fidei semina jecisset : major enim pars vitæ illius jam transacta erat. Nam sub Nerone consummatus est; a Claudio autem tunc bellum contra Judæos moveri incipiebat, procul quidem, atque ut verisimile est, ut sese emendarent; ac Roma ut pestiferi pellebantur.

*Paulus cur vinctus Romam ducitur.* — Ideo ex dispensatione divina fit, ut Paulus vinctus illuc ducatur, ut ne quasi Judæus pellatur, sed quasi sub militibus agens, in custodia sit. *Et mansit, inquit, apud illos.* Papæ! quam justitiam invenit, ut cum illis habitet! Quia enim hic potissimum oportebat illum non accipere, ut ipse ait : *Ut in quo gloriantur, inveniantur sicut et nos (2. Cor. 11. 12)*; providetur ut illic mareat. 4. *Et disputabat in synagoga per omne sabbatum, suadebatque Judæis, et Græcis.* 5. *Cum venissent autem de Macedonia Silas et Timotheus, coarctabatur spiritus Paulus, testificans Judæis Christum Jesum.* Id est, molesti erant illi, insurgebant in eum : sic illi agebant. Quid vero Paulus? Relinquit eos, multumque terret. Non ultra necessarium erat, inquit, vobis loqui verbum; sed obscurius loquitur. 6. *Contradicientibus autem eis et blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit eis : Sanguis vester super caput vestrum : mundus ego, ex hoc ad gentes vadam.* 7. *Et migrans inde, intravit in domum cujusdam, nomine Justi, colentis Deum, cujus domus erat conjuncta synagogæ.* 8. *Crispus autem*

εἶναι τὴν εὐρεσίαν, καὶ ἐγγύων. Ἄλλ' ἴδωμεν, φησὶν, ὃ τί ποτε καὶ ἔστιν. Ἀνακλιθεὶς μέρος τῆς σελίδος, καὶ εὐρίσκει ἐγγεγραμμένα μαγικά. Συνέβη δὲ κατὰ ταυτὸν στρατιώτην παριέναι. Εἶτα ἐνδοθεν λαβὼν ἀψίει, καὶ ἐπεπήγει τῷ ὄδει. Τίς γάρ ἂν καὶ ἐπίστευεν, ὅτι ἀπὸ τοῦ πρταμοῦ λαβόντες ἀνειλόμεθα, πάντων τότε καὶ τῶν ἀνυπόπτων κατεχομένων; Καὶ βίβαι οὐκ ἐτολμῶμεν, μὴ ὀφθῶμεν, καὶ καταμερίσαι αὐτὸ πάλιν ὁμοιον δέος ἦν. Ἐδῶκε γοῦν ὁ Θεὸς, καὶ ἐβρίψαμεν, καὶ ἔσχατον ἀπηλάγημεν τότε τῶν κινδύνων. Καὶ μυρία ἂν ἔχοιμι λέγειν, εἰ πάντα καταλέγειν ἐθέλοιμι. Καὶ ταῦτα δὲ ὕμῶν ἔνεκεν εἶπον, ὥστε εἰ τις κἄν μὴ τοιαῦτα, ἀλλ' ἕτερα τίνα ἔχοι, ταῦτα μεμνήσθω διηλεκτικῶς ὅσον, εἰ ποτε λίθος τις ἐνεχθεὶς, μέλλων ἐπὶ σὲ ἔρχεσθαι, καὶ οὐκ ἐπὶ σὲ ἦλθε, τοῦτο ἀείμνηστον ἔχε· μεγάλην ταῦτα ποιεῖ πρὸς Θεὸν φίλαν ἡμῖν. Εἰ γὰρ ἀνθρώπων ἀναμνηθέντες τῶν διασωσάντων ἡμᾶς, πάγυ δακνόμεθα, ὅταν αὐτοὺς ἀμφάσασθαι μὴ δυνηθῶμεν· πολλῶ μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ. Τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ χρησίμων. Ὅταν οὖν βουλώμεθα μὴ ἀλῦειν, λέγομεν δὴ· *Εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα παρὰ Κυρίου,*

*τὰ κακὰ οὐχ ἀποισόμεν;* Καὶ Παῦλος διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὅθεν ἐβρίσθη, ἵνα κακείνους ἀναμνήσῃ. Ὅρα καὶ ὁ Ἰακώβ πῶς πάντα ταῦτα ἐν νῶ εἶπε· διὸ καὶ ἔλεγεν· Ὁ ἀγγελος ὁ βυόμενός με ἐκ νεότητός μου. Καὶ μὴ μόνον, ὅτι ἐβρύσατο, ἀλλὰ πῶς καὶ ἐπὶ τίνι ἐνοώμεν. Ὅρα γοῦν κακείνους ἰδικῶς μνημονεύοντα τῶν εὐεργεσιῶν. *Ἐν τῇ βίβῳ μου, φησί, διεβλήθη τὸν Ἰωρδάνην.* Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι καὶ τῶν ἐπὶ προγόνων μνησθένται ἀεὶ, τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον στρέφοντες. Οὐκοῦν πολλῶ μᾶλλον ἡμεῖς τῶν οὐρανῶν καὶ εἰς ἡμᾶς συμπεθερηκότων, ποσάκις εἰς ἐπιγείας καὶ συμφορὰς ἐμπεπρωκτικμεν· καὶ εἰ μὴ ὁ Θεὸς χεῖρα ὑπέρεσχε, πῶς ἂν ἀπολώλειμεν. Ταῦτα ἐνοοῦντες ἀπαντες, καὶ ἀναλεγόμενοι καθ' ἐκάστην, χάριν εἰδόμεν διηλεκτικῶς τῷ Θεῷ, καὶ πάντες κοινῇ δόξαν αὐτῷ ἀναπέμφωμεν, καὶ δοξάζοντες αὐτὸν μὴ διελιμπίνωμεν, ἵνα τῆς εὐγνωμοσύνης πολλῆν τὴν ἀμοιβὴν κομισώμεθα, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ, μεθ' οὗ ὅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

## ΟΜΙΛΙΑ ΑΘ'.

*Ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον· Ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου. Καὶ οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν.*

α'. Τί δήποτε πείσαντος οὕτως αὐτοῦ ὡς καὶ εἶπεν Ἀθηναῖους, Ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου, καὶ κινδύνων οὐκ ὄντων, ἐπειγεται τὰς Ἀθήνας ἀφίναί ὁ Παῦλος; Ἴσως ἦδει οὐ μέγα ὀνήσων· ἄλλως τε καὶ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος εἰς Κόρινθον ἦγετο [295]. *Τινές δὲ ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ, ἐπίστευσαν, ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς. Μετὰ δὲ ταῦτα χωρισθεὶς ὁ Παῦλος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, ἦλθεν εἰς Κόρινθον. Καὶ εὐρών τινα Ἰουδαῖον ὀνόματι Ἀκύλαν, Πορτικὸν τῷ γένει, προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ Πρίσκιλλαν γυναῖκα αὐτοῦ (διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ρώμης), προσῆλθεν αὐτοῖς· καὶ διὰ τὸ ὁμοτέχρον εἶναι, ἔμεινε παρ' αὐτοῖς, καὶ εἰργάζετο· ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τῆ τέχνης. Εἰκότως εἰς Κόρινθον, ὡς ἔφην, ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἦγετο, ἐν ᾗ μένειν ἔδει. Οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι, καίτοι ξένης ὄντες ἀκροάσεως ἔρασταί, ὅμως οὐ προσεῖχον· οὐ γὰρ τοῦτο ἐσπούδαζον, ἀλλ' ὥστε αἰετὶ ἔχειν εἰπεῖν· ὅπερ αὐτοὺς καὶ ἀποσχίσθαι ἐποίησεν. Εἰ δὲ τοῦτο ἦν αὐτοῖς ἔθος, πῶς ἐγκαλοῦσιν, ὅτι *Ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεῦς εἶναι;* Ἀλλὰ ταῦτα σφόδρα ἦν ἄπορα. Ἀλλ' ὅμως ἔπεισε τὸν Διονύσιον τὸν Ἀρεοπαγίτην καὶ ἑτέροισιν τινάς. Οἱ μὲν γὰρ ἐπιμελούμενοι βίου, ταχέως ἐδέξαντο τὸν λόγον, οἱ δὲ λοιποὶ οὐκ ἔτι. Ἰκανῶς οὖν ἔχειν ἔδοξε τῷ Παύλῳ τὸ καταβαλεῖν τῶς τὰ σπέρματα· τὴ γὰρ πλέον αὐτοῦ τῆς ζωῆς ἐνταῦθα προκεχωρήκει. Ἐπὶ μὲν γὰρ Νέρωνος ἐτελειώθη, ἀπὸ δὲ Κλαυδίου ἀνεβρίπιζετο λοιπὸν ὁ πρὸς*

Ἰουδαίους πόλεμος, μακρόθεν μὲν, οὐκ ἀπεικὸς δὲ<sup>α</sup>, ὥστε κἄν οὕτω σωρηνηταί, καὶ ἀπὸ Ρώμης ὡς λυμειῶνες ἐλαύνοντο.

Διὰ τοῦτο οἰκονομεῖται τοῦτον ὡς δέσμιον ἀπαχθῆναι ἐκεῖ, ἵνα μὴ ὡς Ἰουδαῖος ἀπελαύνηται, ἀλλ' ὡς ὑπὸ τῆ τάξεϊ πράττων καὶ φυλάττηται ἐκεῖ. Καὶ ἔμεινε, φησὶ, παρ' αὐτοῖς. Βαβαί, ποῖον δικαίωμα τοῦ συνοικῆσαι εὖρεν! Ἐπειδὴ γὰρ ἐνταῦθα μάλιστα ἔδει αὐτὸν μὴ λαβεῖν, καθὼς φησιν, *Ἴνα ἐν ᾧ καυχῶνται εὐρεθῶσι καθὼς καὶ ἡμεῖς, οἰκονομεῖται αὐτὸν μένειν ἐκεῖ. Διελύγετο δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ κατὰ πᾶν σάββατον, ἐπειθὲ τὸ Ἰουδαίους καὶ Ἑλληνας. Ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας ὁ τε Σίλλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο τῷ Πνεύματι ὁ Παῦλος διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.* Τουτέστιν, ἐπηρέαζον αὐτῷ, ἐφίσταντο αὐτῷ. Ἀλλ' οἱ μὲν οὕτω· τί δὲ ὁ Παῦλος; Ἀφίσταται αὐτῶν, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ φόβου. Οὐκ ἔτι γὰρ ὑμῖν, φησὶν, ἦν ἀναγκαῖον λαληθῆναι τὸν λόγον· ἀλλὰ καὶ αἰνίττεται αὐτούς. Ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων, *ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια, εἶπε πρὸς αὐτούς· Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν. Καθαροὶ ἐγώ, ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι. Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν ἦλθεν εἰς οἰκίαν τινὸς ὀνόματι Ἰούστου σεβομένου τὸν Θεόν, οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ. Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυναγωγὸς ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ σὺν ὄλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· καὶ πολλοὶ τῶν Κορινθίων ἀκούοντες, ἐπίστευσαν καὶ ἐβαπτίζοντο.* Ὅρα πῶς πάλιν εἰπὼν, Ἀπὸ τοῦ νῦν, οὐδὲ οὕτως αὐτῶν ἀμελεῖ· ὥστε τοῦ διεγείραι ἔνεκεν εἶπε τοῦτο. Καὶ λοιπὸν ἦλθε πρὸς Ἰούστον, οὗ ἦν ἡ οἰκία ὁμοροῦσα τῇ συναγωγῇ. Ἐγεινίαζεν ὥστε καὶ ζῆλον ἔχειν<sup>β</sup> ἀπὸ τῆς χειρὸς ἀνάσεως,

<sup>α</sup> Οὐκ ἀπεικὸς δὲ deest in quibusdam.

<sup>β</sup> Alius ὥστε καὶ του ἕξιν ἔχειν.

[296] εἴπερ φθελον. Κρίσπος δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ, φησί, κατὰ πᾶν σάεζα-  
 τον, *Ἐπειθέ τε Ἰουδαίους τε καὶ Ἑλληνας. Ἀντι-  
 τασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων, ἀπέπη.*  
 Ταύτη προσδοκῶν αὐτοὺς ἔλξειν μᾶλλον, ἀφίσταται<sup>δ</sup>.  
 Διὰ τί γὰρ ἀφεις ἐκείνην τὴν οἰκίαν, ἦλθε πλησίον τῆς  
 συναγωγῆς; ἄρ' οὐχὶ διὰ τοῦτο; οὐδὲ γὰρ κίνδυνον ἔωρα  
 ἐνταῦθα. Διαμαρτυρούμενος αὐτοῖς, φησίν. Οὐκ ἔτι δι-  
 δάσκει, ἀλλὰ διαμαρτύρεται. *Ἀντιτασσομένων δὲ  
 αὐτῶν, φησί, καὶ βλασφημούντων, ἔκτιναξάμενος  
 τὰ ἰμάτια εἶπε· Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν  
 ὑμῶν. Τούτο ποιεῖ, ὥστε μὴ ῥήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ  
 πράγματι φοβῆσαι· καὶ σφοδρότερον διαλέγεται, ἅτε καὶ  
 πολλοὺς πεπεικῶς. Καθαρός εἰμι, φησίν, ἐγὼ· ἀπὸ τοῦ  
 νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι. Ἄρα καὶ ἡμεῖς ὑπεύθυ-  
 νοὶ ἔσμεν τοῦ αἵματος τῶν ἡμῖν ἐγκεχειρισμένων, ἀμε-  
 λούντες αὐτῶν. Ὡστε καὶ ὅταν λέγῃ, Τὸ λοιπὸν κάπει  
 μοι μηδεὶς παρεχέτω, φοβῶν φησιν· οὐ γὰρ οὕτως  
 αὐτοὺς ἐφόβει ἢ τιμωρία, ὡς ἔδακνε τοῦτο. Καὶ μετω-  
 δὰς ἐκείθεν, ἦλθεν εἰς οἰκίαν Ἰούστου. Μεταβαίνει  
 βουλόμενος αὐτοὺς πείσαι, ὅτι πρὸς τὰ ἔθνη ἠπειγέτω.  
 Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυναγωγός, φησίν, ἐπιστευσε τῷ  
 Κυρίῳ σὺν δὲ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Ὅρα τοὺς πιστοὺς  
 τότε μετὰ τῆς οἰκίας τοῦτο ποιούντας ὀλοκλήρου. Τοῦτο  
 δὲ γενομένου, εὐθέως καὶ ἕτεροι πολλοὶ πιστευσάντες  
 ἐβαπτίσθησαν. Τοῦτον Κρίσπον λέγει τὸν ἀρχισυναγω-  
 γον, περὶ οὗ φησι γράφων· Οὐδένα ἄλλον ἐδύτικα,  
 εἰ μὴ Κρίσπον καὶ Γάτον. Οἶμαι δὲ τοῦτον καὶ Σω-  
 σθένην λέγεσθαι, ὃς τοσοῦτον ἀνὴρ πιστὸς ἦν, ὥστε καὶ  
 τύπεσθαι καὶ παρῆναι ἀεὶ τῷ Παύλῳ. Εἶπε δὲ, φησί,  
 ὁ Κύριος δι' ὀράματος τῷ Παύλῳ· *Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ  
 λάλει.* Διὰ τοῦτο πολὺν χρόνον μένει ἐκεῖ· ἔπειθε μὲν  
 γὰρ αὐτὸν καὶ τὸ πληθὸς, ἢ δὲ οἰκείως τοῦ Χριστοῦ  
 πλέον. Μείζων γὰρ ὁ κίνδυνος ἐγένετο λοιπὸν καὶ τῶν  
 πλειόνων πιστευόντων καὶ τοῦ ἀρχισυναγωγῶ. Μὴ  
 φοβοῦ, φησί. Τοῦτο ἱκανὸν αὐτὸν διαναστήσαι, ὅτι  
 ἠλέγχθη φοβούμενος ἢ οὐκ ἠλέγχθη μὲν, ἀλλ' ὥστε μὴ  
 τοῦτο παθεῖν, παραθαβρύνεται. Οὐ γὰρ ἀεὶ αὐτοὺς πά-  
 σchein εἶα κακῶς, ὥστε μὴ ἀσθενετέρας γενέσθαι. Οὐδὲν  
 γὰρ οὕτως ἐλύπει τὸν Παῦλον, ὡς οἱ ἀπειθοῦντες, ὡς εἰ  
 ἀντιτασσομένοι. Τοῦτο καὶ τῶν κινδύνων αὐτῷ χαλεπότερον  
 ἦν. Καὶ μὴ σιωπήσῃς, φησί, διότι λαὸς πολλὸς ἔστι μοι  
 ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Τάχα διὰ τοῦτο αὐτῷ καὶ φαίνεται  
 ὁ Χριστός. Γαλλίωρος δὲ, φησίν, ἀνθυπατεύοντος τῆς  
 Ἀχαΐας, κατεπέστησαν ὀμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ  
 Παύλῳ. Ὅρα, μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν καὶ τοὺς ἕξ μῆνας  
 ἐπιτίθενται, ὅτε οὐκ ἔτι ἰσχυρὸν νόμοις χρῆσθαι ἴδιος.  
 Τοῦτο μάλιστα ἐπῆρε Κορινθίους, τὸ μάλιστα πισθῆ-  
 ναι, ὅτι οὐδὲ καθίσιν ἑαυτὸν ὁ ἄρχων. Οὐ γὰρ ἦν [298]  
 ἴσον ἐξ ἀντιλογίας νικῆσαι, καὶ μαθεῖν ἐκείνους, ὅτι  
 οὐδὲν μέλει αὐτῷ τὰ τοῦ πράγματος. Καὶ σκοπῆαι ἐκεῖ-  
 νος πῶς ἦν συνετός. Οὐ γὰρ εἶπεν εὐθέως ἀποκρινόμε-  
 νος· Οὐ μέλει μοι· ἀλλὰ τί; *Εἰ μὲν ἦν τι ἀδικημα ἢ  
 ῥηδιούργημα πονηρὸν, ὡ Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν  
 ἠρῆσχομένη ὑμῶν· εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου καὶ  
 ὀνομάτων, καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, δῦσεσθε αὐτοί·  
 κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι. Ἀπετεί-  
 χισεν αὐτοῖς τὸ δικαστήριον. Λαμπρὰ γέγονεν ἡ νίκη.  
 Ἐπιλαθόμενοι δὲ Σωσθένην τὸν ἀρχισυναγωγόν,  
 ἔτυπτον ἐμπροσθεν τοῦ βήματος, καὶ οὐδὲν τούτων  
 τῷ Γαλλίῳ ἔμελεν. Ὡ τῆς αἰσχύνῃς, ἣν ἠσχύνθη-  
 σαν. Καὶ οὐδὲν τούτων, φησί, τῷ Γαλλίῳ ἔμελε.**

β'. Ἴδωμεν δὲ ἄνωθεν τὰ ἀνεγνωσμένα. *Ἀκούσαντες  
 δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον·  
 Ἀκουσόμεθά σου πάλιν.* Πόσα μεγάλα καὶ ὑψηλὰ  
 ἀκούσαντες, οὐδὲ προσεῖχον, ἀλλ' ἐχλεύαζον! Τὴν ἀνά-  
 στασιν δὲ ἐχλεύαζον· Ψυχικός γὰρ ἄνθρωπος οὐ δέχε-  
 ται τὰ τοῦ Πνεύματος. Καὶ οὕτω, φησίν, ἐξῆλθεν ὁ  
 Παῦλος ἐκ μέσου αὐτῶν. Οὕτω· πῶς; Τοὺς μὲν πεί-  
 σασ, ὑπὸ δὲ τῶν γελώμενος. *Χωρισθεὶς δὲ ἀπὸ Ἀθη-  
 νῶν, φησίν, ἦλθεν εἰς Κόρινθον. Καὶ εὗρών τινα  
 Ἰουδαῖον ὀνόματι Ἀκύλαν, Πορτικὸν τῷ γένει,  
 προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, ἔμεινε παρ'  
 αὐτοῖς καὶ εἰργάζετο.* Ὅρα, πῶς ὁ νόμος ἄρχεται κα-  
 ταλύεσθαι λοιπόν. Κειράμενος γὰρ, Ἰουδαῖος ὢν, οὗτος  
 ἐν Κερχραεῖς μετὰ ταῦτα, εἰς Συρίαν συναπέρχεται  
 Παῦλῳ. Πορτικὸς ὢν, οὐκ ἐν Ἱεροσολύμοις οὐδὲ πλη-  
 σίον ἔσπευδεν ἔλθειν, ἀλλὰ μακροτέρω. Παρ' αὐτῷ [297]  
 γοῦν μένει, καὶ οὐκ αἰσχύνεται μέναι, ἀλλὰ καὶ δι'  
 αὐτὸ τοῦτο μένει, ὡς ἐπιτηδεῖον εὐρῶν καταργῶν·  
 πολλῶ γὰρ αὐτῷ τῶν βασιλείων ἐπιτηδεϊότερον ἦν. Καὶ  
 μὴ γελᾶσθαι ἀκούων, ἀγαπητέ. Καθάπερ γὰρ ἀθλητῆ  
 ἢ παλαιστρα τῶν ἀπαλῶν στρωμάτων μᾶλλον χρῆσιμον·  
 οὕτω καὶ τῷ πολεμιστῇ τὸ ξίφος τὸ σιδηροῦν, ἀλλ' οὐ  
 τὸ χρυσοῦν. Καὶ εἰργάζετο κηρύττων. Αἰσχυνθῶμεν  
 ἡμεῖς οἱ καὶ χωρὶς τοῦ κηρύττειν ἀργῶς ζῶντες. Δι-

<sup>δ</sup> Αἰθίον ἐπαρτήματα, ἴνα.

ἢ Ἀφίσταται deest in quibusdam. <sup>ε</sup> Verba, εἰπε... Πσῶν.  
 quae propter ὁμοιοτέλειαν exciderant, ex uno cod. et interp.  
 Lat. suppleta sunt. Edit.

*archisynagogus credidit Domino cum tota domo sua; et multi Corinthii audientes, credebant et baptizabantur.* Vide quomodo iterum, cum dixisset, *Ab hoc tempore, non illos tamen negligit: itaque hoc dixerat, ut illos excitaret.* Et postea venit ad Justum, cujus domus erat conjuncta synagogæ. Vicinus erat, ut ex vicinia zelum haberent, si vellent. *Crispus autem, inquit, archisynagogus credidit Domino cum tota domo sua.* Et hoc utique satis erat ad illos adducendos. 9. *Dixit autem Dominus per visionem in nocte Paulo: Noli timere, sed loquere et ne taceas, 10. quia ego tecum sum, et nemo insurget in te ut noccat tibi, quia populus est mihi multus in hac civitate.* Vide quot rationibus illi suadet, et quomodo, quod illum maxime erigebat, hoc ultimo dicit: *Quia populus est mihi multus in hac civitate.* Quomodo ergo insurrexerunt in eum, dixerit quispiam? At non prævaluerunt, sed ad proconsulem tantum duxerunt. 11. *Sedit autem ibi annum unum et sex menses, docens apud eos verbum Dei.* 12. *Gallione autem proconsule Achaïæ, insurrexerunt uno animo Judæi in Paulum, et adduxerunt eum ad tribunal, 13. dicentes: Quia contra legem hic persuadet hominibus colere Deum. Viden' qua de causa illi semper publicas accusationes texebant? Vide jam, quomodo dicentibus illis, ipsum contra legem persuadere hominibus colere Deum, nihil horum curare proconsulem, imo potius Paulum defendere. Et audi, quomodo respondeat: Si quidem esset ad civitatem spectans iniquum aliquid aut facinus pessimum, o Judæi, recte vos sustinerem. Æquitatis amans mihi vir ille videtur, idque manifestum est ex iis, quæ prudenter respondet. 14. Cum Paulus, inquit, os suum aperiturus esset, dicit Gallio Judæis: Si quidem esset iniquum aliquid aut facinus pessimum, o Judæi, recte vos sustinerem: 15. si vero quæstio est de verbo et nominibus et de lege vestra, vos ipsi videritis: judex ego horum nolo esse. 16. Et abegit eos a tribunali. 17. Apprehendentes autem omnes Græci Sosthenem principem synagogæ, percutiebant eum ante tribunal: et nihil eorum Gallioni curæ erat. Hinc rursus viri æquitas monstratur. Cum enim ille verberaretur, non putavit id ipsi contumeliæ esse: adeo petulantes Judæi erant.*

2. Sed superiora repetamus. *Audientes autem resurrectionem mortuorum, alii quidem irridebant, alii vero dixerunt: Audiemus te iterum.* Quanta et quam sublimia audientes, ne attendebant quidem, sed ridebant. Resurrectionem irridebant: nam *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus (1. Cor. 2. 14).* Et sic, inquit, *exiit Paulus de medio eorum. Sic: quomodo? Cum aliis persuasisset, ab aliis vero irrisus fuisset. Secedens autem Athenis, inquit, venit Corinthum. Et invento quodam Judæo, cui nomen Aquila, qui Ponticus erat genere et nuper venerat ex Italia, mansit apud illos et operabatur.* Vide, quomodo lex jam solvi incipiat. Hic enim se postea, Judæus cum esset, totondit in Cenchreïs, et in Syriam proficiscitur cum Paulo. Ponticus cum esset, nec Jerosolymam neque in vicina loca venire festinabat, sed procul erat. Apud illum ergo manet, nec manere erubescit; imo ideo

manet, quasi idoneum nactus diversorium, et quanta regia sibi commodius. Nec rideas hæc audiens, dicente. Ut enim palestra athlete magis competit, quam strata mollis: sic bellatori gladius ferreus, magis quam aureus. *Et operabatur predicans. Erubescant nos, qui etiam sine predicatione vitium otiose. Disputabat autem, inquit, in synagoga per omne sabbatum, suadebatque Judæis et Græcis. Contradicientibus autem eis et blasphemantibus, discessit. Hoc modo sperans illos allicere, discessit. Cur illa relicta domo, prope synagogam habitaturus venit? an non illa de causa? neque enim ibi periculum videbat. Testificans illis. Non jam docet, sed testificatur. Contradicientibus autem illis, inquit, et blasphemantibus, excussis vestibus dixit: Sanguis vester super caput vestrum. Hoc facit, ut non verbo tantum, sed etiam opere terreat: et vehementius disputat, utpote qui multis persuasisset. Mundus, inquit, sum ego: ab hoc ad gentes redam. Et nos igitur rei sumus sanguinis eorum, qui nobis concediti sunt, cum negligimus eos. Itaque cum dicit, De cetero nemo mihi molestus sit (Gal. 6. 17), ut exterreat loquitur: non enim perinde terrebat illos supplicium, ut illud mordebat. Et migrans inde, venit in domum Justi. Transit, volens illis persuadere, quod ad gentes festinet. Crispus autem archisynagogus, inquit, credidit Domino cum tota domo sua. Vide tunc fideles cum tota domo hoc fecisse. Post hæc autem alii quoque multi credentes baptizati sunt. Hunc Crispum dicit archisynagogum, de quo ait: *Nullum alium baptizavi, nisi Crispum et Gaium (1. Cor. 4. 14).* Puto autem hunc et Sosthenem dici, qui vir adeo fidelis fuit, ut percussus fuerit et semper Paulo adfuerit. *Dixit autem, inquit, Dominus per visionem in nocte Paulo: Noli timere, sed loquere.* Ideo multo ibi tempore manet: id enim illi suasit multitudo, sed familiaritas Christi magis. Majus enim tunc erat periculum, multis credentibus et ipso archisynagogo. *Noli timere, inquit. Hoc satis erat ad illum excitandum, quia timere deprehensus fuit; nisi forte non timere sit deprehensus, sed confortetur ut nihil tale patiat. Non enim semper illos male pati sinebat, ne infirmiores evaderent. Nihil enim ita Paulum mœrore afflicebat, ut increduli et contradicentes: hoc ipsis periculis molestius erat. Et ne taceas, inquit, quia multus mihi populus est in hac civitate. Ideo fortasse illi Christus apparet. Gallione autem, inquit, proconsule Achaïæ, insurrexerunt uno animo Judæi in Paulum. Vide, post annum et sex menses insurgunt in eum, quando jam non poterant suis uti legibus. Hoc maxime Corinthios extollebat, quod persuasi essent principem non sese demissurum esse. Non enim idem erat ex contentione vincere, et discere ipsum hæc negotia nihil curare. Et perpendo quam prudens ille esset. Non enim statim respondit, Nihil curo; sed quid? *Si quidem esset iniquum aliquid aut facinus pessimum, o Judæi, recte vos sustinerem; si vero quæstio est de verbis et nominibus et de lege vestra, vos ipsi videritis: judex ego horum nolo esse. Exclusit eos a tribunali. Splendida fuit victoria. Apprehensum***

autem *Sosthenem principem synagogæ*, percusserunt ante tribunal. Et nihil eorum *Gallioni curæ erat*. O turpitudinem, quam subiere! Et nihil eorum, inquit, *Gallioni curæ erat*; etsi totum in ejus contumeliam vergeret. Sed illi quasi potestate accepta percutiunt, pudore affecti, illegitimi furoris opus edentes. Et cur ille non vicissim percussit, etsi potestatem haberet? Sed philosophari edocebantur. Nec vicissim percutit, ut iudex edisceret, quis mansuetior esset. Hoc presentibus non parum profuit: docuit enim horum æquitas, illorumque ferocia, hæc iudicis calculo opus habuisse. At hi omnia citra ordinem faciunt. Nec dixit ille, Non oportet, ne rursus percuterent illum, sed, *Nolo. Iudex enim horum esse nolo*: adeo æquitatis amans erat. Hoc et Pilatus dicebat de Christo: *Accipite eum vos, et secundum legem vestram iudicate* (Joan. 18. 31). Ille secundum legem volebat illos iudicare; illi vero quasi ebrii et furibundi affecti erant. Ideo ille Athenis recessit, *Quia populus illic erat multus*. Percutiebatur, et nihil dicebat.

3. *Mansuetudo commendatur. Contumelia afficiens magis contemnitur, quam contumelia affectus.* — Hunc et nos imitemur: percutientibus mansuetudine vicem rependamus, silentio, patientia. Hæc vulnera sunt graviora; major plaga et molestior est: non enim in corpore, sed in animo percuti grave est. Multos percutimus, sed quia ut amicos, delectantur ipsi; si vero quemvis cum contumelia percusseris, quia cor telegisti, magnum intulisti mœrorem: ita magis corpus percuteamus. Quod autem lenitas magis feriat, quam ferocia, age pro virili demonstramus. Manifesta quidem demonstratio opere fit et experimento: si tamen placet, etiam sermone examinemus, quamvis id jam sæpe fecerimus. In contumeliis nihil ita nos male afficit, ut spectantium calculus: non enim par res est publice contumelia affici, atque seorsim; sed illas facile ferimus contumelias, quæ in deserto, quæ nemino teste vel sciente inferuntur. Sic non contumeliæ natura est, quæ male afficit, sed cum palam infertur: ut si quis publice honoret, et seorsim contumelia afficiat, ei gratiam habebimus. Itaque non in natura contumeliæ dolor est, sed in spectantium calculo, ne hinc in contemptum cadatur. Quid igitur si spectatores pro nobis sint? annon tunc is, qui contumeliam infert, illam accipit, cum spectatores pro nobis calculum ferunt? Dic mihi, utrum contemnunt illi, cumne qui contumeliam infert, an cum qui illam accipit et tacet? Ira certe suggerit illum esse, qui contumeliam accipit. Nunc vero, cum ab animi motu liberi sumus, perpendamus ne tunc abripiamur. Utrum ergo damnamus omnes? Procul dubio contumeliam inferentem; et si minor sit, etiam insanire illum dicemus; si æqualis, desipere; si major, neque sic approbamus. Uter, quæso, approbatione dignus est, qui turbatur, agitur, effertur, contra communem naturam sic affectus; an is qui in tranquillitate degit, in portu et in philosophia multa? annon hic angelo similis est, ille ne homini quidem. Illic namque ne propria quidem potest mala

*Pauli loquendi fiducia.* — Paulus vero non dixit, Nolo: ne vehementiorem redderet judicem; sed rursus libere loquitur his verbis: *Ante tribunal Cæsaris sto: ibi me oportet judicari.* Magna loquendi fiducia. Et vide quomodo illos ratiocinio capit: quasi nimirum sic pro defensione sua loquatur. Me illi semel ejecerunt, et hinc me damnandum putant, quod ostendant me in Cæsarem peccasse: apud illum ipsum, qui læsus est, judicari volo. His dictis subjungit: *Judæis nihil nocui, ut etiam tu melius nosti.* Perstringit illum jam quasi Judæis gratificantem. Deinde postquam perstrinxerat, rursus solvit sermonem, addens: *Itaque si quidem injuste egi, vel dignum aliquid morte feci, non recuso mori.* Contra me sententiam fero, inquit. Hoc non est sese occidentis, sed valde dictis suis fidentis: nam cum loquendi fiducia adsit, oportet justitia ad confutandum. *Si autem nihil est eorum, de quibus illi accusant, nemo potest me donare.* Etiam si velit, inquit, non poterit. Non dixit, Non dignus sum qui moriar, neque, Qui absolvar; sed, Paratus sum judicari apud Cæsarem: simul somnii memor, fidentius provocat. Neque dixit, Tu, sed, *Nemo*; et addidit, *Cæsarem appello*, ne illi contumeliam inferre videatur. *Tunc Festus loquutus cum concilio dixit: Cæsarem appellasti; ad Cæsarem ibis.* Vidistin' quomodo gratificetur? Gratia enim erat, colloqui cum accusatoribus, quod est corrupti animi, et ordineq̄ turbantis. Vide iterum illius prorogatum judicium, et insidias prædicationis occasionem factas. Hæc enim dispensantur, ut facile et cum custodia Jerosolymam adducatur, nemine insidiante: non idem erat illic simpliciter adventare, et cum tali causa venire. Hoc etiam id effecit, ut Judæi illuc convenirent. Deinde iterum moræ sunt, dum ille Jerosolymis versatur: ut discas, etiam cum tempus esset, insidias prævalere non posse, Deo non concedente. *Agrippa autem hic rex et Bernice descenderunt Cæsaream.* Hic Agrippa, qui etiam Herodes, alius est post eum qui Jacobum occidit, ut sit quartus. Vide inimicos vel invito conspirare. Ut vero magna auditorum frequentia esset, in desiderium incidit Agrippa ipsum audiendi: nec utcumque audivit, sed cum apparatu. Et vide defensionem, quam præses profert: *Cum autem ipse appellasset ad Augustum, judicavi mittere illum: de quo quid certum scribam domino, non habeo.* Sic scribit Festus, et traducitur Judaica crudelitas: cum enim hoc præses dicat, suspectum non est. Ideo autem dicit, ut ab eo ipso damnentur Judæi: postquam autem omnes condemnarunt ipsos, tunc ultionem innittit Deus. Observa autem: damnavit Lysias, damnavit Felix, damnavit Festus et ii qui gratificabantur eis, damnavit Agrippa. Quid ultra? Damnaverunt eos ipsi Pharisei. Quod ille damnaverit, audi ipsum dicentem: *Nullam causam deferebant, ex quibus ego suspicabar.* Certe utulerunt, sed non convicerunt: insidia namque et facinus

hanc suspicionem pariebant, inquisitio autem nihil tale. *Et de quodam Jesu, inquit, defuncto.* Jure dicit, *De quodam*, utpote qui magistratum gereret, neque hæc curaret. Eadem de causa dicit: *Hæsitans ego de hujusmodi quæstione.* Etenim talium rerum inquisitio talis judicis aures vere transcendebat. Et si hæsitans, cur Jerosolymam trahis? Ideo Paulus ejus judicium detrectans, Cæsaremque appellans, dicit: *Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet judicari*; etenim de hoc accusabant. Audis appellationem? audis insidias Judæorum? audis seditionem?

4. Hæc omnia Agrippam ad audiendi desiderium concitarunt. Et dat Festus gratiam, et fit postea Paulus clarior. Talia, ut dixi, insidiæ conciliarunt. Si hæc non fuissent, nullus principum ipsum audire dignatus esset, nullus cum tanto silentio. Et videtur quidem ille docere et sese defendere, sed potius cum dignitate magna concionatur. Ne ergo putemus rem gravem insidias esse.

*Nemo læditur nisi a seipso. Rapinam insectatur.* — Modo nobis ipsis non insidiamur, nemo nobis insidiari poterit; imo insidiantur quidem, sed nihil nocent, sed maxime prosunt. Itaque penes nos est, et malo affliri et non affliri. Ecce testificor et magna tubaque clariore voce dico, et si liceret in altum locum ascendere, non recusarem: Christianum non posse a quovis homine in terra habitante lædi. Et quid dico, homine? Ne ipse quidem dæmon, vel tyrannus, vel diabolus potest, nisi se ipse lædat. Si ergo quis nobis malum inferre velit, incasum tentabit. Sicut enim angelam nullus in terra homo lædat, sic nec homo hominem. Sed neque ipse alium lædere poterit, donec bonus erit. Quid ergo huic par esse possit, quem nullus lædere, qui nullum lædere valeat? nam hoc non minus illo est, quod nullum lædere velit. Ergo angelus quidam est et Deo similis. Talis enim et Deus est; sed ille natura, hic proposito. Neque ergo lædi, neque lædere potest. Illud vero, non potest, ne putes imbecillitatis esse (contrarium enim imbecillitas est); sed non esse capacem dico. Illa quippe natura nec damnum accipit, nec infert: nam hoc aliud damnum esset. Etenim non alio nos ipsos modo lædimus, quam alios lædendo, et maxima peccata nostra ex damno nobis importato fiunt. Ideo ergo Christianus lædi nequit, quod lædere non possit. Quomodo alios lædentes nos ipsos lædamus, age, res singulas pervadentes, dictum exploremus. Lædat quis, contumelia afficiat, rapiat: quem læsit? nonne prius seipsum? Nulli certe non manifestum est. Læso enim in pecuniis damnum est, huic in anima: nam hujus anima in perniciem et supplicium datur. Rursus invidet alter: quem is læsit? nonne, quæso, seipsum? Talis est enim injustitiæ natura, quæ si gignentem millies lædat, alium vero parum; imo huic etiam prosit. At nihil fide dignum dixerim. Esto igitur (in his enim maxime totum consistit) pauper tantillum habens pecuniæ, et necessario instructus cibo; alius vero dives et opulentus, potestate valens, qui ea quæ sunt pauperis rapiat, nudum illum reddat et famelicum; illè vero ex iis, quæ

Ἰουδαίων, καὶ τῆς τιμῆς τῆς παρ' αὐτῶν, ὀρθῶς ἀπεκρίνατο· ἐπειδὴ δὲ ἐγένετο ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ οὗτος χαρίζεται· αὐτοῖς· οὐκ ἀπλῶς δὲ χαρίζεται, ἀλλὰ μετὰ ἀπάτης τοῦτο ποιεῖ· καὶ ὅπως, ἀκουε· ἐπάγει γάρ· *Θέλεις εἰς Ἱεροσόλυμα ἀναβᾶς, ἐκεῖ περὶ τούτων κρῖνεσθαι ὑπὲρ ἐμοῦ;* Ὡσεὶ ἔλεγεν· Οὐχὶ αὐτοῖς δίδωμί σε, ἀλλ' αὐτὸς κριτὴς ἔσομαι. Τοῦτο δὲ λέγει, καὶ αὐτὸν ποιεῖ κύριον, ἵνα τῇ τιμῇ αὐτὸν χαλάσῃ· ἐπειδὴ εἰ ἦν ἀπόφασις, καὶ πάνυ ἀναίσχυντον ἔδοκει, μηδὲν ἐνταῦθα ἐλεγχθέντα ἐκεῖ θέλειν ἀπάγειν.

Ὁ δὲ Παῦλος οὐκ εἶπεν, Οὐ βούλομαι, μὴ ποτε καὶ σφοδρότερον ποιῆσιν τὸν δικαστὴν, ἀλλὰ πάλιν παρήρσιάζεται, καὶ φησὶν· *Ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἐστὼς εἰμι, οὐ με δεῖ κρῖνεσθαι. Μεγάλη ἡ παρῆρσις. Καὶ ὅρα πῶς αὐτοὺς συλλογίζεται· μονονοχὶ γὰρ τοῦτο λέγει δι' ὧν ἀπολογεῖται· Ἐξέβαλόν με ἀπᾶς αὐτοὶ, καὶ τοῦτο νομίζουσι κατακρίνειν, τῷ δεικνύειν, ὅτι εἰς Καίσαρα ἤμαρξον· ἐπ' αὐτοῦ βούλομαι κριθῆναι τοῦ ἰδικημένου. Οὕτως εἶπὼν, ἐπάγει· Ἰουδαίους οὐδὲν ἠδίκησα, ὡς καὶ σὺ κάλλιον ἐπιγνώσκεις. Καθήψατο αὐτοῦ λοιπὸν ὡς καὶ χαριζομένου. Ἔτα ἐπεὶ καθήψατο, πάλιν ἐκλύει τὸν λόγον, ἐπάγων· *Εἰ μὲν οὖν ἀδικῶ, ἢ ἀξιὸν τι θανάτου πέπραχα, οὐ παραιτοῦμαι τὸ ἀποθῆναι.* Κατ' ἐμαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐκφέρω, φησὶν. Τοῦτο οὐ θανατῶντος, ἀλλὰ σφόδρα θαρβρόντος ἐστίν, οἷς ἐλάλει· μετὰ γὰρ τῆς παρῆρσιος καὶ τὴν δικαιολογίαν εἶναι δεῖ, ὥστε ἐντρέψαι. *Εἰ δὲ οὐδὲν ἐστὶν ὧν κατηγοροῦσί μου, οὐδεὶς με δύναται χαρίσασθαι.* Κἂν θέλῃ, φησὶν, οὐ δυνήσεται. Οὐκ εἶπεν, Οὐκ ἀξιὸς εἰμι ἀποθάνειν, οὐδὲ, Ἀπολυθῆναι, ἀλλ', Ἐτοιμος κρῖνεσθαι ἐπὶ Καίσαρος· ἅμα καὶ τοῦ ὄνειρατος μνησθεῖς, μᾶλλον ἐθάρβησεν ἐπικαλέσασθαι. Καὶ οὐκ εἶπε, Σὺ, ἀλλ', Οὐδεις· καὶ προσέθηκε, *Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι*, ὥστε μὴ εἶναι εἰς ἐκεῖνον τὴν ὕβριν. *Τότε ὁ Φῆστος συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου, ἀπεκρίθη· Καίσαρα ἐπικέκλησαι· ἐπὶ Καίσαρα πορεύσῃ.* Εἶδες πῶς χαρίζεται; Τοῦτο γὰρ χάρις ἐστὶ, τὸ συλλαλεῖν μετὰ τῶν κατηγορῶν, ὃ διεσφαρμένης γνώμης ἐστὶ, καὶ συγχεύσεως τὴν τάξιν. Ὅρα πάλιν ἐκτεινομένην αὐτοῦ τὴν δίκην, καὶ τὴν ἐπιβουλήν ἀφορμὴν τοῦ κηρύγματος γινόμενῃν. Ταῦτα γὰρ οἰκονομεῖται, ὥστε μετὰ εὐκολίας καὶ φυλακῆς ἀπενεχθῆναι αὐτὸν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ὑπὸ μηδενὸς ἐπιβουλεύομενον· οὐ γὰρ ἦν ἴσον ἀπλῶς παραγενέσθαι, καὶ ἐπὶ αἰτία τοιαύτη. Τοῦτο καὶ συναθεῖν ἐποίησεν Ἰουδαίους ἐκεῖ. Ἔτα πάλιν χρόνος γίνεται ἐνδιατριβόντος αὐτοῦ τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἵνα μάθῃς, ὅτι καὶ χρόνου γενομένου, οὐδὲν τὰ τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῷ ἰσχύει, τοῦ Θεοῦ μὴ συγχαροῦντος. *Ἀγρίππας δὲ οὗτος ὁ βασιλεὺς καὶ Βερνίκη κατήντησαν εἰς Καισάρειαν.* Οὗτος ὁ Ἀγρίππας ὁ καὶ Ἡρώδης, ἑτερός μοι δοκεῖ, ὡς εἶναι τέταρτον τοῦτον μετ' ἐκεῖνον τὸν ἐπὶ Ἰακώβου. Ὅρα τοὺς ἐχθροὺς συμπράττοντας ἀκοντας. Ὅστε δὲ μέγα γενέσθαι τὸ ἀκροατήριον, εἰς ἐπιθυμίαν ἐνέπεσον [384] ὁ Ἀγρίππας τῆς ἀκρόασις· καὶ οὐκ ἀπλῶς ἀκούει, ἀλλὰ μετὰ παρασκευῆς. Καὶ ἴδε τὴν ἀτολγίαν, ἣν ὁ ἀρχὼν φησὶ· *Καὶ αὐτοῦ δὲ τούτου ἐπικαλεσαμένου τὸν Σεβαστὸν, ἔκρινα πέμπειν αὐτὸν, περὶ οὗ ἀσφαλές τι τῷ κυρίῳ γράψαι οὐκ ἔχω.* Οὕτω γράφει ὁ Φῆστος, καὶ ἐκπομπεύεται ἡ ὁμότης ἡ Ἰουδαϊκῆ· ὅταν γὰρ ταῦτα ὁ ἀρχὼν λέγῃ, ἀνύποπτός ἐστι. Διὰ τοῦτο*

<sup>a</sup> Locum apud Montf. quibusdam mutilum, ex uno cod. restituisimus, nonnullaque infra ex varlis subsidiis correximus. E.δτ.

δὲ λέγει ὅ, ὥστε καὶ παρ' αὐτοῦ καταγνώσθηναι τοὺς Ἰουδαίους· μετὰ δὲ τὸ πάντας αὐτῶν καταψηφίσασθαι, τότε ἐπόγει τὴν κόλασιν ὁ Θεός. Σκόπει δὲ· κατέγνω Λυσίας, κατέγνω Φῆλιξ, κατέγνω Φῆστος καὶ οἱ χαριζόμενοι αὐτοῖς, κατέγνω Ἀγρίππας. Τί λοιπὸν; Κατέγνωσαν αὐτῶν καὶ οἱ Φαρισαῖοι. Καὶ ὅτι κατέγνω, ἀκουε αὐτοῦ λέγοντος· *Οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον ὧν ὑπερόουον ἐγώ.* Καὶ μὴν ἠνεγκαν, ἀλλ' οὐκ ἠλεγξαν· ἡ μὲν γὰρ ἐπιβουλή καὶ τὸ τὸλμημα, τοῦτο ὑποπτέυειν εἰδίδου· ἡ δὲ ἐξέτασις οὐδὲν τοιοῦτον. *Καὶ περὶ τινας, φησὶν, Ἰησοῦ τεθνηκότος.* Εἰκότως *Περὶ τινας* λέγει, ἅτε ἀνθρωπος ἐν ἀρχῇ ὧν, καὶ τούτων οὐ φροντίζων. Ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας ὁ καὶ τὸ, Ἀπορούμενος ἐγώ, εἶπεν, *εἰς τὴν περὶ τούτων ἐξέτασιν.* Καὶ γὰρ ὄντως τοιοῦτου δικαστοῦ ὑπερέβαιναν ἀκοῆς ἡ τῶν τοιούτων ζήτησις. Καὶ εἰ ἐν ἀπορίᾳ εἶ, τί εἰς Ἱεροσόλυμα ἔλκεις; Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος οὐκ ἀξιῶν ὑπ' αὐτοῦ κρῖνεσθαι, Καίσαρα ἐπικαλεῖται, λέγων· *Ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἐστὼς εἰμι, οὐ με δεῖ κρῖνεσθαι* καὶ γὰρ περὶ τούτου ἐνεκάλου. Ἀκούεις ἔφεςιν; ἀκούεις ἐπιβουλήν Ἰουδαίων; ἀκούεις στάσιν;

δ. Ταῦτα πάντα τὸν Ἀγρίππαν εἰς ἐπιθυμίαν ἐξήγειρεν ἀκούοντα. Καὶ δίδωσιν ὁ Φῆστος τὴν χάριν, καὶ γίνεται λοιπὸν λαμπρότερος ὁ Παῦλος. Τοιαῦτα, ὅπερ ἔφη, αἰ ἐπιβουλαὶ προσέβησαν. Εἰ μὴ ταῦτα ἦν, οὐδεὶς ἂν τούτων κατηξίωσεν ἀκούσαι αὐτοῦ τῶν ἀρχόντων, οὐδεὶς ἂν μετὰ τοσαύτης ἡσυχίας καὶ σιγῆς. Καὶ δοκεῖ μὲν διδάσκειν καὶ ἀπολογεῖσθαι, δημηγορεῖ δὲ μᾶλλον μετὰ πολλῆς τῆς εὐταξίας. Μὴ δὴ χαλεπὸν τι πρᾶγμα νομίσωμεν τὰς ἐπιβουλάς. Ἔως ἂν ἑαυτοῖς μὴ ἐπιβουλεύωμεν, οὐδεὶς ἡμῖν ἐπιβουλεύσει· δυνήσεται· μᾶλλον δὲ ἐπιβουλεύουσι μὲν, οὐδὲν δὲ βλάπτουσι, ἀλλὰ καὶ ὠφελοῦσιν ἡμᾶς τὰ μέγιστα· ὥστε ἡμεῖς ἑαυτῶν κύριοι καὶ τοῦ παθεῖν κακῶς καὶ τοῦ μὴ παθεῖν. Ἰδοὺ διαμαρτύρομαι καὶ μεγάλη λέγω τῇ φωνῇ καὶ σάλπιγγος τρανότερον, καὶ εἰ ἦν ἐφ' ὑψηλοῦ ἀναβάντα βοῆσαι ὁ, οὐκ ἂν παρητησάμην, ὅτι τὸν Χριστιανὸν οὐδεὶς ἀνθρώπων τῶν οἰκούντων τὴν γῆν βλάψαι δυνήσεται. Καὶ τί λέγω, ἀνθρώπων; Οὐδὲ αὐτὸς ὁ δαίμων, ὁ τύραννος, ὁ διάβολος, ἂν μὴ αὐτὸς ἑαυτὸν ἀδικήσῃ· κἂν ὅτιοῦν τις ἡμᾶς κακὸν ἐργάσασθαι βουλήθῃ, μάτην περιάσεται. Ὅσπερ γὰρ ἀγγελον οὐδεὶς ἂν βλάψαι ἐπὶ γῆς ὄντα ἀνθρώπων, οὐδὲ οὕτως ἀνθρώπος ἀνθρώπων. Ἄλλ' οὐδὲ αὐτὸς ἕτερον βλάψαι δυνήσεται, ἕως ἂν ἡ ἀγαθός. Τί οὖν ἂν τούτου γένοιτο ἴσον, ὅταν μήτε βλαθῆναι δύνηται, μήτε βλάψαι ἕτερον; Τοῦτο γὰρ ἐκεῖνον οὐκ ἔλαττον, τὸ μὴ βούλεσθαι βλάπτειν ἕτερον. [385] Ἄρα ἀγγελός τις ἐστὶ καὶ Θεῶ ὅμοιος. Τοιοῦτος γὰρ καὶ ὁ Θεός· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν φύσει, οὗτος δὲ προαιρέσει. Οὕτε οὖν βλαθῆναι δύναται, οὔτε βλάψαι ἕτερον. Τὸ δὲ, οὐ δύναται, μὴ ἀδυναμίας νομίσης (τοῦναντίον γὰρ ἀδυναμία)· ἀλλὰ τὸ ἀνένδεκτον λέγω. Ἡ γὰρ φύσις ἐκείνη οὔτε βλάβης ἐστὶ δεκτικῆ, οὔτε τοῦ ἀδικεῖν ἕτερον· ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἕτερα βλάβη. Ἄλλως γὰρ ἑαυτοῦς οὐ βλάπτωμεν, ἢ τῷ βλάπτειν ἕτερον, καὶ τὰ μείζονα τῶν ἀμαρτημάτων ἡμῶν ἐκ τῆς εἰς ἡμᾶς ἀδικίας οὕτω γίνεται. Ὅστε καὶ διὰ τοῦτο ὁ Χριστιανὸς οὐ δύναται βλάπτεσθαι, ὅτι οὐδὲ βλάπτειν δύναται. Πῶς δὲ ἑτέρους βλάπτοντες ἑαυτοῦς βλάπτωμεν, φέρε καθ' ἕκαστον τῶν πραγμάτων προχειρισάμενοι τὸν λόγον γυμνάσωμεν τὸ λεγόμενον. Ἀδικεῖτω τις, ὑβρίζετω, πλεονεκτεῖτω· τίνα ἄρα ἔβλαψεν οὗτος; οὐκ ἑαυτὸν πρότερον; Παντί που δήλον. Τῷ

<sup>b</sup> Hæc, διὰ τοῦτο δὲ λέγει, desunt in uno codice. <sup>c</sup> Hæc, ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας, absunt a quibusdam mss. <sup>d</sup> Tres codd., τῶν ὑψηλῶν ἀναβάντα βοῆσαι.

μὲν γὰρ εἰς χρήματα ἢ ζῆμια, αὐτῷ δὲ εἰς ψυχὴν· καὶ γὰρ εἰς ἀπώλειαν καὶ εἰς κόλασιν παραδίδεται τοῦ τοιοῦτου ἢ ψυχῆ. Πάλιν φθονεῖται ἕτερος· τίνα οὖν ὁ τοιοῦτος ἠδίκησεν; οὐχ ἑαυτὸν, εἰπέ μοι; Τοιαύτη γὰρ ἡ τῆς ἀδικίας φύσις· τὸν τίκτοντα πρῶτον βλέπτει μωρία, μικρὰ δὲ ἕτερον, μᾶλλον δὲ οὐδὲ μικρὸν βλέπτει, ἀλλὰ καὶ ὠφελεί. Ἄλλ' οὐδὲν ἀξιόπιστον εἰρηκα. Ἔστω τοίνυν (μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐστὶ τὸ πᾶν) πένης χρήματα ἔχων ὀλίγα καὶ τῆς ἀναγκαίας εὐπορῶν τροφῆς, ἕτερος δὲ πλούσιος καὶ εὐπορος καὶ πολλὴν ἔχων δύναμιν, καὶ λαμβανέτω τὰ τοῦ πένητος λοιπὸν καὶ γυμνὸν ποιεῖτω καὶ παραδιδότω λιμῶν, αὐτὸς δὲ ἐντροφάτω τοὺς ἐξ ἐκείνου ληφθεῖσιν ἀδίκως· ὁ τοιοῦτος οὐ μόνον οὐδὲν αὐτὸν ἐβλαψεν, ἀλλὰ καὶ ὠφέλησεν, ἑαυτὸν δὲ οὐ μόνον οὐκ ὠφέλησεν, ἀλλὰ καὶ ἐβλαψε. Πῶς; Πρῶτον μὲν ὑπὸ τοῦ συνειδότης μαρτυζόμενος τοῦ πονηροῦ, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν κεντούμενος, καὶ παρὰ πάντων καταγνωσκόμενος· ἐπειτα ἐν τῷ μέλλοντι κρίματι. Ἄλλ' ὅτι μὲν οὗτος βλέπτεται, ὅθλον ἐντέθεινεν κατέστη· πῶς δὲ ὠφελείται ἐκεῖνος, εἰπέ. Ὅτι τὸ κακῶς παθεῖν καὶ φέρειν γενναίως, μέγα κέρδος ἔχει· ἐστὶ γὰρ ἀμαρτημάτων λύσις τὸ παθεῖν κακῶς, ἐστὶ φιλοσοφίας γυμνάσιον, ἐστὶν ἀρετῆς διδασκαλία. Ἰδωμεν οὖν τίς ἐν κακοῖς, οὗτος ἢ ἐκεῖνο· Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἀνὴρ φιλόσοφος, γενναίως οἶσει· οὗτος δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τρόμῳ ἔσται καὶ ὑποψία· τίς οὖν ἀδικεῖται, οὗτος ἢ ἐκεῖνος; Μύθους λέγεις, φησὶν· ὅταν γὰρ τις μὴ ἔξη φαγεῖν, καὶ ἀναγκάζηται ἀποδύρεσθαι· καὶ ἀποδυσπετεῖν, ἢ προσελθὼν ἐπαιτεῖν καὶ μὴ λάβῃ, οὐχὶ καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα προσαπολλύει; Μύθους οὐ λέγεις· ἐγὼ γὰρ ἐπιδεικνύω πράγματα. Εἰπέ γὰρ μοι, οὐδεὶς τῶν πλουτουμένων ἀποδυσπετεῖ; Τί οὖν; μὴ ἡ πενία αἰτία τούτου; Ἄλλὰ οὐ λιμῶνται; Καὶ τί τούτου; Μείζων ἢ δίχη, ὅταν μετὰ πλοῦτου τούτου ποιῇ. [386] Οὕτε γὰρ πλοῦτος γενναῖον ποιεῖ, οὔτε ἀσθενῆ πενία· ἐπὶ οὐδεὶς ἂν τῶν ἐν πλοῦτῳ ζώντων μοχθηρὸν ἔξη βίον, οὐδ' ἂν ἑαυτῷ κατηράσαστο οὐδεὶς τῶν ἐν πενίᾳ. Ὅτι δὲ ἐν τῷ μύθῳ τὰ παρ' ὑμῶν, ἐκείθεν ὑμῖν ποιήσω φανερόν. Εἰπέ μοι, ὁ Παῦλος ἐν πενίᾳ ἦν, ἢ ἐν πλοῦτῳ; ἔλιμωτεν, ἢ οὐχί; Αὐτοῦ ἐστὶν ἀκοῦσαι λέγοντος· Ἐν λιμῶν καὶ δίχῃ. Οἱ προφηταὶ ἐλιμωτοῦν, ἢ οὐχί; Κάκεινοι ἀπεδυσπέτου. Πάλιν Παῦλόν μοι φέρει, πάλιν τοὺς προφήτας, δέκα καὶ εἰκοσὶν ἀνθρώπους. Ἄλλὰ πόθεν βούλει; Ἀπὸ τῶν πολλῶν, φησὶ, δεῖξόν μοι τίνας φέροντας γενναίως. Ἄλλὰ τὸ σπᾶνιον ἀεὶ τοιοῦτον, καὶ ὀλίγοι οἱ καλοὶ. Εἰ βούλει δὲ, καὶ καθ' ἑαυτὸ τὸ πρᾶγμα ἐξετάσωμεν. Ἰδωμεν τίνος ἢ φροντίς μεζῶν καὶ δριμυτέρᾳ, καὶ τίνος εὐφορωτέρᾳ. Οὐχ ὁ μὲν ὑπὲρ τῆς ἀναγκαίας μεριμνᾷ τροφῆς, ὁ δὲ ὑπὲρ μυρίων πραγμάτων ταύτης ἀφέμενος; Οὐ δέδοικεν ὑπὲρ λιμοῦ ὁ πλούσιος, ἀλλ' ὑπὲρ ἐτέρων δέδοικε· πολλάκις ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῆς. Οὐκ ἔχει τὴν ἀμεριμνίαν τῆς τροφῆς ὁ πένης, ἀλλ' ἔχει τὴν ἐτέραν ἀμεριμνίαν, τὴν ἀσφάλειαν, τὴν ἡσυχίαν, τὴν ἀδειαν.

ε'. Ἄλλως δὲ, εἰ μὴ κακὸν τὸ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καλὸν, διὰ τί αἰσχυνόμεθα; διὰ τί ἐγκαλυπτόμεθα; διὰ τί ὀνειδίζόμενοι ἀγανακτοῦμεν καὶ δυσχεραίνομεν; Εἰ μὴ καλὸν τὸ ἀδικεῖσθαι διὰ τί ἐναθρονοῦμεθα καὶ ἐγκαλλωπιζόμεθα τῷ πράγματι, καὶ δικαιολογούμεθα ἐν τούτῳ; Θέλεις μαθεῖν πῶς τούτου ἐκείνου βέλτιον; Ὅρα τοὺς ἐν τούτῳ,

ὄρα τοὺς ἐν ἐκείνῳ. Διὰ τί νόμοι; διὰ τί δικαστήρια; διὰ τί τιμωρίαι; οὐχὶ δι' ἐκείνους ὡς νοσοῦντας καὶ κάμνοντας; Ἄλλ' ἢ ἡδονὴ πολλή, φησὶ. Μὴ εἰπώμεν τὰ μέλλοντα· τὰ παρόντα ἐξετάσωμεν. Τί χεῖρον ἀνδρὸς τοιαύτην ἔχοντος ὑποψίαν; τί σφαλερώτερον; τί σαθρότερον; οὐκ ἐν ναυαγίῳ διαπαντός ἐστι; Κἂν δίκαιόν τι πράττη, οὐ πιστεύεται, ἀπὸ τῆς δυνάμεως καταδικαζόμενος παρὰ πάντων· πάντας γὰρ τοὺς συνοικούντας κατηγόρους ἔχει· οὐ φιλία χρήσασθαι δύναται· οὐδεὶς γὰρ ἂν ἔλοιτο ταχέως τοιαύτην δόξαν ἔχοντος ἀνθρώπου γενέσθαι φίλος, ὥστε μὴ κοινωνήσῃ αὐτῷ τῆς ὑποψίαις. Καθάπερ θηρίον, οὕτω πάντας ἀποστρέφονται· καθάπερ λυμῶνα καὶ ἐχθρὸν καὶ ἀνδροφόνον καὶ τῆς φύσεως πολέμιον, τὸν ἄδικον ἀνθρώπου. Ἄν εἰς δικαστήριον ἐμπέσῃ, οὐδὲ κατηγόρου δεῖται ὁ ἠδίκηκός, τῆς δόξης ἀντὶ παντός κατηγόρου καταδικαζούσης αὐτόν. Ἄλλ' οὐχ ὁ ἀδικούμενος οὕτως, ἀλλὰ πάντας ἔχει προστάτας, συναλογούντας, χεῖρα ὀρίγοντας· ἐπ' ἀσφαλείᾳ ἔστηκεν. Εἰ καλὸν τὸ ἀδικεῖν καὶ ἀσφαλές, ὁμολογεῖται τις εἶναι ἄδικος· εἰ δὲ οὐ τολμᾷ, οὐδέποτε ὡς ἀγαθὸν μετέρχεται; Ἰδωμεν δὲ πῶς καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς, ἂν γένηται τούτο, πόσα γίνεται κακά. Εἰπέ γὰρ μοι, ἂν τι τῶν ἐν ἡμῖν τὸ οἰκτεῖον ὑπερβᾶν μέτρον τοῦ ἐτέρου ἐφίηται, καὶ βουληθῇ ἀφεῖς ὁ σπλῆν τὸν οἰκτεῖον τόπον λαβεῖν τὸ ἀλλότριον μετὰ τοῦ οἰκτεῖου, οὐχὶ νόσος τούτο ἐστὶ; Τὸ ὑγρὸν πάλιν τὸ ἐν ἡμῖν, ὁ χυμὸς, εἰ πάντα πληρώσει, οὐχὶ ὑδερὸς τούτο ἐστὶ; Μετ' ἐκείνου ἢ χολῆ πάλιν εὐρυχωρίαν ζητεῖται, καὶ πανταχοῦ διαχεισθῶ τὸ αἷμα. [387] Τί δὲ ἐν τῇ ψυχῇ ὁ θυμὸς, ἢ ἐπιθυμία, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἂν ὑπερβῇ τὸ μέτρον, οὐχὶ ἑαυτὸν συνδιέφθειρεν; Οὕτω καὶ ἡ τροφή· ἂν ὑπὲρ ὃ δύναται πέπεσθαι προσληφθῇ, νόσοις τὸ σῶμα περιέβαλε. Πόθεν γὰρ αἱ ποδαλγίαι; πόθεν αἱ παρέσεις καὶ ὁ κλόνος τοῦ σώματος; ἄρα οὐκ ἀπὸ τῆς τῶν τροφῶν ἀμετρίας; Πάλιν ἐν τῷ σώματι ἂν πλεῖον βουληθῇ λαβεῖν ὁ ὀφθαλμὸς, ἢ πλεον ἰδεῖν τοῦ ὀρισιμένου θελήσειεν, ἢ μεζῶν ἀναλάβοι φῶς, ἐβλαψε μᾶλλον ἢ ὠφέλησεν τὸ ὑπὲρ μέτρον. Εἰ δὲ ἐνθα ἀγαθὸν τι τὸ φῶς ἐστὶ, ὁ ὀφθαλμὸς εἰ πλεον ἰδεῖν θελήσειεν ἀπόλλυται· ὅταν λαμπρότερον ἰδῇ, ἐνόησον ἐπὶ τοῦ κακοῦ. Ἡ ἀκοή ἂν μεγάλῃ δέξηται φωνὴν, ἀπόπληκτος ἢ διάνοια γίνεσθαι· ὁ νοῦς ἐπειδὴν τὰ ὑπὲρ ἑαυτὴν λογίσσεται, ἐκπληττεται, καὶ ὅπερ ἂν πλεον τοῦ δέοντος γένηται, παραπᾶλλουσι. Τούτο γὰρ πλεονεξία, πλεον ἔχειν τοῦ ὀρισιμένου. Οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ χρημάτων, ὅταν βουλώμεθα ἐπιτιθέναί φορτίς πλείονα, εἰ καὶ μὴ αἰσθανόμεθα, χαλεπὸν ἐν ἑαυτοῖς τρέφομεν τὸ θηρίον, πολλὰ ἔχοντες, πολλῶν δεδόμενοι, φροντίσι μυρίασι περιβάλλοντες ἑαυτούς, πολλὰς τῷ διαδόλῳ παρέχοντες λαθᾶς. Διὰ τούτου οὐδὲ χρεια καμῶτον ἐπὶ τῶν πλουτουμένων τῷ διαδόλῳ· ἔτοιμος γὰρ αὐτῷ πρὸς καταφορὰν ἀπὸ τοῦ πλοῦτου μάλιστα γίνονται. Ἄλλ' οὐκ ἐπὶ τῶν πενία συζώντων, ἀλλὰ πᾶν τὸ ἐναντίον. Οὕτω; αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ ἀπόλλουσι τὰ πράγματα. Διὸ παρακαλῶ ἀπέχεσθαι τῆς τούτων ἐπιθυμίας, ἵνα δυναθῶμεν διαδράναι τὰς τοῦ πονηροῦ παγίδας, καὶ ἀρετῆς ἐπιλαβόμενοι τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξας, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΝΒ.

Τῇ οὖν ἑκατέρῳ ἐλθόντος τοῦ Ἀγρίππα καὶ τῆς Βερνίκης μετὰ πολλῆς φαντασίας, καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸ ἀκροατήριον σὺν τοῖς χιλιάρχοις καὶ ἀνδράσι τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι τῆς πόλεως, καὶ κλεύσαντος τοῦ Φήστου, ἤχηθ' ὁ Παῦλος.

α'. Ὅρα οἷον συλλέγεται ἀκροατήριον τῷ Παύλῳ· τοῖς

κατ' ἐξοχὴν, φησὶ, τῆς πόλεως· τοὺς δορυφόρους γὰρ πάντας συναγαγὼν ὁ ἄρχων καὶ ὁ βασιλεὺς, οὕτως ἀπαντῶσι. Σὺ, αὐτοῖς δὲ καὶ οἱ χιλιάρχοι καὶ οἱ πρῶτοι τῆς πόλεως παραγεγόνασιν· τούτους γὰρ κατ' ἐξοχὴν καλεῖ. Εἶτα καὶ Παῦλος ἀγεται· καὶ ὄρα, πῶς αὐτοῦ ἀχθέντος

Injuste ipsi rapuit, in deliciis vivat : hic non modo pauperem non læsit, sed etiam ipsi profuit; sibi vero non modo non profuit, sed etiam damnum intulit. Quomodo? Primo quidem a mala conscientia verberatus, et quotidie cruciatus, ab omnibus damnatus; deindeque in futuro iudicio. Sed quod hic lædatur, hinc palam est; quomodo autem ille utilitatem accipit, dicas. Quia male affici et fortiter ferre; magnum habet lucrum: est enim peccatorum solutio, graviter affligi, est philosophiæ gymnasium, virtutis doctrina. Videamus ergo uter in malis sit, hic an ille. Ille quidem si philosophus sit, fortiter feret; hic vero quotidie in tremore et suspicione erit: uter ergo læditur, hic an ille? Fabulas narras, inquires: quando quis quod edat non habet, et lamentari mendicareque cogitur, nec accipit, nonne simul et corpore et anima perit? Imò fabulas tu narras; ego res ipsas commonstro. Dic enim mihi, nullusne divitum fert cruciatum? Quid igitur? an id ex paupertate provenit? Sed non esurit? Et quid hoc est? Major erit ultio, quando cum divitiis hoc fecerit. Neque enim divitiæ fortem reddunt, neque paupertas imbecillum; alioqui nullus opulentorum miseram ageret vitam, nullusque pauperum sibi malediceret. Quod vero sermones vestri vere fabula sint, hinc palam faciam. Paulusne in divitiis erat, an in paupertate? fame laborabat, annon? Ipsum audire licet dicentem, *In fame et siti* (2. Cor. 11. 27). Prophetæ esuriebant? annon? Illi quoque in malis erant. Rursus Paulum mihi profers, rursus prophetas, decem aut viginti homines. Sed unde vis? Ex multitudine, inquires, ostende mihi quosdam qui fortiter ferant. Sed rarum semper hoc est, pauci boni sunt. Si vis autem, rem in seipsa examinemus. Videamus cujus sollicitudo major sit et gravior, cujus levior. Nonne hic pro necessario alimento sollicitus est, ille pro innumeris rebus ipsum cibum relinquit? Non famem timet dives, sed alia formidat; sæpe pro salute timet. Non vacat cibi sollicitudine pauper, sed aliis vacat sollicitudinibus, securitatem habet, quietem, tranquillitatem.

5. Alioquin vero, si injuste agere malum non est, sed bonum, cur confundimur? cur erubescimus? cur probris affecti indignamur, ægre ferimus? Si non bonum est injuste affligi, cur ea de re gaudemus et gloriamur, et nos justificamus ea de causa? Vis discere quomodo hoc illo sit melius? Vide ambos, hunc et illum. Cur leges sunt? cur tribunalia? cur supplicia? nonne propter illos ut ægrotantes? Sed multa voluptas est, inquires. Futura prætereamus, presentia exploremus. Quid miserius homine talem habente suspicionem? quid ad ruendum proclivius? quid pu-

tidius? annon semper in naufragio est? Si quid juste fecerit, non creditur, ob facultates ab omnibus damnatus; omnes enim contubernales accusatores habet; non amicitia uti potest; nemo quippe facile velit tantæ gloriæ hominis amicus esse, ne ejus male sit famæ consors. Illum ut feram omnes aversantur, ut perniciosum, inimicum, homicidam, naturæ hostem, injustum hominem. Si ad tribunal incidat is qui injuria affecit, non opus erit accusatore, fama ipsum magis quam accusatore quopiam condemnante. At non ita se habet is, qui injuste affligitur; sed omnes habet patronos, condolentes, manum porrigentes; in securitate stat. Si bonum est et tutum injuste agere, fateatur quis se injustum esse: sed si non audet, cur ergo hoc ut bonum aggreditur? Videamus porro, quomodo etiam in nobis ipsis si hæc flant, quot inde mala. Dic, quæso, si quid in nobis, superato modo suo, alterum invadat, si splen, relicto loco suo, alienum velit cum suo arripere, annon hoc morbus erit? Humidum item quod in nobis est si omnia impleat, nonne hydropisis erit? Præterea bilis latitudinem quærat, et ubique diffundatur sanguis. Quid autem in anima ira, concupiscentia et reliqua omnia, si transgrediantur mensuram, nonne se simul perdunt? Ita et cibus: si plus quam concoqui possit sumatur, morbis corpus infestat. Unde namque podagra? unde paralysis et agitatio corporis? annon ex immoderato cibo? Rursus in corpore si plus velit oculus accipere, et plus videre quam definitum sit, vel si majorem accipiat lucem; quod supra mensuram est magis nocet, quam prosit. Si vero, cum lux bona sit, oculus, qui plus quam par sit vult videre, perit: quando quid splendidius respicit, cogita quantum sit malum. Auditus si magnam excipiat vocem, mens percellitur: mens si ea quæ se superant cogitet, attonita est, et id quod modum exsuperat perdit. Hoc est enim avaritia quam *πλεονεξία* vocant, plus habere, quam constitutum sit. Sic et in pecuniis cum volumus majorem sarcinam imponere, licet non sentiamus, gravem in nobis alimus feram, multa habentes, multis egentes, innumeris nos curis implicantes, multas diabolo ansas præbentes. Ideo in divitibus diabolus non opus habet labore: nam capti faciles illi sunt a divitiis. At non sic in pauperibus, imo contrarium. Ita res ipse per se perdunt. Quare rogo ab harum concupiscentia absteineamus, ut possimus maligni laqueos effugere, et apprehensa virtute æterna consequi bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA LII.

CAP. 25. v. 23. *Postera autem die cum venisset Agrippa et Bernice cum multa ambitione, et introissent in auditorium cum tribunis et viris principalibus civitatis, jubente Festo, adductus est Paulus.*

4 Vide qualis frequentia a Paulo congregetur: *Cum viris, inquit, principalibus civitatis: omnibus*

enim convocatis satellitibus praefectus et rex accedunt. Cum ipsis etiam tribuni et primores civitatis adfuerunt: hos enim principales vocat. Et vide, quomodo ipse ductus predicatur a Festo: non modo enim illum crimine liberum dicit, sed etiam defendit. Quid dicit? 24. *Agrippa rex, et omnes qui simul*

ad ista nobiscum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Judæorum interpellavit me Jerusalemis et hic, exclamantes non oportere eum amplius vivere. 25. Ego vero comperi nihil dignum morte eum admisisse. Illo autem appellante ad Augustum, judicavi illum mittere. 26. De quo quid certum scribam domino, non habeo. Propter quod produxi eum ad vos, et maxime ad te, rex Agrippa, ut interrogatione facta, habeam quod scribam. 27. Sine ratione enim mihi videtur, mittere vincitum, et causas ejus non significare. Vide quomodo illos quidem accusat, hunc vero absolvit. O justitia copiosa argumenta! Plurima facta perquisitione non invenit præses quomodo condemnet: illi vero morte dignum dicebant. Ideo dicebat ille: Ego vero comperi nihil dignum morte eum admisisse; deinde adjicit: De quo quid certum scribam ad dominum meum, non habeo. Et hoc ex Pauli innocentia prodit, quod judex nihil habeat de illo dicendum. Ideo produxi eum, inquit, ad vos. Sine ratione enim mihi videtur esse, mittere vincitum, et causas ejus non significare. Vide in quantas angustias Judæi principes suos conjece- rint. Quid vero Agrippa? De his volens aliquid discere<sup>1</sup>, Paulo dixit: (Cap. 26.) 1. Permittitur tibi loqui pro temetipso. Ex multo audiendi desiderio illi rex dicere permittit. Paulus vero cum fiducia deinceps loquitur, non adulando; sed ideo se beatum esse dicit, quod ei loquatur, qui omnia sciret: et quod ideo, audi quæ ipse profert: Tunc Paulus extenta manu cepit rationem reddere. 2. De omnibus, quibus accusor a Judæis, rex Agrippa, æstimo me beatum, apud te cum sim defensurus me hodie, 3. maxime te sciente omnes, quæ apud Judæos sunt, consuetudines et quæstiones: propter quod obsecro patienter me audias. Profecto, si male sibi conscius fuisset, turbari oportebat, dum apud eum, qui omnia sciret, causam diceret; sed illud est puræ conscientiæ, non recusare judicem res gestas accurate scientem, sed et gaudere. Unde ille se beatum putat, et dicit: Obsecro patienter me audias. Quia sermonem erat producturus et aliquid de seipso dicturus, ideo præoccupans rogabat, dicens: 4. Et quidem vitam meam a juventute, quæ ab initio fuit in gente mea in Jerusalemis, noverunt omnes Judæi, 5. qui prius noverant me ab initio, si velint testimonium perhibere, quod secundum accuratissimam sectam nostræ religionis vixerim Pharisæus. Id est: Quomodo scditiosus fuerim, tam juvenis et testimonium habens omnium? Deinde id probat a secta, addit enim: Secundum accuratissimam religionis nostræ sectam vixi. Et quia verisimile erat, quosdam dicturos esse: Quid ergo, si secta quidem mirabilis sit, tu vero malus? vide quomodo huic occurrat objectioni: testes enim advocat omnes Judæos, qui ejus vitam et conversationem noverant. Sciunt, inquit, omnes Judæi, qui me prius noverunt, si velint testimonium ferre. 6. Et nunc in spe repromissionis, quæ ad patres nostros facta est a Deo, isto judicio subjectus: 7. in quam duodecim tri-

<sup>1</sup> Hæc, de his volens aliquid discere, desunt in uno Cod

bus nostræ, nocte ac die descipientes, sperant devenire. de qua spe, rex Agrippa, accusor a Judæis. 8. Quid? incredibile judicatur apud vos, si Deus mortuos suscitavit? Duas de resurrectione rationes ponit: alteram a prophetis; et nullum adducit prophetam, sed illam Judæorum esse opinionem dicit; alteram et fortiorum ex rebus ipsis. Quam illam? Quod Christus a mortuis suscitatus se alloquutus sit. Et illud ratiociniis probat, priscam insaniam suam accurate narrans: deinde etiam cum laude Judæorum. Nocte et die colentes, inquit, sperant devocire. Itaque etiam si inculpata vitæ non essem, super his non oporteret judicari, rex Agrippa. Subditur alia ratio. Quid? incredibile judicatur a vobis, si Deus mortuos suscitavit? Nam, si hæc non esset opinio, si in his dogmaticis educati non essent, et nunc ea efferrentur, forsitan quis sermonem non recepisset. Deinde dicit, quomodo persequebatur: quod ad probandum idoneum est. Et principes sacerdotum adducit testes et externas civitates, et quod audierit dicentem sibi: Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Deinde ostendit Dei clementiam quod etiam cum persequeretur ipsum Saulus, ipsi apparuit: Nec mihi solum, inquit, bene fecit, sed et aliis doctorem misit.

2. Ostendit item prophetiam quam audivit. In hoc apparui tibi, eripiens te de populo et gentibus, ad quas misi te. Hæc omnia ostendens dicebat: 9. Et ego quidem existimaveram, me adversus nomen Jesus Nazareni debere multa contraria facere. 10. Quod et feci Jerusalemis, et multos sanctorum ego in carceribus inclui, a principibus sacerdotum potestate accepta: et cum occiderentur detuli sententiam: 11. et per omnes synagogas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare: et amplius insanens in eos, persequebar usque in externas civitates. 12. Inter hæc dum irem Damascum cum potestate et permissu principum sacerdotum, 13. die media in via vidi, rex, de caelo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen, et eos qui mecum simul erant. 14. Omnesque nos cum decidissemus in terram, auditus vocem loquentem mihi Hebraica lingua: Saule, Saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare. 15. Ego autem dixi, Quis es, Domine? Ille autem dixit: Ego sum Jesus, quem tu persequeris. 16. Sed exsurge et sta super pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, ut constituam te ministrum et testem eorum quæ vidisti, et eorum quibus apparebo tibi, 17. eripiens te de populo et gentibus, in quas nunc ego mitto te, aperire oculos eorum, ut convertantur a tenebris ad lucem, et de potestate satanæ ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum. et sortem inter sanctos per fidem, quæ est in me. Perpende, quam mansuete loquatur. Deus, inquit, dixit ad me: Apparui tibi, ut constituam te ministrum et testem eorum quæ vidisti, et eorum quibus apparebo tibi, eripiens te de populo et gentibus, in quos nunc ego mitto te, 18. ut aperias oculos eorum, ut convertantur a tenebris ad lucem et a potestate satanæ ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum. Ac si diceret: Illis credidi, hac visione me adduxit, et sic

ἀνακηρύττεται ὑπὸ τοῦ Φήστου· οὐ μόνον γὰρ αὐτὸν ἀφήσει τῶν ἐκκλημάτων, ἀλλὰ καὶ ὑπεραπολογεῖται. Τί λέγων; Ἀγγίππα βασιλεῦ, καὶ πάντες οἱ συμπαρόντες ἡμῖν ἄνδρες, θεωρεῖτε τούτον, [388] περὶ οὗ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐνέτυχόν μοι ἐν τῇ Ἱερουσαλῆμοις καὶ ἐνθάδε, ἐπιβοῶντες μὴ δεῖν ζῆν αὐτὸν μηκέτι. Ἐγὼ δὲ καταλυθόμενος μηδὲν ἄξιον θανάτου αὐτὸν πεπραχέναι, καὶ αὐτοῦ δὲ τούτου ἐπικαλεσαμένου τὸν Σεβαστὸν, ἔκρινα πέμπειν αὐτόν. Περὶ οὗ ἀσφαλές τι γράψαι τῷ κυρίῳ οὐκ ἔχω· διὸ προήγαγον αὐτὸν ἐφ' ὑμῶν καὶ μάλιστα ἐπὶ σοῦ, βασιλεῦ Ἀγγίππα, ὅπως τῆς ἀνυκρίσεως γενομένης, σχῶ τι γράψαι. Ἄλογον γάρ μοι δοκεῖ, πέμποντα δέσμιον μὴ καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ αἰτίας σημᾶναι. Σκόπει, πῶς ἐκείνων μὲν κατηγορεῖ, τούτον δὲ ἀφήσιν. Ὡς τῆς τῶν δικαιοματίων περιουσίας ὅπως καταδικάσῃ, οὐχ εὐρίσκει ὁ ἄρχων, μυρίας γενομένης ἐξετάσεως· ἐκεῖνοι δὲ τούτου ἄξιον θανάτου ἔφασκον εἶναι. Διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγεν· Ἐγὼ δὲ καταλυθόμενος, φησί, μηδὲν ἄξιον θανάτου πεπραχέναι αὐτόν· εἶτα ἐπήγαγε, λέγων· Περὶ οὗ ἀσφαλές τι γράψαι τῷ κυρίῳ οὐκ ἔχω. Καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Παύλου καθαρότητος τὸ μηδὲν ἔχειν τὸν δικαστὴν, ὃ τι εἶπεν περὶ αὐτοῦ. Διὸ προήγαγον αὐτόν, φησὶν, ἐφ' ὑμῶν· Ἄλογον γάρ μοι δοκεῖ εἶναι, πέμποντα δέσμιον, μὴ καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ αἰτίας σημᾶναι. Ὅρα εἰς οἷας ἐνέβαλον οἱ Ἰουδαῖοι τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν ἀπορίας μεγάλας. Τί οὖν ὁ Ἀγγίππας; Ἐπὶ τούτοις βουλούμενός τι μαθεῖν<sup>α</sup>, πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη· Ἐπιτρέπεται σοι ὑπὲρ σεαυτοῦ λέγειν. Τῇ πολλῇ περὶ τοῦ ἀκοῦσαι ἐπιθυμίᾳ ἐπιτρέπει αὐτῷ λέγειν ὁ βασιλεὺς. Ὁ δὲ Παῦλος μετὰ παρῆρησίας φθέγγεται λοιπὸν, οὐ κολακεύων, ἀλλὰ διὰ τοῦτο μακάριον ἑαυτὸν φάσκων εἶναι, ἐπειδὴ πρὸς πάντα εἰδῶτα τὸν λόγον ποιεῖται· καὶ ὅτι διὰ τοῦτο, ἄκουε ἃ δὴ καὶ προτείνεται λέγων· Τότε ὁ Παῦλος ἀπελογεῖτο, ἐκτείνας τὴν χεῖρα. Περὶ πάντων ὧν ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ Ἰουδαίων, βασιλεῦ Ἀγγίππα, ἤρημαι ἑμαυτὸν μακάριον, ἐπὶ σοῦ μέλλων ἀπολογεῖσθαι σήμερον, μάλιστα γινώσκων ὅσα σε πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν καὶ ζητημάτων· διὸ δέομαι σου μακροθύμως ἀκοῦσαι μου. Καίτοι γε, εἰ συνήδει αὐτῷ, φοβηθῆναι ἐχρῆν παρὰ τῷ πάντα εἰδῶτι δικαζόμενον· ἀλλὰ καθαροῦ συνειδῶτος τοῦτο ἔστιν, τὸ μὴ παραιτεῖσθαι δικαστὴν τὸν ἀκριβῶς εἰδῶτα τὰ γεγενημένα, ἀλλὰ καὶ χαίρειν· ὅθεν καὶ μακάριον ἑαυτὸν ἡγεῖται, καὶ λέγει<sup>β</sup>· Δέομαι σου μακροθύμως ἀκοῦσαι μου. Ἐπειδὴ μέλει λόγον ἐκτείνειν καὶ λέγειν τι περὶ ἑαυτοῦ, διὰ τοῦτο προλαβὼν παρεκάλεσε, καὶ φησὶ· Τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος, τὴν ἀπαρχῆς γενομένην ἐν τῷ ἔθρει μου ἐν Ἱερουσαλῆμοις, ἴσασι πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, προκινῶσκοντές με ἄνωθεν, ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν, ὅτι κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἴρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρισαῖος. Ὁ λέγει, τοῦτό ἐστι· Πῶς ἂν στασιαστής ἐγενόμην, ὁ νέος τοιοῦτος ὢν καὶ μαρτυρούμενος ὑπὸ πάντων; Ἐἶτα καὶ ἀπὸ τῆς αἰρέσεως ἢ πίστεως οὐ εἶπεν· ἐπάγει γάρ· Κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἴρεσιν τῆς θρησκείας ἔζησα. Καὶ ἐπὶ πάλιν εἰκὸς ἦν τινὰς εἰπεῖν· Τί οὖν, εἰ ἢ μὲν [389] αἴρεσις θαυμαστή, οὐ δὲ πονηρὸς; ὅρα πῶς τὸ ὑφορμῶν θεραπεύει· μάρτυρας γὰρ καλεῖ πάντας τοὺς Ἰουδαίους τοὺς γινώσκοντας τὸν αὐτοῦ βίον καὶ τὴν ἀναστροφὴν. Ἰσασι

<sup>α</sup> Hinc, ἐπὶ τούτοις βουλούμενός τι μαθεῖν, desunt in uno cod.  
<sup>β</sup> Χαίρειν καὶ μακάριον ἑαυτὸν λέγειν, sic omnia.

γὰρ, φησὶ, πάντες Ἰουδαῖοι, προκινῶσκοντές με ἄνωθεν, ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν. Καὶ τῶν ἐκ' ἐπιπέδου τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν γενομένης ἐπαγγελίας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔστηκα κρινόμενος· εἰς τὴν τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν, ἐν ἐκτελείᾳ νύκτα καὶ ἡμέραν λυτρεῦον, ἐλπίζει κατατεῖναι περὶ ἧς ἐλπίδος ἐγκαλοῦμαι, βασιλεῦ Ἀγγίππα, ὑπὸ Ἰουδαίων. Τί; ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν, εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει; Δύο τίθησι περὶ ἀναστάσεως λογισμοὺς, ἕνα μὲν τὸν ἀπὸ προφητῶν· καὶ οὐ παράγει προφήτην, ἀλλ' αὐτὴν τῶν Ἰουδαίων τὴν δόξαν· ἄλλον δὲ τὸν καὶ ἰσχυρότερον τὸν ἀπὸ πραγμάτων. Ποῖον δὲ τούτον; Ὅτι διελέχθη αὐτῷ ὁ Χριστὸς, ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν ε. Καὶ κατασκευάζει καὶ τούτον ἀπὸ λογισμῶν, τὴν προτέραν αὐτοῦ μανίαν διηγούμενος ἀκριβῶς· εἶτα καὶ μετὰ ἐγκωμίου τῶν Ἰουδαίων· Νύκτα καὶ ἡμέραν λατρεῖον ἐλπίζει, φησὶ, κατατεῖναι. Ὡστε εἰ καὶ μὴ ἀλήπτου βίου ἤμην, ὑπὲρ τούτων οὐκ ἔδει κρῖνεσθαι, βασιλεῦ Ἀγγίππα. Εἶτα καὶ ἄλλος λογισμὸς. Τί; ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν, εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει; Εἰ γὰρ μὴ τοιαύτη δόξα ἦν, εἰ γὰρ μὴ ἀνατεθραμμένοι ἦσαν ἐν τούτοις τοῖς δόγμασι, νῦν δὲ εἰσεφέρετο, ἴσως οὐκ ἂν ἐδέξατο τις τὸν λόγον. Εἶτα λέγει, πῶς εἰδῶκε· καὶ τοῦτο κατασκευαστικόν· καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς παράγει μάρτυρας, καὶ τὰς ἐξω πόλεις, καὶ ὅτι ἤκουσε λέγοντος αὐτῷ· Σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. Ἐπειτα δείκνυσι καὶ τοῦ Θεοῦ<sup>δ</sup> τὴν φιλανθρωπίαν, ὅτι καὶ διωκόμενος ὤφθη, καὶ ὅτι Οὐκ ἐμὲ μόνον εὐεργέτησεν, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ἐπεμψε διδάσκαλον.

β'. Δείκνυσι δὲ καὶ τὴν προφητείαν, ἣν ἤκουσεν. Εἰς τοῦτο ὤφθη σοι· ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν, εἰς οὓς ἐγὼ σε ἀποστέλλω. Ταῦτα πάντα δεικνύς, ἔλεγεν· Ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἐμυνητῶ πρὸς τὸ δρομα Ἰησοῦ<sup>ε</sup> τοῦ Ναζωραίου δεῖν πολλὰ ἐναντίῳ πρᾶξαι. Ὁ καὶ ἐποίησα ἐν Ἱερουσαλῆμοις, καὶ πολλοὺς τῶν ἀγίων ἐγὼ φυλακαῖς κατέκλεισα, τὴν παρὰ τῶν ἀρχιερέων ἐξουσίαν λαθῶν· ἀναιρουμένων τε αὐτῶν κατήνεγκα ψῆφον· καὶ κατὰ πάσας τὰς συναγωγὰς πολλὰκις τιμωρῶν αὐτούς, ἠνάρκατον βλασφημεῖν· περισσῶς τε ἐμμανόμενος αὐτοῖς, ἐδίωκον ἕως καὶ εἰς τὰς ἐξω πόλεις. Ἐν οἷς καὶ πορευόμενος εἰς τὴν Δαμασκὸν μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς τῆς παρὰ τῶν ἀρχιερέων, ἡμέρας μέσης κατὰ τὴν ὁδὸν εἶδον, βασιλεῦ, οὐρανόθεν ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου περιλάμψαν με φῶς, καὶ τὸς σὺν ἐμοὶ πορευομένους. Πάντων δὲ καταπεσόντων ἡμῶν εἰς τὴν γῆν, ἤκουσα φωνὴν λαλοῦσαν πρὸς με καὶ λέγουσαν τῇ Ἑβραϊῶν διαλέκτῳ· Σαούλ, Σαούλ, τί με διώκεις; σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. Ἐγὼ δὲ εἶπον· Τίς εἰ, Κύριε; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐγὼ εἰμι Ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις. Ἀλλὰ ἀνάστηθι, καὶ στήθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου· εἰς τοῦτο γὰρ ὤφθη σοι, προχειρισασθαι σε ἀναρῆτην καὶ [390] μάρτυρα ὧν τε εἶδες, ὧν τε ὀφθήσομαι σοι, ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν, εἰς οὓς ἐγὼ σε ἀποστέλλω, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν τοῦ ἀποστρέψαι ἀπὸ σκοτῶν εἰς φῶς, καὶ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ ἐπὶ τὸν Θεόν, τοῦ λαβεῖν αὐτούς ἀφ' ἑμαυτῶν καὶ κληρῶν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πισταὶ τῇ εἰς ἐμὲ. Σκόπει, πῶς ἡμέρας διαλέγεται. Ὁ Θεὸς φησὶν, εἰπε πρὸς με, ὅτι Ὡς σοι προχειρισασθαι σε ἀναρ-

<sup>ε</sup> Ἄνω καὶ δεξιὰ

<sup>δ</sup> habent. <sup>ε</sup> Alius, λακτίζαν quidam non habent.





persuasit, ut non differrem. 19. *Unde, rex Agrippa, non sui incredulus cælesti visioni; 20. sed iis, qui sunt Damasci primum et Jerosolymis, et in omnem regionem Judææ, et gentibus annuntiabam ut pœnitentiam agerent, et converterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes.* Qui igitur alios erudiebam circa vitam optimam, quomodo seditionis et contentionis auctor fuissem? 21. *Hac ex causa me Judæi, cum essem in templo, comprehensum tentabant interficere.* 22. *Auxilio autem adjutus Dei, usque in hodiernum diem sto, testificans minori atque majori, nihil extra dicens, quam ea, quæ prophetæ loquuti sunt futura esse, et Moyses, 23. si passurus Christus, si primus ex resurrectione mortuorum lumen annuntiaturus est populo et gentibus.* Vide, ut sermo ejus adulatione careat, et totum adscribat Deo. Vide et dicendi libertatem, *Sed neque nunc desisto*; firmitatem: A prophetis confirmor, *An passurus fuerit Christus, an primus ex resurrectione mortuorum lumen sit annuntiaturus*; ac si diceret: *Christus primus resurgens, jam non moritur* (Rom. 6. 9). Manifestum est ex eo, quod omnibus hoc denuntiet, et in semetipsis exspectent. Deinde Festus, ut loquendi libertatem vidit, qua regi loquebatur, non avertens se ab aspectu ejus, ac si aliquid pateretur, dicit: *Insanis, Paule.* Quod autem aliquid passus hoc dicat, audi sequentia: 24. *Hæc autem illo disserente, Festus magna voce dixit: Insanis, Paule; multæ literæ te ad insaniam convertunt.* Quid igitur Paulus? Cum mansuetudine respondens ait: 25. *Non insanio, optime Feste; sed veritatis et sobrietatis verba loquor.* Postea etiam causam docet, propter quam ad regem sermonem converteret: 26. *Scit enim de his rex, ad quem et constanter loquor: latere enim eum nihil horum arbitror: non est enim in angulo hoc gestum.* 27. *Credis, rex Agrippa, prophetis? Scio quod credis.* Hoc ita dixit, quasi traducens illos et dicens: Scio, quod omnia accurate sciat: et oportebat quidem vos hæc scire primos (id enim sequentia declarant: *Non est hoc in angulo gestum*); sed nolistis. *Credis, rex Agrippa, prophetis? Scio, quod credis.* 28. *Agrippa autem ad Paulum dicit: In modico suades me Christianum fieri.* 29. *Et Paulus: Opto apud Deum et in modico et in magno, non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt me, hodie fieri tales, qualis et ego sum, exceptis vinculis his.* Vide quomodo precatur, dicens: *Opto apud Deum in modico*; hoc est, ut ne parum quidem absit. Et non solum orat, sed ferventer. *Tales, inquit, fieri omnes, non modo te, sed omnes, qualis sum ego.* Deinde ait, *Exceptis vinculis his*: non moleste ferens vincula, neque erubescens quod ligatus esset (hoc enim ipsi, si quid aliud, gloriosum erat); sed ad illorum opinionem respiciens, ita dixit. Ideo addidit, *Exceptis vinculis his.* Sed superius lecta repetamus. *Postera ergo die, ut in auditorium ingressi sunt, jubente Festo adductus est Paulus.* Destiterant jam Judæi, eo quod ille appellasset, et tunc ipsi splendidum adest theatrum: cum multo enim apparatu rex et omnis multitudo Judæorum adfuerunt: non alii aderant, alii aberant, sed omnes presentes

erant. *Multitudo Judæorum, inquit, interpellavit me Jerosolymis et hic, clamantes non oportere hunc ultra vivere.*

3. Vide insaniam: clamabant, oportere illum mori dicentes. Hinc ostendit se jure Cæsarem appellasse. Si enim nihil grave dicendum habebant, illique furebant, jure ad illum venit. *Ut interrogatione a vobis facta habeam quod scribam, inquit.* Vides quomodo sæpe causa examinatur? Et defensionis hujus auctores sunt Judæi, quam cognituri erant etiam qui erant Romæ. *Super omnibus, de quibus accusor, rex Agrippa, existimo, inquit, me beatum, qui coram te rationem redditurus sum.* Vide quomodo vel inviti et nequitiae suæ et virtutis Pauli testes sunt etiam apud regem, ita ut magnificentius abduceretur Paulus, quam si absque vinculis abiisset. Non enim ultra ut deceptor et præstigiator a tot iudicibus dimissus abducebatur. Omnibus ergo relictis, apud quos natus educatusque fuerat, non utcumque, sed omni suspicione liber Romain migrat. Neque dixit: *Quid hoc est? semel appellavi Cæsarem, nullies judicatus sum: usquequo? sed quid? iterum paratus erat reddere rationem apud eum, qui res Judaicas maxime nosset.* Quare cum magna libertate sese defendit, quia ii, qui se condemnabant, nullam jam habebant auctoritatem. Licet autem nihil possent, et sententia illa, qua dictum fuerat, *Ad Cæsarem ibis, teneat, attamen dat ille rationem multiplicem de omnibus, nec de quibusdam solum.* Et responsione sua hæc fere dicit: *Accusant de seditione, accusant de hæresi et quod templum violaverim: de omnibus rationem reddo: Vitam meam a juventute sciunt omnes Judæi: quod a moribus meis abhorreat seditiones excitare, accusatores ipsi testes sunt.* Quod etiam antea dixit, *Emulator paternarum mearum traditionum, id et hoc loco subindicat: Vitam ab adolescentia mea.* Et quando populus totus aderat, tunc illorum advocat testimonium. Neque solum ad Lysiæ tribunal hoc fecit, etiam apud Festum: et rursus hic, cum plures aderant. Illic autem non multa defensione opus erat, cum literæ Lysiæ ipsam dimitterent. *Sciunt omnes Judæi, inquit, qui jam olim me noverunt.* Et non dixit, qualis sua vita; sed illorum conscientiae relinquit, et totum in sectam rejicit: hinc ostendens se non illam delecturum fuisse, si malus fuisset et improbus. Pro secta igitur hæc, inquit, sto iudicium subiens. Hæc ab illis quoque defenditur, propter hanc precantur, propter hanc Deum colunt, ut hanc consequantur: hanc ego annuntio et de hac spe accusor. Ergo insanientium est, omnia facere ad illam assequendam, et eum qui in illam credit persequi. *Mihi autem visum est, inquit, adversus nomen Jesu Nazareni oportere omnia contraria facere; id est, Judicavi hæc facienda esse, quia non eram ex discipulis Christi, sed ex impugnantibus eum.* Ideo fide dignus testis est, quia dum millia faceret, ut fideles impugnaret, dum blasphemare suaderet, omniaque moveret, civitates, principes, et per seipsum hæc faceret, sic de repente mutatus est. Deinde rursus testes, qui simul aderant: deinde ostendit se jure credidisse, a luce, a prophetis, ab eventibus, et ab iis quæ nunc facta

sunt : subdit enim : *Media die in via, et vidi lucem me circumfulgentem, et eos, qui mecum ibant.* Vide ergo, quomodo et a prophetis, et ab his, ipsis fidem faciat. Ne enim videretur innovare, etsi magna dicere posset, rursus ad prophetas confugit, et ipsos in medio ponit. Hoc fide dignius erat : utpote quod nunc evenerat ; sed quia ipse solus viderat, rursus a prophetis confirmat. Et perpende illum non eodem modo in iudicio, et in ecclesia disserere : nam illic quidem dixit, *Occidistis* ; hic vero nihil tale, ne amplius furorem succenderet, sed idem ipsum ostendit, dicens : *Si passibilis Christus.* Sic illos a crimine liberat. Igitur, id quod ego annuntio, num primus mortuorum resurrexerit, id ex prophetis demonstro : nam et prophetæ hoc annuntiant. Itaque sermonem mentem accipite, ut qui est prophetarum. Quia autem visionem dixerat, demum cum libertate præclara gesta narrat. Quænam illa ? *Ut aperias, inquit, oculos, et convertas a tenebris ad lucem, et a potestate satanæ ad Deum. Ad hoc enim, inquit, apparui tibi, hoc est, non ut puniam, sed ut apostolum te faciam.*

*Fidelium bona quæ.* — Vide, mala quæ incredulos detinent ostendit, satanam et tenebras ; sicut fidelium bona sunt lux, Deus, sors sanctorum. Nec solum ad pœnitentiam hortatur, sed ad mirabilem agendam vitam. Et vide ubique gentes sermoni permixtas ; nam qui aderant, ex gentibus erant. *Testificans, inquit, tum parvo tum magno.* Propter milites ita dixit. Deinde defendentis se ordine dimisso, doctoris ordinem accepit : ideo ait Festus illi : *Insanis.* Postea ne videretur ipse doctor esse, inducit prophetas et Moysem : *Si passibilis, inquit, Christus, si primus ex resurrectione mortuorum lucem annuntiaturus sit populo et gentibus. Festus magna voce dixit.* Sic furoris est iræ vox erat.

4. Quid ergo Paulus ? *Non est in angulo gestum hoc,* ait. Hic de cruce loquitur et de resurrectione, et quod dogma ubique terrarum pervaserit. *Credis, inquit, rex Agrippa.* Non dixit, Resurrectioni, sed, *Prophetis.* Deinde præoccupat illum, et dicit : *Scio, quod credis.* Cui Agrippa : *In modico mihi suades fieri Christianum.* Non intellexit Paulus, quid sit, *In modico* ; sed putavit hoc significare, *Ex modico* : ideo sic respondet ; ita idiota erat. Et non dixit, *Vellem, sed, Optarem, non solum te, sed etiam omnes audientes.* Vide adulationis expertem sermonem. *Optarem, inquit, hodie omnes fieri tales, qualis ego sum exceptis vinculis his.* Vide : qui gloriatur in vinculis, qui profert illa sicut catenam auream, illa nunc deprecatur. Et ne mireris : adhuc enim infirmiores erant, et illi attemperatus sermo erat. Nam quod vincula magni faceret, vide quomodo in Epistolis illa semper præponat aliis, dicens : *Paulus vincetus Jesu Christi (Ephes. 3. 1)* ; et rursum, *Ideo circumposita est mihi catena, sed verbum Dei non est alligatum* ; et, *Usque ad vincula quasi malefactor (Coloss. 4. 3, et 2, Tim. 2. 9).* Vide, non modo vincula ponit ; sed etiam *Quasi malefactor* addidit, augens vinculorum gloriam. Duplex supplicium, quod ligatus esset, et quod ut malefactor. Nam si ita alligatus fuisset, quasi pro

bono opere, aliquam consolationem habuisset ; nunc autem ut malefactor, et quasi in gravissimis deprehensus : et tamen nihil hæc curabat. Talis est anima cælesti amore sublimis effecta. Nam si ii, qui hoc turpi amore flagrant, nihil putant vel gloriosum vel pretiosum, sed ea solum, quæ concupiscentiæ suæ inservire possunt, gloriosa et pretiosa judicant, et amasia sit eis omnia : multo magis ii, qui hoc amore capti sunt, nihili faciunt pretiosa. Quod si dicta non intelligamus, nihil mirum : in hac quippe philosophia imperiti sumus. Si quis enim igne Christi capiatur, talis efficitur, qualis fuerit homo solus in terra habitans : sic nihil curat, non gloriam, non ignominiam ; sed sicut is, qui solus habitaret, neminem curaret, sic neminem ille curat. Tentationes autem, flagella, carceres ita contemnit, ac si in alieno corpore hære pateretur, et ac si adamantino esset corpore ; ea autem, quæ suavia in hac vita sunt, ita deridet, et erga illa insensibilis est, ut nos erga mortua corpora, vel ac si ipsi mortui simus. Tantum porro abest, ut aliquo affectu capiatur, quantum aurum igne probatum et purum a sordibus liberum est. Sicut enim muscæ in mediam flammam non inciderint, sed fugiunt : sic nec animi affectus ad hunc ignem accedere audent. Et horum vellem exempla ex nobis ipsis præferre ; quia vero inopes sumus, necesse est, ut ad illum ipsum confugiamus. Vide autem, quomodo ille ipse erga totum mundum affectus esset. *Mihi mundus crucifixus est, inquit, et ego mundo (Gal. 6. 14)* ; id est, Mortuus sum mundo, et ille mihi mortuus est. Et rursum : *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus (Id. 2. 20).* Hæc dicere solius est Pauli. Nos autem qui tantum ab illo absumus, quantum cælum a terra, nos abscondamus ac neque os aperire audeamus. Quod autem quasi in solitudine esset, et sic præsentia respiceret, audi illum dicentem : *Non considerantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur (2. Cor. 4. 18).* Quid dicis ? Atqui contra quam dicis, res se habet : nam invisibilia non videmus, et visibilia videmus. Quales habebas oculos, tales sunt, qui a Christo dati : sicut enim hi visibilia quidem vident, invisibilia vero non vident : sic illi contra : nemo qui invisibilia videat, visibilia videt ; nemo qui visibilia videat, invisibilia videt. Annon etiam apud nos hoc fit ? Quando enim conversa mente ex invisibilibus aliquid cogitamus, sublimes nobis sunt operationum oculi. Contemnamos gloriam ; rideri magis, quam laudari velimus. Nam qui irridetur, nihil leditur ; qui laudatur, multum. Ne magni faciamus ea, quæ homines terrent ; sed de iis ut de puerili lusa tractemus : neque enim, si quem videamus puerulos exterrere, ipsum admiramur : nam quisquis terret, puerulos terret ; virum namque terrere non possit. Et quemadmodum qui terrent, vel supercilia surrigunt, vel aliter vultum distorquent ; at si sanum et mansuetum oculum habeant, hoc facere non possint : sic et hi, perspicacitatem mentis distorquentes, hoc faciunt. Itaque mansuetam hominem et bonæ animæ nemo exterrere, sed illum veneramur omnes, hono-

καὶ τὰ παριστάμενα λέγειν, ὅτι δὴ τὰς χεῖρας αὐτῶν διαφυγῶν ἐπὶ τοῦτο ἤλθον· οὐ γὰρ ἐτέρους διδοὺς κακὰ, ἀλλ' αὐτοὺς φεύγων κακὰ, ἤλθον. Οἱ δὲ πρὸς αὐτόν· Ἀξιοῦμεν ἀκοῦσαι παρὰ σοῦ ἂ φρονεῖς. Ὅρα καὶ αὐτούς ἡμερώτερον διαλεγόμενους· Ἀξιοῦμεν, φησὶ, καὶ βούλονται ἀπολογησασθαι καὶ ὑπερ [413] ἐκείνων· διδὸν καὶ ἔχον ταξάμενοι αὐτῷ ἡμέραν. Τοῦτο δὲ τοῦ σφόδρα ἐκπτώτων καταγνώνας τεκμήριον καὶ τοῦ μὴ θαρβύνειν. Εἰ γὰρ ἐθάβρουν, κτῆν τοῦτο ἐποίησαν καὶ συνῆλθον, ὥστε αὐτὸν συναρπάσαι. νῦν δὲ μὴ θαβρύνοντες, καὶ ἐλθεῖν ὠκνησαν· ἄλλως τε καὶ τῷ πολλάκις ἐπιχειρησαὶ ἔδειξαν, ὅτι οὐκ ἐθάβρουν. Καὶ οἱ μὲν ἐπειθοῦντο τοῖς λεγομένοις, φησὶν, οἱ δὲ ἠπίστουν, καὶ ἀσύμφωνοι ὄντες ἀπειλοῦντο· τούτεστι, μὴ πιστεύοντες ἀνεχώρουν. Ὅρα πῶς· οὐ βιάσονται ἐπιβουλὰς νῦν κατ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἐνθα ὡς ἐν τυραννίδι ἦσαν. Τίνος ὡν ἐνεκεν ὠκονόμησεν ἐκεῖ αὐτὸν ἀπειθεῖν, καίτοι εἶπε, Σπείουσον, ἔξελεθε ἐξ Ἰερουσαλήμ; Ἴνα δευχθῆ καὶ αὐτῶν ἡ κακία, καὶ ἡ προφητεία τοῦ Χριστοῦ ἀληθῆς, ὅτι οὐκ ἀνέχονται· καὶ ὥστε μαθεῖν πάντας, ὅτι ἐτοιμὸς ἐστὶ παθεῖν, καὶ ὡς εἰς παράκλησιν τῶν ἐν Ἰουδαίᾳ γενέσθαι τὸ οἰκονομούμενον· καὶ γὰρ κάκει πολλά ἐπαθε δεινά. Εἰ δὲ κηρύττων τὰ Ἰουδαϊκά, ταῦτα ἔπασχεν, εἰ ἐκήρυττε τὰ τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, πῶς ἂν ἠνέσχοντο; Ἀγνιζόμενος οὐκ ἐγένετο φορητὸς, καὶ πῶς κηρύσσω φορητὸς ἦν; Τί ἐγκαλεῖτε ὑμεῖς; τί ἤκούσατε; Οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν ἄπλῶς. Ὁρθῶ, καὶ πάντας παρούσων. Εἰκότως ἄρα τοῖς ἔθνεσιν ἀπενεμήθη ἡ σωτηρία, εἰκότως μακρὰν ἐπέμφθη, κάκει μέλλων τοῖς ἔθνεσι διαλέγεσθαι. Σκόπει δὲ· πρῶτους Ἰουδαίους καλεῖ, ἔπειτα δεῖξας αὐτοῖς τὰ πράγματα, τότε ἐπὶ τὰ ἔθνη ἔρχεται. Τὸ δὲ οὕτως εἰπεῖν, ὅτι Ἐἶπε τὸ Πνεῦμα, οὐδὲν θαυμαστόν· καὶ γὰρ ἄγγελος λέγεται λέγειν· ἅπερ ἂν ὁ Κύριος εἶπη. Καλῶς εἶπε, φησὶ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἁγίον· ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οὕτως, ἐκεῖ δὲ οὐκέτι. Ἄλλως δὲ καὶ ὅταν διηγητῆται τις περὶ τῶν ὑπερ τοῦ ἀγγέλου λεχθέντων, οὐ λέγει, Καλῶς εἶπεν ὁ ἄγγελος, ἀλλὰ, Καλῶς εἶπεν ὁ Κύριος, καλῶς εἶπε τὸ Πνεῦμα· ὡσεὶ ἔλεγεν· Οὐκ ἐμοὶ ἀπιστεῖτε, ἀλλὰ τῷ Πνεύματι. Ὅστε ἄνωθεν τοῦτο προφητεῖ ὁ Θεός. Ολίγους ἀνακρίναντες με, φησὶν, ἐβούλοιντο ἀπολύσαι· τούτεστιν, οὐδὲν εὐρόντες ἄξιον καταδικῆς ἐν ἐμοί, ἀπολύειν ἤθελον. Καὶ δέον ἐκείνους ἐξελεῖσθαι, παρέδωκαν εἰς χεῖρας Ῥωμαίων· καὶ τοσαύτη ἡ περισσὴ τῆς ἐλευθερίας, ὅτι οὐδὲ ἐκείνοι ἔσχυσαν κατακρίναι, ἀλλὰ δέσμιον παρέδωκαν. Ἦναυμάσθη, φησὶν, ἐπικυλέσασθαι Καίσαρα, οὐχ ὡς τοῦ ἔθνους μου ἔχωρ τι κατηγορησά· τούτεστιν, οὐχ ἵνα κακοῖς ἐτέροις ἂ περιδάλω, ἀλλ' ἵνα κακῶν ἐμαυτὸν ἀπαλλάξω, τοῦτο ἐποίησα, καὶ οὐχ ἐκὼν, ἀλλ' ἀναγκασθεῖς. Ὅρα οἰκειότητα ῥημάτων· οὐκ ἄλλοτριούται αὐτοὺς, ἀλλ' οἰκειούται τῷ εἰπεῖν, Τοῦ ἔθνους μου. Πάλιν δὲ κατασπεῖρει τὸ δόγμα. Καὶ οὐκ εἶπεν, Οὐ κατηγοροῦ, ἀλλ', Οὐκ ἔχω τι κατηγορησά. καίτοι τοιαῦτα παθῶν οὕτω δεινά. Οὐδὲν οὖν τούτων φησὶν, ἵνα μὴ φορητὸν ποιῆσιν τὸν λόγον· οὐδὲ γαριεῖσθαι αὐτοῖς δοκεῖ. Καὶ διὰ τοῦτο οὐ λέγει, ἀλλ' αἰνιττεῖται μόνον καὶ παρατρέχει· τοῦτο γὰρ ἦν τῶς τὸ σπουδαζόμενον, τὸ δεῖξαι ὅτι Ῥωμαῖοι παρέδωκαν δέσμιον. Τούς δὲ [414] καταδικάσαι δέον ἐκείνους, δέον κατηγορησά, μᾶλλον ἀπολογούνα· δι' ὧν δὲ συμφαίνουσι τὴν ἀπολογία, κατηγοροῦσιν αὐτῶν. Γνωστὸς ἐστὶν ἡμῖν, ὅτι πανταχοῦ, φησὶν, ἀντιλέγεται. Ἄλλ' εἰ καὶ τοῦτο συμβαίνει, ὁμοῦς καὶ πιστεύετε πανταχοῦ. Οὗς ἐξετίθεο,

\* Αἱ δὲ ἀγγέλοι δύναται λέγειν. ἔ Sic unus codex recte. Edlii male κακοῖς ἐτέροις. c Voces τούς δὲ ante καταδικάσαι, αυ-  
bus, praeter unum cod., Codicel. et Savii., subjecta sunt.

φησὶν, ἀπὸ τῶ νόμου καὶ προφητῶν. Ὅρα πάλιν οὐκ ἀπὸ σημείων, ἀλλ' ἀπὸ νόμου καὶ προφητῶν ἐπιστομιζοντα αὐτούς, καὶ πανταχοῦ τοῦτο ποιούντα· καίτοι γε ἐνήν καὶ σημεία ποιῆσαι, ἀλλὰ λοιπὸν οὐκ ἐστὶ πιστὸν τὸ πρᾶγμα ἦν· μέγα γὰρ τοῦτο σημεῖον, τὸ ἀπὸ νόμου καὶ τῶν προφητῶν διαλέγεσθαι. Εἶτα ἵνα μὴ νομίσης πειράδοξον εἶναι, τὸ μένειν αὐτοὺς ἀπειθοῦντας, ἐπάγει καὶ προφητεῖαν τὴν λέγουσαν· Ἀκοῆ ἀκούσατε, καὶ οὐ μὴ συνήτε· μᾶλλον, φησὶ, νῦν ἢ τότε· καὶ ὄψεσθε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε· μᾶλλον νῦν ἢ τότε. Πρὸς ἐκείνους εἶρηται ταῦτα τοὺς ἀπιστήσαντας, ἂ καὶ οὐχ ὑβρίζοντος ἦν, ἀλλὰ τὸ σκάνδαλον ἀναιρούντος. Γνωστὸν οὖν ἐστὶ ὑμῖν, φησὶν, ὅτι τοῖς ἔθνεσιν ἀπεστάλη τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· αὐτοὶ καὶ ἀκούσονται. Τί οὖν ἡμῖν διαλέγη; ταῦτα οὐκ ἤδεις; Ναί, ἀλλ' ὥστε πεισθῆναι ἀπολογώμεναι, καὶ μηδενὶ δοῦναι λαθῆν. Ἐμεῖς δὲ ὁ Παῦλος διετίαν ὄλην, φησὶ, διδάσκων μετὰ πάσης ἐπιστήσιας ἀκωλύτως. Καλῶς τοῦτο προσέθηκεν· Ἐν γὰρ μετὰ παρήρησιας λέγειν ὁ, ἀλλὰ κεκωλυμένως. Τὴν οὖν παρήρησιαν Παύλου οὐδὲν ἐνέκοψεν, ἀλλὰ καὶ ἀκωλύτως ἔλεγεν. Ἐμεῖς δὲ ὁ Παῦλος διετίαν ὄλην, φησὶν, ἐν ἰδίῳ μισθώματι· οὕτως ἦν ἀπείριτος, μᾶλλον δὲ οὕτω τὸν διδάσκαλον αἰτοῦ ἐμίμετο ἐν πάσιν, ὅτι καὶ τὴν οἴκησιν εἶχεν, οὐκ ἐξ ἄλλοτρίων πόρων, ἀλλ' ἄς ὧν αὐτοῦ εἰργάζετο· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, Ἐν ἰδίῳ μισθώματι. Ὅτι δὲ καὶ ὁ Δεσπότης οἰκίαν οὐκ ἐκέκτητο, ἔκουε αὐτοῦ λέγοντος πρὸς τὸν οὐκ ὀρθῶς εἰπόντα· Ἀκολουθήσω σοι, δπου ἂν ἀπέρχη· Αἱ ἀλώερες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσει· ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει, πού τὴν κεφαλὴν κλίτη. Οὕτως ἐξ ἑαυτοῦ τὸ μὴδὲν κεκτῆσθαι ἐπαίδευσε, μὴδὲ σφόδρα τοῖς βιωτικοῖς προσηλώσθη. Καὶ ἀπεδέχετο τοὺς εἰσπορευομένους, φησὶ, ἀρὸς αὐτόν, κηρύσσω τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ὅρα οὐδὲν περὶ τῶν παρόντων, ἀλλὰ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας πάντα φθεγγόμενον. Ὅρᾳς οἰκονομίαν Θεῷ; Μέχρι τούτων τὸν λόγον ἴστησιν ὁ συγγραφεὺς, καὶ ἀφίησι διψῶντα τὸν ἀκρατῆν, ὥστε τὸ λοιπὸν ἀφ' ἑαυτοῦ συλλογίσασθαι. Τοῦτο καὶ οἱ ἐξω ποιούσι· τὸ γὰρ πάντα εἰδέναι, νωθῆ ποιεῖ καὶ ἐκκελυμένον. Τοῦτο δὲ ποιεῖ, καὶ οἷα τὰ μετὰ ταῦτα, οὐ λέγει, περιττὸν ἔστω πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας τοῖς συγγραφείοις ἡγούμενος, καὶ ἀπὸ τούτων μαθαίνοντας τὸ προστιθέμεναι τῷ λόγῳ· πάντως γὰρ οἷα τὰ πρότερα, τοιαῦτα ἔσχε καὶ τὰ μετὰ τοῦτο. Ἀκουε δὲ καὶ οἷα μετὰ ταῦτα γράφων πρὸς Ῥωμαίους, φησὶν, Ὅς ἂν πορεύωμαι εἰς τὴν Ἰσπανίαν, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς.

γ'. Ὅρᾳς πῶς πάντα προεώρα ἡ ἀγία καὶ θεῖα κεφαλὴ, ὁ τῶν οὐρανῶν ὑψηλότερος. ὁ ψυχῆν· ἔχω πάντα ἡμοῦ περιλαβεῖν δυναμένῃν, ὁ τὰ πρῶτα κατέχων, [415] Παῦλος; οὐ τοῖς εἰδῶσι καὶ τὸ ἡνομα μόνον ἀρκεῖ πρὸς διέγερσιν ψυχῆς πρὸς νῆψιν, πρὸς τὸ πάντα ὑπνον ἀπισινάσασθαι. Ἐδέξατο αὐτόν Ῥώμη δεδεμένον, ἀπὸ θαλάσσης ἀναβάνα, ἐκ νοσηρίου διασωθέντα, καὶ ἀπηλλῆθη τοῦ ναυαγίου τῆς πλάνης. Καθάπερ γὰρ τις βασιλεὺς ναυμαχῆσας καὶ νικήσας, ἐπέβαινε τῆς βασιλικωτάτης ἐκείνης πόλεως. Περὶ τούτων ἐγραφε· Ἐλεύσομαι καὶ συναναπαύσομαι ὑμῖν ἐν πληρώματι ἐλογίας τοῦ εὐαγγελίου· καὶ πάλιν, Πορεύομαι διακονήσω εἰς Ἰερουσαλήμ. Τούτεστιν, ὅπερ ἔλεγεν, Ἐλεημοσύνας ποιήσω εἰς τὸ ἔθνος μου, παρεργόμενον. Ἐγγύτερος

d Verba, ἐν γὰρ... λέγειν, apud Montef. absentia, ex could. revocavimus. Edip. \* Codex alius ὑψηλότερος πάντων, ὁ ψυχῆν.

ne cuiquam liceret me accusare, et quæ in mentem venerint dicere : quia manus eorum effugi, et ad hoc veni. Non ut aliis mala inferrem, sed ut ipse mala effugerem, veni. Illi vero reponunt : *Rogamus a te audire quæ sentis*. Vide illos mansuetius loquentes. *Rogamus*, inquit, et voluit etiam pro illis rationem reddere : ideo constituta die venerunt. Hoc vero magnum erat argumentum, quod se ipsi damnarent neque sibi fiderent. Nam si fidissent, saltem convenissent, ut ipsum secum attraherent; nunc autem cum non fiderent, pigri fuerunt ad veniendum : alioquin vero etiam, quod sæpe tentaverint, ostenderunt se fiduciam non habere. *Et alii quidem dictis credebant*, inquit, *alii non credebant, et cum non concordessent, discedebant*; id est, non credentes recedebant. Vide quomodo nunc non in illum struant insidias; sed in Judæa, ubi quasi in tyrannide erant. Cur ergo Deus providit ut illo migraret, dixitque : *Festina, exi ex Jerusalem (Act. 22. 18)*? Ut eorum nequitia ostenderetur, necnon veritas prophetiæ Christi, quod non sustinebunt : utque omnes discerent, ipsum ad patiendum esse paratum, idque ad consolationem vergeret eorum, qui erant in Judæa : nam et ibi multa mala passus est. Si vero Judaica prædicans, tanta passus sit, si prædicasset Christi gloriam, quomodo id tulissent? Cum se purificaret, non erat tolerabilis, quomodo autem prædicans tolerabilis fuisset? Cur accusatis nos? quid audistis? Nihil tale dixit. Visus est, et omnes exasperavit. Jure ergo gentibus salus concessa est, jure procul missus est, illic gentibus prædicaturus. Perpende autem, primos Judæos advocat; postea, ut res illis monstravit, tunc ad gentes venit. Quod vero dixerit, *Dixit Spiritus*, nihil mirum : nam angelus dicitur ea dicere, quæ Dominus loquitur. *Bene dixit*, inquit, *Spiritus sanctus*. Sed hic sic, illic non item. Alioquin vero cum de quibusdam ab angelo dictis loquimur, non dicimus, Bene dixit angelus; sed Bene dixit Dominus, Bene dixit Spiritus; ac si diceret : Non mihi fidem negatis, sed Spiritui. Itaque hoc olim Deus præviderat. *Qui cum examinassent*, inquit, *volebant me dimittere*; id est, nihil damnatione dignum invenientes in me, absolvere volebant. Et cum debuissent illum eripere, tradiderunt in manus Romanorum; et tanta erat libertatis abundantia, ut etiam ipsi condemnare non possent, sed victum tradiderunt. *Coactus sum*, inquit, *appellare Cæsarem*; *non quasi habeam de quo gentem meam accusem*; id est, non ut mala aliis inferam, sed ut me a malis liberem, hoc feci, nec lubens, sed coactus. Vide verborum familiaritatem : non se alienum, sed proprium illis facit, cum dicit, *Gentis meæ*. Rursus autem dogma disseminat. Nec dixit, non accuso; sed, *Non habeo quod accusem*, etsi tam gravia passus. Nihil ergo horum dicit, ne onerosus esset : neque ad gratiam ipsis loqui videtur. Ideo non aperte loquitur, sed subindicat tantum et prætercurrit : hoc enim interim studebat ostendere, quod Romanis illum victum tradidissent. Hi vero cum illos damnare et accusare oportuisset,

potius defendunt eos; sed per ea, quibus apologiam contexunt, ipsos accusant. *Notum est nobis*, inquit, *quod ubique contradicitur*. Sed etiamsi hoc contingit, attamen ubique creditis. *Quibus exponebat*, inquit, *a lege et prophetis*. Vide rursus illum unum a signis, sed a lege et prophetis os illis obturare, et ubique hoc agere, etsi liceret signa facere; sed deinceps non fidei res fuisset : magnum enim erat signum a lege et prophetis disserere. Deinde, ne putes rem novam esse, quod illi increduli manerent, inducit prophetiam dicentem : *Aure audietis, et non intelligetis*; magis nunc, inquit, quam tunc : *et videbitis, et non percipietis*; magis nunc quam tunc. Contra incredulos illos hæc dicta fuerant, quæ non conviciantis erant, sed offendiculum tollentis. *Notum ergo sit vobis*, inquit, *quod in gentes missum est salutare Dei : qui et audient*. Cur ergo nobis loqueris? an hæc nesciebas? Etiam, sed ut credatis rationem reddo, et ut nemini dem ansam. *Mansit*, inquit, *Paulus toto biennio, docens cum omni fiducia, nemine prohibente*. Bene hoc addidit : contingit enim aliquando libere loquentem prohiberi. Fiduciam ergo Pauli nihil prohibuit, sed etiam nemine prohibente dixit. *Mansit autem Paulus*, inquit, *biennio toto in proprio conducto*; ita erat sedulus; imo ita magistrum suum imitabatur in omnibus, ut etiam domicilium haberet non ex alienis laboribus, sed ex suis : hoc enim significat illud, *In proprio conducto*. Quod autem Dominus quoque nullam haberet domum, audi illum recte dicentem ei, qui sibi dixerat : *Sequar te, quocumque ieris : Vulpes foveas habent, et volucres cæli nidos ; Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet (Math. 8. 20)*. Sic per se docuit nihil esse possidendum, neque rebus terrenis hærendum esse. *Et excipiebat*, inquit, *venientes ad se, prædicans regnum Dei*. Vide illum nihil de præsentibus, sed omnia de regno Dei loquentem. Viden' Dei providentiam? Illic sermonem sistit auctor libri, ac relinquit auditorem silientem, ut ex seipso deinceps ratiocinetur. Hoc et exteri faciunt : nam omnia scire, ignavum et negligentem reddit. Hoc autem facit, et quæ sequuta sunt, non narrat, superfluum id putans iis, qui ea quæ scripta erant legerent, et hinc ediscerent quæ his adderent : plane enim qualia priora, talia quæ post sequuta sunt. Audi vero qualia postea scribens ad Romanos, dicat : *Cum proficiscar in Hispaniam, veniam ad vos (Rom. 15. 24)*.

3. Viden' quomodo omnia prævideat sacrum illud et divinum caput, ille qui animam habet omnia simul complectentem, qui primas partes occupat, Paulus? cujus solum nomen scientibus sufficit ad animam excitandam, ad vigilantiam, ad somnum exentiendum omnem. Excepit illum Roma victum, ex marino itinere littus tangentem, a naufragio servatum, et liberata est a naufragio erroris. Sicut enim rex post navalem pugnam et victoriam, in splendide illam urbem ingressus est. De his scribens, dicebat : *Veniam, et vobiscum quiescam in plenitudine benedictionis Evangelii (Rom. 15. 29)*; et rursus, *Et ministraturus in Jerusalem (Id. v. 25)*. Hoc est,

quod dicebat : *Eleemosynas facturus genti meæ, adveni* ( *Act. 24. 17* ). Jam prope erat ut coronam acciperet : excepit illum Roma vincum, viditque coronatum et proclamatum. Illic *Vobiscum quiescam* ( *Rom. 15. 52* ), inquit. Istiuc vado, ministraturus in Jerusalem. Hoc autem initium cursus iterum erat, et tropæa tropæis addebat, inexpugnabit cum esset. Corinthus illum detinuit duobus annis, Asia tribus, Roma duobus, quo secundo venit, quando consummatus est. *In prima mea defensione*, inquit, *nullus mihi aderat* ( *2. Tim. 4. 16* ). Sic nunc effugit, et cum totum implesset orbem, sic vitam finivit. Quid volebas discere quæ sequuntur? Talia sunt, qualia priora : vincula, tormenta, pugnae, carceres, insidiæ, sycophantiæ, quotidianæ mortes. Vidisti illius parvam partem? Sic cogites reliqua se habere. Sicut in cælo quamcumque videris partem, tales sunt aliæ partes; si enim cæli unam partem videas, quocumque ieris, tantumdem videbis : vel sicut solis radios si ex parte videris, hinc conjicis qualis sol sit : sic de Paulo dicendum. Ejus acta partim vidisti : omnia alia similia sunt, periculis plena. Ille cælum erat solem justitiæ habens, non vulgarem illum; atque adeo cælo melior vir ille erat. An hoc parum esse putas? Ego quidem non existimo. Cum Apostolum dixeris, statim illum omnes cogitabunt; ut cum Baptistam dicis, statim Joannes cogitatur. Cui rei quis illius verba comparaverit? mari, an Oceano? Sed nihil par illis est. Ilujus fluxus longe sunt marinis frequentiores, puriores, profundiores; ut non aberraverit qui cor Pauli mare et cælum esse dixerit : cælum ob puritatem, mare ob profunditatem. Mare est, non quod navigantes ab urbe in urbem ducat, sed a terra in cælum : si quis hoc mare naviget, secunda aura navigabit. In hoc mari non venti sunt, sed vice venti Spiritus divinus et sanctus navigantes animas vehit : non sunt hic fluctus, non est scopulus, non belluæ : omnia tranquilla sunt. Mare est portu tranquillius et tutius, nihil salsum habens, sed fontem purum, dulcissimos latices emittentem, sole splendidius et pellucidius :

mare est, non lapides habens pretiosos, nec purpuram, sed longe his meliora. Qui vult in hoc pelagus descendere, non opus habet urinatoribus vel olea, sed philosophia multa : inveniet in ipso omnia bona, quæ sunt in regno cælorum. Qui talis est, poterit rex esse, et totum mundum accipere, esseque in honore maximo ( *a* ) : qui in hoc mari navigat, numquam naufragium faciet, sed omnia bene sciet. Verum sicut ii, qui in hoc mari navigant, si imperiti snt, suffocantur : sic et in illo mari : id quod accidit hæreticis, qui plus quam ferant vires, attentant. Oportet ergo profunditatem ejus scire, vel non attentare. Navigaturi ergo hoc pelagus, bene accincti simus. *Non potui*, inquit, *vobis loqui ut spiritualibus, sed ut carnalibus* ( *1. Cor. 3. 1* ). Nullus impatiens in hoc pelago naviget. Paremus nobis naves; id est, studium, alacritatem, preces, ut cum quiete illud trajiciamus : etenim hæc aqua vivens est. Ac si quis chalybem igneum capiat, sic qui Paulum novit, ut chalybs roboratur : ac si quis gladium acutum habeat, sic talis homo capi non poterit. Etiam ad intelligenda Pauli sensa vita pura est opus. Ideo dicebat : *In lactis necessitate estis, quia imbecilles auribus facti estis* ( *Hebr. 5. 12. 11* ). Est enim, est, inquam, infirmitas auditus. Sicut enim stomachus sanos et difficilis coctionis cibos non suscipit, si sit infirmus : sic et anima tumens et inflata, enervis facta et dissoluta, non potest spiritualem sermonem accipere. Audi discipulos dicentes : *Durus est hic sermo; quis poterit eum audire* ( *Joan. 6. 61* )? Si vero fortis et sana sit, omnia levia, omnia facilia sunt; excelsior illa et levior magis sublimis efficitur, et in altum tollitur. Hæc ergo cum sciamus, sanam constituamus animam nostram : æmulemur Paulum, imitemur fortem illam et adamantinam animam; ut ejus vitæ vestigia sequentes, possimus præsentis vitæ pelagus trajicere, et ad tranquillum portum appellere, ac promissa diligentibus Deum bona consequi, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

κπὸν τοῦ στεφάνου· ἐδέξατο αὐτὸν ἡ Ῥώμη δεδε-  
 ι, καὶ εἶδε στεφανωθέντα καὶ ἀνακηρυχθέντα. Ἐκεῖ  
*ἠπαύσομαι ὑμῖν*, ἔφη. Ἐνταῦθα πορεύομαι,  
 νήσων εἰς Ἱερουσαλήμ. Τὸ δὲ ἀρχὴ τοῦ δρόμου  
 ἦν, καὶ τρόπαια τροπαίους συνήπτεν, ἀκατάπλη-  
 ῶν. Κόρινθος; αὐτὸν κατέσχε δύο ἔτη, καὶ Ἀσία  
 καὶ αὐτὴ δύο τέως, ὥστε δευτέρου ἐπέβη, ὅτε καὶ  
 ἰώθη. *Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ*, φησὶν, *οὐ-*  
*μοι συμπαρεγένετο*. Οὕτω διέφυγε τότε, καὶ πᾶ-  
 ἰμπλήσας τὴν οἰκουμένην τοῦ κηρύγματος, κατέλυ-  
 ῶν τὸν βίον. Τί ἐβούλου μαθεῖν τὰ μετὰ ταῦτα;  
 ἡγάθησε καὶ ἐξέβη, δεσμά, βάσανοι, μάχαι, φυλακαί,  
 ἰουλαί, συκοφαντίαι, θάνατοι καθημερινοί. Εἶδες  
 αὐτὸν μικρὸν μέρος; Τοιοῦτον νόει καὶ τὸ λοιπὸν. Ὡσπερ  
 οὔ οὐρανοῦ, ὅσον ἂν ἴδῃς αὐτοῦ, τοσοῦτόν ἐστι καὶ  
 ἄλλο οὐρανὸν γὰρ ἂν μέρος θεάσῃ ἔν, ὅπου ἂν  
 ἴδῃς, τοιοῦτον ὄψει καὶ τὸ λοιπὸν· ἢ καθάπερ ἡλίου  
 ἀκτῖνας κἂν ἐκ μέρους ἴδῃς, στοχάζῃ ἐκ τούτων  
 ὁ ἥλιος, οὕτω καὶ ἐπὶ Παύλου. Τὰς πράξεις εἶδες  
 ἐργασιῶν αὐτοῦ, πᾶσαι τοιαῦται τυγχάνουσι, κινδύνων  
 ὄντων. Οὐρανὸς ἦν ἐκεῖνος ἡλιον δικαιοσύνης ἔχων,  
 οὕτως, ὥστε καὶ οὐρανοῦ βελτίων ὁ ἀνήρ. Μικρὸν  
 τοῦτο εἶναι; Οὐκ ἔγωγε οἶμαι. Ὅταν ἀπόστολον εἰ-  
 εφύθεις πάντες αὐτὸν ἔννοοῦσιν· ὅταν Βαπτιστὴν,  
 ὡς τὸν Ἰωάννην. Τίτι ἂν τις παραβάλλῃ τὰ  
 οὐ ρήματα; θαλάσση, ἢ καὶ ὠκεανῷ; Ἄλλ' οὐδὲν  
 Πολλῷ ταύτης θαψιλέστερα τὰ ρεύματα· τὰ τοῦ-  
 καθαρώτερα καὶ βαθύτερα, ὥστε καὶ θάλασσαν καὶ  
 ἕναι οὐκ ἂν τις ἀμόρτοι τὴν Παύλου καρδίαν εἰπὼν,  
 ἐν διὰ τὸ καθαρὸν, τὸ δὲ διὰ τὸ βαθύ. Θάλασσά  
 ἴ, οὐκ ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἄγουσα τοὺς ἐμ-  
 ντας, ἀλλ' ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανόν· εἴ τις ταύτην πλέει  
 θάλασσαν, ἐξ οὐρίας πλεύσεται. Ἐν ταύτῃ τῇ  
 σση οὐκ ἀνεμοί, ἀλλ' ἀντὶ ἀνέμων Πνεῦμα θεῖον  
 ἰ, τὰς ἐμπλεούσας παραπέμπει ψυχάς· οὐκ ἐστὶν  
 ἴθα χύματα, οὐκ ἐστὶ σκόπελος, οὐκ ἐστὶ θηρία·  
 α γαληνὰ. Θάλασσά ἐστὶ λιμένος γαληνοτέρα καὶ  
 λεστέρα, οὐδὲν ἀλμυρὸν ἔχουσα, ἀλλὰ πηγὴν [κα-  
 ν καὶ] ἡδίστα ρέουσαν νάματα, ἡλίου λαμπροτέραν  
 ιειδεστέρα· θάλασσά ἐστὶ, οὐ λίθους ἔχουσα τιμίους,  
 ἀλουργίδα τοιαύτην, ἀλλὰ κτήματα πολλῷ τούτων  
 ἰω. Ὁ βουλόμενος εἰς τοῦτο καθεῖναι τὸ πέλαγος  
 sic Savil. recte. Morel. τὰ ρήματα.

ἑαυτὸν, εὐ κολυμβητῶν δεῖται, οὐκ ἑλαίου, ἀλλὰ φιλοσο-  
 φίας πολλῆς· εὐρήσει ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἀγαθὰ τὰ ἐν τῇ  
 βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Ὁ τοιοῦτος [416] καὶ δυνήσεται  
 γενέσθαι βασιλεὺς, καὶ πάντα τὸν κόσμον λαβεῖν, καὶ ἐν  
 τιμῇ εἶναι μεγίστη· ὁ ταύτην πλέων τὴν θάλασσαν οὐ-  
 δέποτε ναυάγιον ὑποστήσεται, ἀλλὰ πάντα εἰσεται καλῶς.  
 Ἄλλ' ὡσπερ οἱ ταύτης ἀπειροὶ τῆς θαλάσσης ἀποπνίγον-  
 ται, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα· ὅπερ δὴ πάσχουσι καὶ αἰρετι-  
 κοὶ τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἐγχειροῦντες. Δεῖ δὴ τὸ βάθος τοί-  
 νων εἰδέναι, ἢ μὴ κατατολμᾶν. Ἄν μέλλωμεν πλεῖν τὸ  
 πέλαγος τοῦτο, εὐζώνοι γενώμεθα. *Οὐκ ἠδυνήθη ὑμῖν*,  
 φησὶ, *λαλῆσαι ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς*.  
 Μηδεις ἀκαρτέρητος τοῦτο πλείτω τὸ πέλαγος. Κατα-  
 σκευάσωμεν ἑαυτοῖς πλοῖα, τουτέστιν σπουδὴν, προθυ-  
 μίαν, εὐχάς, ὥστε διανύσαι τὸ πέλαγος ἐν ἡσυχίᾳ· καὶ  
 γὰρ τὸ ὕδιον τοῦτο ζῶν ἐστὶ. Καθάπερ εἴ τις πυρὸς λάβοι  
 στόμα, οὕτως ὁ Παῦλον εἰδὼς στομοῦται· καθάπερ εἴ  
 τις μάχαιραν ὀξείαν ἔχοι, οὕτως ὁ τοιοῦτος πάλιν ἀκάθ-  
 εκτος γίνεται. Καὶ πρὸς τὸ νοῆσαι δὲ τὰ Παύλου βίου  
 καθαροῦ δεῖται. Διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγε· *Γάλακτος ἐν*  
*χειρὶ κατέστητε, ἐπεὶ γωθοὶ γεγονάτε ταῖς ἀκοαῖς*.  
 Ἔστι γὰρ, ἐστὶν ἀσθένεια τῆς ἀκοῆς. Καθάπερ γὰρ  
 στόμαχος οὐκ ἂν δέξαιτο ὑγιεινὰ σιτία καὶ δυσκατέρ-  
 γαστα, ἀσθενὴς ὢν, οὕτω καὶ ψυχὴ ὀγκυθεῖσα, φλεγ-  
 μαίνουσα, ἀτονος γενομένη καὶ ἐκλυτος, οὐκ ἂν δυνη-  
 θεῖ δέξασθαι τὸν πνευματικὸν λόγον. Ἄκουε τῶν μα-  
 θητῶν λεγόντων· *Σκληρὸς ἐστὶν ὁ λόγος οὗτος· τίς*  
*δύναται αὐτοῦ ἀκούειν;* Ἄν δὲ ἰσχυρὰ ἦ καὶ ὑγιεινὴ,  
 πάντα ῥᾶστα, πάντα εὐκόλα, ὑψηλοτέρα γίνεται καὶ  
 κουφοτέρα, μᾶλλον μετεωρίζεται καὶ εἰς ὕψος αἵρεται.  
 Ταῦτα οὖν εἰδότες ὑγιεινὴν ἡμῶν κατασκευάσωμεν τὴν  
 ψυχὴν, καὶ ζηλώσωμεν τὸν Παῦλον, καὶ μιμησώμεθα  
 τὴν γενναίαν ἐκείνην καὶ ἀδαμαντίνην ψυχὴν· ἵνα κατ'  
 ἴχνος τῶν ἐκεῖνον βεβιωμένων πορευόμενοι, δυνήθωμεν τὸ  
 πέλαγος τοῦ παρόντος βίου διαπλεύσαι, καὶ εἰς τὸν  
 ἀκούμενον λιμένα κατανῆσαι, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων  
 ἀγαθῶν τοῖς ἀξίως τοῦ Χριστοῦ βιοῦσιν ἐπιτυχεῖν, χάριτι  
 καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,  
 μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος,  
 τίμη, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.  
 Ἀμήν.

b Omnes fere mss., οὕτως ὁ Παῦλον εἰδὼς στομοῦται. Editi  
 ὁ Παῦλος εἶδος στομοῦται, obscura dictio.

# PRÆFATIO

## AD HOMILIAS

### IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

Inter elegantiores et præstantissimas Chrysostomi conciones Homiliæ in Epistolam ad Romanos consecratur. His enim accuratius concinnandis operam Dedit doctor noster, quia in hac epistola sua Paulus obscura humanumque rationum exsuperantia multa admiscuerat, quæ ingenioso ac strenuo interprete opus habent. Explicandis arcanis illis mysteriis, quæ passim in hac Pauli epistola occurrunt, tantum Joannes noster adhibuit operam, ut vix parem in scriptis ejus deprehendas. Et certe multa in illa habentur circa gratiam et prædestinationem, quæ peritissimorum ingenia exerceant, quæque non sine errandi periculo tractari possunt, nisi magna cautio adhibeatur. Mirum quantum homilias hasce Isidorus Pelusiota celebraverit, qui sic habet lib. 5 in Epistola 32 ad Isidorum diaconum : 'Εν τῇ ἐρμηνείᾳ τῆς πρὸς Ῥωμαίους μάλιστα ἡ Ἰωάννου τοῦ πινσόφου σοφία τεθησαύρισται· οἶμαι γὰρ, καὶ μὴ τις πρὸς χάριν λεγῆν νομιζέτω, ὅτι εἰ ὁ Παῦλος ὁ θεσπέσιος Ἀττικὴν εἰληφε γλώτταν, ὥστε ἑαυτὸν ἐρμηνεύσαι, οὐκ ἂν ἄλλως ἤρμηνευσεν, ἢ ὡς ὁ προειρημένος ἀολδῆμος ἀνὴρ· οὕτω καὶ ἐνθυμήμασι, καὶ κἀλλεὶ καὶ κυρτοῖς· εἴα κακῶς μετῆται ἡ ἐρμηνεία. Id est : *In commentario maxime in Epistolam ad Romanos sagacissimi Joannis sapientiae thesauri deprehenduntur. Puto enim; ac ne quis me ad gratiam loqui existimet: si divinus Paulus Attica usus lingua semetipsum interpretatus fuisset, non alio modo expositurum fuisse, quam memoratus conspicuus vir: ita nempe sensu, elegantia et verborum proprietate ejus interpretatio ornatur.*

Alii quoque docti viri eandem de hisce concionibus sententiam proferunt. Omnes denique hic magnam ingenii subtilitatem, orandi vim et elegantiam deprehendunt, atque nativam ejus eloquentiam, stylumque cæteris Chrysostomi operibus sic affinem, ut non sit ovum ovo similium: ita ut ne unus quidem dubitaverit, quin hoc sit verum et germanum Chrysostomi opus.

Non par consensus scriptorum est circa locum, ubi hasce conciones habuit Chrysostomus. [418] Quæritur enim, Antiochiæne an Constantinopoli hæc prædicaverit. Savilius Antiochiæ dictas Homilias ad Romanos fuisse opinatur, auctoritate ductus Photii, qui ait Antiochenas Chrysostomi homilias Constantinopolitanis ejusdem esse elegantiores. Cum videret ergo Savilius has conciones præstare salibus, nervis et eloquentia, Antiochiæ concinnatas et habitas fuisse pronuntiavit. Verum hæc Photii nota critica, quæ sæpe vera esse comprobatur, nonnullas habet exceptiones. Aliquando enim Constantinopolitanæ Chrysostomi conciones quædam homiliis aliquot Antiochenis elegantia sunt anteposendæ.

Tillemontius vero, qui majori accuratione et sagacitate res tractare solet, allatis hinc et inde Chrysostomi locis, et excussis utrinque rationibus, suspensus hæret, nec affirmare audet, utra in civitate hæc conciones dictæ fuerint. Verum Chrysostomus aperte dicit et se et auditores suos pastorem habere, utique Flavianum, queis significat se presbyterum Antiochiæ concionare. En ejus verba homilia octava (col. 464): Τί λέγεις; ὁρᾷς πάντας ἡμᾶς ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς τείχεσιν ὄντας, ὑπὸ τὸν αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας σηκόν, ὑπὸ τὴν αὐτὴν μάκρον μεθ' ὁμοιοῦς ἐστῶτας, οὐδένα μαχόμενον, ὑπὸ τῷ αὐτῷ ποιμένι, κοινῇ βοῶντας, κοινῇ τῶν λεγομένων ἀκροωμένους, κοινῇ τὰς εὐχὰς ἀναπέμποντας, καὶ μάχης μέμνησαι καὶ στάσεως; Μάχης μέμνημαι, καὶ οὐ μαίνομαι οὐδὲ ἐξέστηκα. Ὁρῶ μὲν γὰρ ἃ ὁρῶ, καὶ οἶδα, ὅτι ὑπὸ τὸν σηκόν τὸν αὐτὸν ἐσμεν καὶ τὸν ποιμένα. Id est : *Quid ais? nos omnes vides intra eodum parietes, in uno eodemque ecclesie septo, in eodem ovili concordissime versantes, neminem pugnantem, sub eodem pastore, simul clamantes, simul dicta audientes, simul preces emittentes, et pugnam seditionemque memoras? Pugnam memoro, nec insanio, nec mente captus sum. Video enim illa quæ video, scioque nos sub eodem septo esse et pastore. Quid elarius? Concionator ipse Chrysostomus perinde atque populus sub pastore est, nempe sub Flaviano episcopo, proindeque Antiochenos alloquitur, non autem Constantinopolitanos, quorum ipse, dum Constantinopoli esset, pastor præcipuus et episcopus semper fuit. In multis antehac homiliis, ubi pastorem supremum memorari animadvertimus, statim concionem Antiochiæ habitam fuisse cum Tillemontio pronuntiavimus.*

Qui, quod etiam se Antiochiæ concionantem esse nec obscure alio in loco significat? Id certe



ipsi Tillemontio duce animadvertimus, homilia nempe trigesima (col. 666), ubi sic populum alloquitur : εἰ γὰρ μετὰ τοσούτον χρόνον εἰσιδόντες, ἔνθα ἔμεινε Παῦλος, ἔνθα ἐδέθη, ἔνθα συνεκάθησε καὶ διελέχθη, πτερούμεθα, καὶ πρὸς τὴν μνήμην τῆς ἡμέρας ἀπὸ τῶν τόπων παραπεμπόμεθα· Ἐτι νεωτέρων τῶν πραγμάτων ὄτων, τί πάσχειν εἰκὸς τοὺς μετ' εὐλαθείας ξενοδοχοῦντας; Id est : *Nam si nos post tantum temporis spatium illo ingressi, ubi Paulus manebat, ubi ligatus est, ubi sedit et disseruit, quasi alis assumptis erigimur, et ad diei illius recordationem ex locis ipsis remittimur : cum res ipsæ adessent, quo non affecti movebantur illi, qui cum pietate illum excipiebant?* In illa igitur civitate prædicabat, ubi Paulus manserat, ubi se adeuntes alloquebatur, unde facile adibantur loca, ubi Paulus ligatus fuerat; in [419] duabus autem tantum civitatibus prædicavit Joannes Chrysostomus, Antiochiæ et Constantinopoli : annou conspicuum omnino est, hic de Antiochia sermonem haberi? Nam Byzantii nunquam sedes habuit Apostolus.

Hæret tamen adhuc Tillemontius et causam hærendi profert ex fine homiliæ vigesimæ nonæ, ubi Chrysostomus se pastorem dicit, et pastoris officia commemorans ita claudit : Ταῦτα δὲ μοι περὶ ἀρίστων εἰρηται ποιμένων, οὐ περὶ ἑμαυτοῦ καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' εἰ τις τοιοῦτος, οἷος ὁ Παῦλος ἦν, οἷος ὁ Πέτρος, οἷος ὁ Μωϋσῆς. Τούτους οὖν μιμησώμεθα καὶ ἀρχοντες καὶ ἀρχόμενοι. Id est : *Hæc porro a me dicta sunt de optimis pastoribus, non de me ipso; sed si quis talis sit qualis Paulus erat, qualis Petrus, qualis Moyses. Hos itaque imitemur et præfecti et subditi.* Hoc uno abductus testimonio Tillemontius a iudicio ferendo abstinuit, nec decernere voluit Antiochiæ an Constantinopoli has conciones habuerit.

Laudo equidem tanti viri consideratam in iudicio ferendo tarditatem, quæ in scriptis suis in orbe Christiano tam celebratis passim deprehenditur; at hic certe videtur mihi nimiam adhibere cautionem. Dicit Chrysostomus se sub pastore esse, scilicet sub Flaviano Antiochiæ episcopo; non alio quippe modo intelligi potest : se in urbe illa esse, ubi venerabundi cives loca seu ædes, in quibus Paulus manserat, inviscebant. Annon idipsum erat, ac si dixisset se Antiochiæ concionari? At sese ille, inquit, in alia in Epistolam ad Romanos concione pastorem vocat. Sane utrum in supra memorato loco sese pastorem vocaverit, posset fortasse in controversiam vocari; sed etiamsi se talem dixerit, quid tum postea? annon sacerdotes alii, non episcopi, qui ovium Christi curam habent, pastores sunt et vocantur? Joannes vero Chrysostomus Homilia in Terræ motum et Lazarum tom. I (col. 1029), quæ haud dubie Antiochiæ habita fuit, sese non obscure pastorem et clare satorem, doctorem, medicum et speculatorem vocat.

En illius verba : Ἄλλ' ἔρεῖ μοι, καὶ τί ὠφελεῖς λέγων; Ὁφελῶ, ἐάν τις μου ἀκούῃ. Ἐγὼ τὸ ἑμαυτοῦ ποιεῶ ὁ σπείρων σπείρει. Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείραι· καὶ τὰ μὲν ἔπεισι παρὰ τὴν ὁδὸν, τὰ δὲ ἐπὶ τὴν πέτραν, τὰ δὲ ἐπὶ τὰς ἀκάνθας, τὰ δὲ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλήν· τρία μέρη ἀπόλωτο, καὶ ἓν ἐσώθη· καὶ οὐκ ἀπίστη τῆς γεωργίας, ἀλλ' ἐπειδὴ ἔν διεσώζετο, οὐκ ἐπαύσατο τῆς γηπονίας. . . . ἔπει καὶ ὁ ποιμὴν ἐκείνος τὰ ἐννενηκονταεννέα πρόβατα καταλιπὼν, ἐπὶ τὸ ἐν τὸ πεπλανημένον ἔδραμεν. Οὐ καταφρονῶ ἀνθρώπου· κἀν εἰς ἡ, ἀνθρωπὸς ἐστὶ, τὸ περισπούδαστον τῷ Θεῷ ζῶον. Id est : *At dices mihi, Quid dicendo proficis? Proficio, si quis me audiat. Ego quod officium meum est, id præsto; seminator semino. Exiit qui seminat ad seminandum; quædam ceciderunt secus viam, quædam supra petram, quædam supra spinas, quædam in terram bonam : tres partes perierunt, et una servata est; nec tamen ab agricultura destitit, sed quoniam una conservata est, agrum colere non cessavit. . . . Quandoquidem et pastor ille, qui nonaginta novem reliquerat oves, ad unam cucurrit, quæ aberraverat. Hominem non contemno : licet unus sit, homo tamen est animal Deo carissimum.* An [420] se pastorem dicere non audeat is, qui ita loquitur; imo vero annon se clare pastorem dicit hæc proferendo? Paulo post autem hæc subjicit : Οὐ παύσομαι λέγειν ἐγὼ, κἀν μηδεὶς ἢ ὁ ἀκούων· ἰατρός εἰμι, ἐπιτίθημι τὰ φάρμακα· διδάσκαλός εἰμι, παραινεῖν ἐκελεύσθη· λέγει γάρ· Σκοπὸν δέδωκά σε τῷ ὄκῳ Ἰσραὴλ. Id est : *Non dicendi finem faciam, etiamsi nullus sit qui audiat; medicus sum, pharmaca adhibeo; doctor sum, et admoneo; ait enim : Speculatorem dedi te domui Israel.*

In aliis quoque homiliis Antiochiæ habitis, illa munia se exercere dicit, quæ videntur ad præcipua episcoporum officia pertinere. Sic in vigesima homilia ad populum Antiochenum, tom. II (col. 211) : Τεσσαράκοντα λοιπὸν ἡμέραι παρήλθον· ἂν τοίνυν τὸ πάσχα παρέλθῃ τὸ ἱερὸν, οὐδενὶ συγγνώσεται λοιπὸν, οὐδὲ παραινέσει προσάξω, ἀλλ' ἐπιταγὴν καὶ ἀποστολίαν ἀκαταφρόνητον. . . . πᾶσι τοίνυν προλέγω καὶ διαμαρτύρομαι, ὅτι ἂν συγγενόμενος ὑμῖν κατ' ἰδίαν, καὶ λαθῶν ἀπόπειραν (λήψομαι δὲ πάντως), καὶ εὖρω τινὰς μὴ διορθώσαντας τὸ ἐλάττωμα, ἀπαιτήσω δίχην, κελεύσας ἔξω μένειν τῶν μυστηρίων τῶν ἱερῶν. Hoc est : *Quadragesima dies jam præterierunt : si igitur sacrum quoque Pascha transeat, nulli ultra veniam dabo, non admonitionem, sed vim imperii et severitatem non contemnendam adhibebo. . . . Omnibus itaque denuntio et protestor; quod si vos singulis conveniens, et experimentum sumens (nam haud dubie sumam), deprehendero quosdam hoc vitium non correxisse, pœnam irrogabo, edicam ut foris extra sacra mysteria consistat.* An pastoris nomen usurpare non audeat qui talia facit? Verum hæc a iudicio ferendo Tillemontium detinere : et Antiochiæ an Constantinopoli Homiliæ in Epistolam ad Romanos habitæ.

fuert, definire non ausus est. Nos autem quasi certum et exploratum habendum putamus, illas Antiochiæ habitas fuisse. Tillemontii enim objectio nos a tali ferenda sententia abducere non potest. Cur enim Chrysostomus, facente Tillemontio, his clare indicet se Antiochiæ concionari, quid ultra quæramus? et cur tam levi conjectura a Chrysostomi testimonio sequendo detineamur?

Annum, quo hasce homilias Joannes adornavit et dixit, ne conjectura quidem assequi valeamus: hoc unum sine errandi periculo dicere possumus, nonnisi post annum 388 potuisse Chrysostomum his manum et operam admovere: annis namque illis prioribus, quibus concionatoris officio functus est, tot edidit conciones et homilias, ut ipsis alias adjicere non liquerit.

Cum porro Julianus, qui Pelagii errores tuebatur, ad peccatum originale tollendum Chrysostomi auctoritate usus esset; Augustinus, qui hunc hæreseos propugnatorem egregie depulit, ex homilia decima Chrysostomi multa confertim attulit libro I contra Julianum, eaque Latine conversa, quæ nobis hic apponere visum est, annotatis in margine locis, unde hæc excerptis Augustinus.

[421, (a) *Lege etiam quemadmodum exponit idem ipse vir sanctus eundem ipsum Apostoli locum, ubi scriptum est: Per unum hominem peccatum intravit in mundum (Rom. v. 12). Ibi enim luce clarius in hujus fidei Catholicæ veritate versatur. Quod totum quia longum est huic operi intexere, paucis inde contingam: Manifestum, inquit, quoniam non ipsum peccatum, quod ex legis transgressione, sed illud peccatum, quod ex Adæ inobedientia, hoc erat, quod omnia contaminavit. Et paulo post: Regnavit, inquit, mors ab Adam usque ad Moysen, et in eos, qui non peccaverunt. Quomodo regnavit? In similitudine transgressionis Adæ, qui est forma futuri (Ibid., 14). Propterea et forma est Christi Adam. Quomodo forma est, aiunt? Quoniam sicut ille ex semetipso nascentibus, quamvis non manducaverint de ligno, factus est causa mortis, quæ per cibum inducta est: ita et Christus iis, qui ex ipso sunt, tametsi nihil juste egerint, factus est provisor justitiæ, quam per crucem nobis omnibus condonavit (b). Alio in loco eodem sermone: Ut cum tibi dixerit Judæus, inquit, Quomodo unius virtute Christi mundus salvatus est? possis ei dicere: Quemadmodum uno inobediente Adam mundus damnatus est. Quanquam non sint æqualia, gratia atque peccatum, neque paria sint mors atque vita, non æqualis Deus ac diabolus (c). Item post paululum: Sed non quemadmodum delictum, inquit, ita et gratia. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in multos abundavit (Ibid. 15). Quod enim dicit, inquit, hejusmodi est: Si peccatum valuit, et peccatum unius hominis; gratia et Dei gratia, et non solum Patris, sed etiam Filii, quemadmodum non amplius prævalebit? Multo enim hoc rationabilius. Nam alium pro alio damnari, non valde videtur habere rationem: alium autem pro alio salvari, et decentius magis et rationabilius apparet. Si igitur illud factum est, multo magis hoc (d). Itemque alibi in consequentibus; Judicium, inquit, ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem (Ibid., 16). Hoc idem est, inquit, quod dicitur, quoniam quidem mortem et damnationem potuit peccatum inducere; gratia autem non unum illud tantummodo interfecit peccatum, sed etiam post illud introeuntia peccata. Et paulo post de hoc ipso: Quoniam ergo, inquit, plura introducta sunt bona, et non solum illud interfectum est peccatum, sed etiam omnia reliqua, ostendit dicens: Gratia autem ex multis delictis in justificationem. Et post paululum ait: Primo enim dixit: Quoniam si unius peccatum interfecit omnes, multo magis et unius gratia poterit salvare. Post hæc autem ostendit, inquit, quoniam non illud solum interfectum est peccatum per gratiam, sed etiam omnia reliqua: et non solum peccata interfecta sunt, sed etiam et tributa justitia est: et non tantum solum profuit Christus, quantum nocuit Adam, sed multo amplius atque magis (e). Post hæc in eodem cum de baptismo ageret, interposuit verba Apostoli, dicentis: An ignoratis, inquit, fratres, quoniam quicumque in Christo baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus? Ut et ipsi moriamur sicut et ille. Crux enim est baptisma. Quod ergo crux Christo et sepulcrum, hoc nobis baptisma factum est; tametsi non in eisdem ipsis. Ipse namque carne et mortuus est et sepultus; nos autem peccato in utroque. Quapropter non dixit: Complantati morti; sed, Similitudini mortis. Mors namque et hoc et illud, sed non eidem ipsi subjacet, sed hæc quidem carnis Christi, nostra autem peccati. Quemadmodum ergo illa vera, et hæc (f).*

[422] His adjicere visum est illa, quæ Savilius circa suam Homiliarum Chrysostomi in Epistolas Pauli Editionem, notis præmisit. Putat ille Homilias Chrysostomi in Epistolam ad Romanos Antiochiæ habitas fuisse, quam nos sententiam amplexi sumus. Verum ille non eodem quo nos *κρίτηλη* ad illam propugandam sententiam usus est.

(a) Augustin. *contra Julianum* l. 1, c. 27, p. 513.

(b) Joan. Chrysost. homil. 10 in Epist. ad Rom., col. 473.

(c) Ibid.

(d) Ibid. col. 476.

(e) Ibid.

(f) Ibid. col. 480.

## SAVILII IN TOMUM TERTIUM.

[423] Cæterum de loco, ubi scriptæ vel dictæ sint hæc in beatum Apostolum a Joanne nostro elaboratæ Expositiones et homiliæ, a doctis video in varias itum esse sententias. Andreas Dounæus in notis suis doctissimis ad eum locum Chrysostomi, qui reperitur tom IV, pag. 126, 13 : προσέκρουσε τῷ ποτε κρατοῦντι ἡ πόλις ἡ ἡμετέρα, etc., omnia hæc in beatum Paulum Antiochite scripta videtur asserere : cum tamen de illis ipsis in Epistolam ad Colossenses certissimum sit scriptas fuisse vel habitas Constantinopoli, ut ex sequentibus liquebit. Contra βιογράφοι, qui bellam nobis excogitarunt fabulam illam de Paulo in aurem dictante nostro Joanni, quæ scriberet, eamque rem Proclo (qui tum ministrabat Chrysostomo, et postea in episcopatu successit) per rimas visam, cuncta videntur vindicare Constantinopoli. Neutri, ut opinor, vere : rectissime Photius, qui pag. 201 editionis August. mediani secutur viam, his verbis : ἀλλὰ τὰς μὲν εἰς τὸν Ἀπόστολον συγγραφὰς, ἔστιν ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἐπιγινῶναι, ποῖα τε αὐτῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ διατρίβοντι ἐξεπονήθησαν, ἀὶ καὶ μᾶλλον διεκρίβωνται, καὶ ποῖα ἀρχιερατεύοντι ἐποιήθησαν. Ex quibus verbis quamvis nec ibi, nec usquam, quod sciam, ab ipso diserte exprimat, quo quæque loco scripta fuerint, hoc tamen habemus Antiochenorum et Constantinopolitanorum κριτήριον, nimirum τὴν ἀκριβείαν. Quo tamen κριτήριῳ certius habemus aliud et minus fallax in nonnullis, auctoris ipsius verba. Ubi autem hoc destituemur subsidio (neque enim in omnibus illud ex verbis Chrysostomi apparet), confugiendum erit ad prius illud τῆς ἀκριβείας κριτήριον, hoc est, res probabilibus conjecturis expendenda. Ac ne longe abeamus, de priore ad Corinthios expressum habemus ex ipsius Chrysostomi verbis testimonium, scriptas fuisse homilias illas Antiochiæ. Locus est, homilia vigesima prima p. 379, 7 : καὶ ταῦτα ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐν ἧ πρώτον ἐχρημάτισαν Χριστιανοί. Et quidem Photii κριτήριον huic scripto perbelle convenit, cum nihil sit nspiam ab Joanne nostro illis sermonibus scriptum accuratius, nihil limatius. De Sermonibus in Epistolam ad Titum, plus quam probabile est habitos itidem fuisse Antiochiæ. Sic enim loquitur homilia tertia, pag. 392, 43 : τί ἂν εἶποι τις περὶ τῶν εἰς τόπους ἀπερχομένων ἐκείνοις (scilicet Ἰουδαίους) ἀφιερωμένους; τὸν ἐν Δάφνῃ λέγω, τὸ τῆς Μαρτῶνης λεγόμενον σπήλαιον : est autem Daphne notissimum illud suburbanum Antiochenum. Jam de Sermonibus in Epistolam ad Colossenses, quicquid dicat doctissimus Dounæus, certum est Constantinopoli scriptos fuisse ab eodem jam episcopo : id quod ex multis locis ad finem ethici tertii luce clarius apparet, pag. 107, l. 14 : μὴ γὰρ ἐγὼ διδῶμι τὴν εἰρήνην; Atqui supra l. 2 hoc dixerat proprium esse τοῦ φεριστώτος τῆς Ἐκκλησίας. Aut si presbyter dici posset προσετώτος τῆς Ἐκκλησίας, quod non puto, in urbe episcopalem sedem habente, certe quod sequitur l. 41 : εἰς δ' ἂν ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦτο καθήμεθα, etc., de presbytero dici non potest. Et illud p. 108, 5 : τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξίωμα, manifestissime convincit verum esse, quod dicimus de his in Epistolas ad Colossenses Homiliis. In utramque etiam ad Thessalonicenses Chrysostomi Homilias aio scriptas dictasve Constantinopoli. De priore, homil. undecima, pag. 207, 17 : εἰ γὰρ ὑπεύθυνος ἐγενόμην τῆς πάντων ὑμῶν προπασίως, etc. De posteriore, homil. quarta, pag. 238, lin. 22 : σὺ δὲ ἀξιοῖς τὴν λαὸν ὑπὲρ τοῦ ἡγουμένου παρακαλεῖν; et mox lin. 25 : τοῦ κρατοῦντος : quæ non nisi episcopo convenire possunt. Sermone quarto in Epistolam ad Hebræos, pag. 454, loquitur ut episcopus, de iis agens, qui præficas ad planetum ciendum conducunt : πολλὸν αὐτοῦ χρόνον, inquit lin. 30, τῆς ἐκκλησίας ἀπέστρεψα, ὡς τὸν εἰδωλόατρον; et lin. 38 : εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἡμεῖς οὐκ ἀνεχόμεθα ἡθὲ τοιαῦτα ὀλέθρια τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπεισάγαγεῖν. Quin et in ipso titulo editi dicuntur sermones illi in Epistolam ad Hebræos μετὰ τὴν κοιμήσιν αὐτοῦ, ut verisimile sit extremis temporibus dictos fuisse. De posteriore ad Corinthios subdubitare me cogit dictio, quam in proxime memoratis, paulo ἀκριβεστέρᾳ. Si tamen γνήσιον est ethicon illud vigesimæ sextæ, quod inter doctos discerpitari video, verba certe illa pag. 687, 28 : καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν, etc., Constantinopolin clare indicant. Atque hæc sunt, quæ ex ipsis Chrysostomi verbis, utcumque pro tempore, elicere potuimus. Ad reliqua adhibito Photii κριτηρίῳ, quod alterum nos, si recte observavi, dehinc destituerit, Homiliæ in Epistolam ad Romanos, et Expositio in Galatas Antiochenis διὰ τὴν ἀκριβείαν accensendæ : Homiliæ in Epistolas ad Ephesios, Philippenses, utramque ad Timotheum et Philemonem διὰ τὸ αὐτὸ αὐτοσχέδιον τῆς λέξεως Constantinopolitanis. Atque hæc quidem nos αὐτοσχεδιάζοντες, meliora monentem haud illibenter secuturi.

SANCTI PATRIS NOSTRI  
JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

COMMENTARIUS IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

ARGUMENTUM (a) EPISTOLÆ AD ROMANOS <sup>1</sup>.

1. Dum Epistolarum S. Pauli lectionem frequenter, ac sæpe ter quaterve per singulas hebdomadas audio, quando sanctorum martyrum memoriam celebramus, gaudeo et exulto, tuba fruens spiritali, desiderioque ardeo, cum amicam mihi vocem ausculto, fereque mihi videor illum præsentem et disserentem conspiciere; sed a igitur ac discrucior, quod non omnes tantum virum ut par esset cognoscant, et usque adeo quidam ignorent, ut nec numerum quidem epistolarum ejus sciant. Illud vero non hinc evenit, quod discere non valeant, sed quod nolint cum sancto viro frequenter versari. Neque enim nos quæ scimus, si qua tamen scimus, ex ingenii acrimonia novimus, sed quod ejus scripta assidue tractemus, illumque affectu maximo contemplantur. Nam qui amant, amatorum acta plus quam alii omnes norunt, utpote qui de illis solliciti sint: id quod hic vir beatus ostendens, Philippensis dicit: *Sicut mihi justum est hoc sentire de vobis, eo quod vos in corde habeam in vinculis meis, et in defensione et confirmatione evangelii (Philipp. 1. 7)*. Itaque si vultis lectioni diligenter attendere, non aliud requirendum vobis erit: verum quippe est Christi dictum illud: *Quærite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis (Matth. 7. 7)*. Verum quia plerique ex iis, qui huc nobiscum convenere, liberos, uxorem alicuiam, adesseque curandas suscepere, nec sese totos huic studio dare possunt: ad ea, quæ alii collegerunt, excipienda vos comparate, tantumque studium dictis audiendis adhibete, quantum colligendæ pecuniæ. Etsi namque turpe est nihil a vobis plus exigere, utinam vel tantum adhibeatis.

*Scripturarum ignorantia quanta pariat mala. Ordo temporis in singulis epistolis Pauli.* — Nam a Scripturarum ignorantia innumera orta sunt mala: hinc multa hæresicon lues, hinc ignava vivendi ratio et infructuosi labores. Sicut enim qui luce privantur, recta incedere nequeunt: sic qui divinarum radiis Scripturarum non fruuntur, necessario peccant et errant frequenter, utpote qui in densissimis tenebris ambu-

<sup>1</sup> Unus habet ex Savilio, *In omnes Pauli epistolas prologus*. Initio prologi de omnibus Pauli Epistolis agit.

(a) Collatum cum Codice regio 1551 et Colbert no 995.

lent. Id ne eveniat, ad Apostoli dictorum fulgorem oculos aperiemus: ejus quippe lingua plusquam sol lucet, cæterosque omnes doctrina verbi superat. Quis enim plus quam illi laboravit, magnam sibi attraxit Spiritus gratiam: idque non ex epistolis tantum ejus, sed etiam ex gestis contenderim. Nam si concionandi tempus esset, illas ipsi partes ubique concedebant: ideoque apud incredulos Mercurius esse putabatur (*Act. 14. 14*), quod in eloquentia princeps esset. In hanc autem epistolam ingressori, necesse est ut tempus, quo scripta fuit, assignemus. Non enim, ut multi existimant, ante alias omnes scripta fuit; sed prima quidem est earum, quæ Roma missæ fuere, omnium, at posterior aliis, etsi non omnibus. Etenim ambæ ad Corinthios epistolæ hanc præcesserunt. Id liquidum est ex iis, quæ in fine hujus scripsit his verbis: *Nunc autem proficiscor Jerosolymam, ministrans sanctis. Visum est enim Mæcedoniæ et Achaïæ communicationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt Jerosolymis (Rom. 15. 26)*. Corinthiis autem scribens ait: *Quod si dignum fuerit ut et ego eam, merum proficisceretur (1. Cor. 16. 6)*; de iis loquens, qui illuc pecunias deportaturi erant. Unde liquet, cum scriberet Corinthiis, incertum fuisse an eo profecturus esset; cum vero Romanis, rem constitutam et certam fuisse. Qua re comprobata, certum est hanc post illas scriptam fuisse. Etiam epistola ad Thessalonicenses videtur mihi præcessisse epistolam ad Corinthios. Nam cum illis prius scripsisset de elemosyna his verbis, *De fraterno autem amore non opus est ut scribamus vobis: vos enim a Deo docti estis ut diligatis invicem: etenim hoc facitis erga cunctos fratres (1. Thess. 4. 9. 10)*; tunc ad Corinthios scripsit; id quod ipse probat dicens: *Scio enim ego promptum animum vestrum, pro quo de vobis glorior apud Mæcedones; quoniam et Achaia parata est ab eo præterito: et vestra æmulatio provocavit plurimos (2. Cor. 9. 2)*. Quibus commonstrat se primum illis hæc de re loquutum esse. Hæc igitur epistola, quæ prima est earum, quas Romæ scripsit, illis epistolis posterior est. Nondum enim Romam venerat, cum hæc

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ  
**ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ**

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ.

[425] ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ \*.

α'. Συνεχῶς ἀκούων ἀναγινωσκομένων τῶν Ἐπιστολῶν τοῦ μακαρίου Παύλου, καὶ καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα δις, πολλάκις δὲ καὶ τρις καὶ τετράκις, ἤνικα ἂν μαρτύρων ἁγίων μνήμας ἐπιτελῶμεν, χαίρω μὲν τῆς σάλπιγγος ἀπολαύων τῆς πνευματικῆς, καὶ διανίσταμαι, καὶ θερμαίνομαι τῷ πόθῳ, τὴν ἐμοὶ φίλην ἐπιγινώσκων φωνήν, καὶ μονονοῦχι παρόντα αὐτὸν δοκῶ φαντάζεσθαι, καὶ διαλεγόμενον ὁρᾶν· ἀλγῶ δὲ καὶ ὀδυνῶμαι, ὅτι τὸν ἄνδρα τοῦτον οὐχ ἅπαντες ἴσασιν, ὡσπερ εἰδέναι χρῆ, ἀλλ' οὕτω τινὲς αὐτὸν ἀγνοοῦσιν, ὡς μηδὲ τῶν Ἐπιστολῶν τὸν ἀριθμὸν εἰδέναι σαφῶς. Τοῦτο δὲ γίνεται οὐ παρὰ ἀμαθίαν, ἀλλὰ παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι συνεχῶς ὀμιλεῖν τῷ μακαρίῳ τούτῳ. Οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ὅσαπερ ἴσμεν, εἴπερ τινὰ ἴσμεν, δι' εὐφύταν καὶ ὀξύτητα διανοίας ἐπιστάμεθα, ἀλλὰ διὰ τὸ συνεχῶς ἔχασθαι τοῦ ἀνδρός, καὶ σφόδρα διακίεσθαι περὶ αὐτόν. Τὰ γὰρ τῶν φιλουμένων πρὸ τῶν ἄλλων ἀπάντων οἱ φιλοῦντες ἴσασιν, ἅτε δὴ μεριμνῶντες αὐτούς· ὅπερ καὶ ὁ μακάριος οὗτος ἐνδεικνύμενος, ἔλεγε Φιλιπησίους· *Καθὼς ἐμοὶ δίκαιόν ἐστι τοῦτο φρονεῖν περὶ ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν ἐν τοῖς δεσμοῖς μου καὶ ἐν τῇ ἀπολογία καὶ βεβαιώσει τοῦ Εὐαγγελίου.* Ὡστε καὶ ὑμεῖς εἰ θέλετε μετὰ προθυμίας προσέχειν τῇ ἀναγνώσει, οὐδενὸς ἐτέρου δεηθήσεσθε· ἀψευδὴς γὰρ ὁ τοῦ Χριστοῦ λόγος, εἰπὼν· *Ζητεῖτε, καὶ εὕρησθε· κρούετε, καὶ ἀνοιγίησεται ὑμῖν.* Ἄλλ' ἐπειδὴ τὸ πλέον ἡμῖν τῶν ἐνταῦθα συλλεγομένων καὶ παιδοτροφίαν [426] καὶ γυναικῶς ἐπιμέλειαν καὶ οἰκίας πρόνοιαν ἀνεδέξαντο, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο ὅλους ἑαυτοὺς δοῦναι τῷ πόνῳ τούτῳ· πρὸς γοῦν τὸ λαβεῖν τὰ παρ' ἐτέρων συλλεγόντα διανástητε, καὶ τοσαύτην ἀπολείματα σπουδῆν τῇ τῶν λεγομένων ἀκροάσει, ὅσην τῇ τῶν χρημάτων συλλογῇ. Εἰ γὰρ καὶ αἰσχροὺς τοσαύτην ἀπαιτῆσαι παρ' ὑμῶν μόνην, πλὴν ἀλλ' ἀγαπητὸν, ἂν τοσαύτην γοῦν ὄωτε.

Καὶ γὰρ ἐντεῦθεν τὰ μυρία ἐφύη κακὰ, ἀπὸ τῆς τῶν Γραφῶν ἀγνοίας· ἐντεῦθεν ἡ πολλὴ τῶν αἰρέσεων ἐδλάστησε λύμη, ἐντεῦθεν οἱ ἡμελημένοι βίοι, ἐντεῦθεν οἱ ἀκαρδεῖς πόνοι. Ὡσπερ γὰρ οἱ τοῦ φωτὸς ἀπεστερημένοι τοῦτου οὐκ ἂν ὀρθὰ βαδίζαεν· οὕτως οἱ πρὸς τὴν ἀκτίνα τῶν θείων μὴ βλέποντες Γραφῶν, πολλὰ ἀναγκάζονται καὶ συνεχῶς ἀμαρτάνειν, ἅτε δὴ ἐν σκότῳ χαλεπωτάτῳ β-

\* Unus, eis πάσας τοῦ Παύλου ἐπιστολάς πρόλογος. b Sic duo mss. et Savil. recte. Editi βαδίσαιεν.

die gentiles ? ignoravimus te ? Itane cælum non audistis ex solo aspectu vocem emittens ? rerum omnium harmoniam et concentum, clarius quam tuba clamantem ? noctis et diei leges, immotas perpetuo manentes ? hiemis et veris et aliarum tempestatum ordinem firmum et inmotum ? maris commodum in tot procellis et fluctibus ? omnia in ordine manentia, ac per pulchritudinem et magnitudinem Creatorem prædicantia ? Hæc quippe omnia, et etiam his plura compendio Paulus dixit : *Invisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur : sempiterna quoque ejus potentia et divinitas, ita ut sint inexcusabiles.* Etsi non in eum finem fecerit illa Deus, quamvis ita acciderit. Neque enim ut illos excusatione privaret, doctrinam tantum in medium protulit, sed ut ipsum cognoscerent : ingrati autem cum essent, se ipsi defensione privarunt. Deinde ostendens quomodo defensione carcant, ait : **21.** *Quia cum cognovissent Deum, non ut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt.* Unum hoc crimen maximum est ; alterum quod idola adoraverint : qua de re accusans illos Jeremias, dicebat : *Duo mala fecit populus hic : me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas dissipatas (Jer. 2. 13).* Deinde signum affert, quod Deum cognoscant, nec cognitione sua ut par esset utantur, quod scilicet deos cognoverint : quare intulit : *Quia cum cognovissent Deum, non ut Deum glorificaverunt.* Causamque apponit cur in tantam amentiam delapsi sint. Quænam illa est ? Ratiociniis suis omnia commiserunt. At non ita dicit, sed longe vehementiori modo : *Evanuerunt enim, inquit, in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum.* Sicut enim in nocte illuni, si quis peregrinum iter carpere conetur, vel in mari navigare, non modo non pervenit ad finem, sed cito perit : sic et isti viam ad cælum ferentem aggressi, sibi que lucem adimentes, et illius loco ratiociniorum suorum tenebris sese committentes, in corporeis incorporeum, in figuris figura expertem quærentes, naufragium gravissimum fecerunt. Cum iis autem, quæ dicta sunt, aliam erroris illorum causam ponit cum ait : **22.** *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Magnum enim quidpiam de se imaginantes, nec sustinentes hanc, quam jusserat Deus, viam ingredi, in amentia cogitationibus demersi sunt. Deinde tempestatem illam describens, quam gravis fuerit, et omni venia indigna, subjunxit : **23.** *Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum et quadrupedum et serpentium.*

**3.** *Contra philosophos gentiles.* — Prima accusatio, quod Deum non invenerint ; secunda, quod occasiones magnas et conspicuas habentes ; tertia, quod cum se sapientes dicerent ; quarta, quod non modo non invenerint, sed etiam cultum illum ad demonas, ad lapides et ligna derivarint. Illorum vero fastum deprimit in Epistola ad Corinthios ; sed non perinde illic ut hic. Illic enim a cruce plagam ipsis infligit, dicens : *Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus (1. Cor. 1. 25) ;* hic vero sine comparatione

sapientiam eorum in seipsa traducit, ostendens stultitiam esse et arrogantiam tantum ostentationem. Deinde ut discas illos Dei notitiam habentes, sic illam prodidisse, dicit, *Mutaverunt* : qui vero mutat, ut aliud habens mutat. Voluerunt enim quid amplius invenire, datis terminis non contenti ; ideoque etiam his exciderunt : novitatem enim desiderabant. Etenim hujusmodi omnia Græcorum fuere. Ideo etiam sibi mutuo adversati sunt : Aristoteles insurrexit contra Platonem, Stoici in hunc infrenuere, et alter alteri hostis fuit. Itaque non ita admirandi sunt ob sapientiam ut aversandi et odio habendi, quia ob hoc ipsum stulti facti sunt. Nisi enim ratiociniis et syllogismis atque sophismatibus sua commisissent, non in talia incidissent. Deinde criminationem augens illorum, idololatriam totam traducit. Certe vel quod mutaverint, ridiculum est : quod autem in talia mutaverint, omni excusatione caret. In quænam ergo mutaverint, et qua in re gloriam posuerint, perpende. Cogitandum de illo erat, quod esset Deus, quod omnium dominus, quod eos, qui non erant, fecerit, quod provideat et curam gerat : hæc gloria Dei sunt. Quibusnam ipsi illam attribuerunt ? Non hominibus, sed similitudini imaginis corruptibilis hominis. Neque hic steterunt, sed et ad bruta animalia delapsi sunt, imo et ad illorum imagines. Tu vero mihi Pauli sapientiam perpendas velim, quomodo duo extrema perverit ; Deum supremum omnium, et reptilia infima ; imo non reptilia, sed reptilium similitudines, ut apertam illorum insaniam clare ostenderet. Cognitionem enim illam, quam habere oportebat circa eum, qui sine comparatione omnium excellentissimus est, hanc omnium haud dubie vilissimo applicuerunt. Et quid hæc, inquires, ad philosophos ? Ad hos maximo omnia supra dicta spectant. Nam hi Ægyptios horum inventores magistros habent : et Plato, qui cæteris præstantior esse videtur, de hisce gloriatur ; ejusque doctor idolis istis addictus fuit, qui gallum jubet Æsculapio sacrificari (a). Illic videas brutorum et reptilium imagines, et cum his Apollinem et Bacchum pari cultu dignatos. Quidam vero philosophi in cælum invexere tauros, scorpiones, dracones et hujusmodi quisquilias : ubique enim diabolus curavit ad reptilium similitudinem homines demittere, et irrationabilioribus eos subicere, quos Deus supra ipsum cælum extollere voluit. Neque hinc tantum, sed et aliunde illorum coryphæum videbis supra dictis obnoxium. Cum enim poetas in unum colligit, et dicit oportere illis habere fidem in iis, quæ de Deo dicunt, utpote qui probe norint, nihil aliud quam nugarum congeriem inducit, et res tam ridiculas veras existimandas esse dicit. **24.** *Ideo tradidit illos Deus in desideria cordis sui, in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis.* Illic ostendit impietatem violatarum legum fuisse causam. Illud vero *Tradidit*, hic significat, permisit. Quemadmodum enim dux exercitus si ingravescente pugna discesserit,

(a) Platonis doctor Socrates moriturus gallum jubet Æsculapio sacrificari. Vide Platonem in Phædone de morte Socratis. Hæc postrema vox fuit celeberrimi philosophi.

milites hostibus tradit, non ipse impellens, sed auxilio suo privans: sic Deus eos, qui noluerunt sua accipere, sed primi resilierunt, dimisit, postquam sua omnia impleverat. Perpende autem: pro doctrina mundum in medio posuit; mentem et cogitationem dedit, quæ posset id, quod conveniens erat, intelligere. Nullo horum homines, qui tunc erant, usi sunt ad salutem, sed in contrarium quod acceperant inverterunt. Quid igitur facere oportebat? vi et necessitate trahere? At non est hoc facere virtute præditos. Reliquum erat ut desereret, quod et fecit; ut vel sic illa, quæ concupierant, experti, turpitudinem fugerent. Nam si quis regis filius, contempto patre, cum prædonibus, sicariis et sepulcrorum effossoribus se conferat, et illorum consortium paternæ domui præferat, relinquit eum pater, ut stultitiæ suæ magnitudinem experientia ediscat.

4. Cur autem nullum aliud memoravit peccatum, ut cædem, avaritiam et alia similia, sed intemperantiam? Auditores tantum, et eos qui epistolam acceptari erant, indicare mihi videtur. In immunditiam, ut corpora sua contumelia afficiant in semetipsis. Vide emphasin maxime perstringentem. Non aliis egebant, inquit, quibus contumelia afficerentur: sed quæ inimici intulissent, eadem contra se patrabant. Deinde causam resumens ait: 25. Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium; ac cultum præstiterunt et servierunt creaturæ potius quam Creatori. Quæ admodum ridicula erant, in specie ponit; quæ vero graviora erant, generaliter: ac per hæc omnia ostendit, creaturæ cultum ad gentiles pertinere. Et vide quomodo sermonem explicaverit: non enim simpliciter dixit, Coluerunt creaturam, sed addidit, Potius quam Creatorem: ubique hæc ratione crimen attollens, et hoc additamento illos venia privans. Qui est benedictus in sæcula. Amen. Verum hoc nihil illi nocuit, inquit: est enim ille benedictus in sæcula. Hic ostendit illum non ut se ulcisceretur deseruisse ipsos, quandoquidem nihil passus est. Etiam si enim illi ipsum contumelia affecerint; at ille contumeliam non passus est, neque gloria ejus imminuta fuit, sed manet semper benedictus. Nam si plerumque vir qui philosophatur, nihil patitur ab iis, qui contumeliam inferunt, multo minus Deus, immortalis et immutabilis illa natura, invariabilis et immota gloria. Etenim homines hæc in re Deo similes sunt, cum nihil patiuntur ab iis qui molestiam inferre volunt, nec contumeliam accipiunt, percussi non percutiuntur, aliis ridentibus non vere iridentur. Et quomodo, inquit, hoc fieri possit? Potest; utique potest, si non doleas de iis quæ accidunt. Et quomodo, inquit, possum non dolere? At quomodo potes dolere? Dic enim mihi: Si puerulus tuus te contumelia afficeret,

an illud pro contumelia haberes? an doleres? Minime: si doleres, annon ridiculus esses? Sic erga proximum affecti simus, et nihil ingrati patiemur (pueris enim, qui contumeliam inferunt, insipientiores sunt); nec quæramus contumeliis non affici, et iis affecti, fortiter seramus: hic est enim verus honor. Quare? Quia tu hujus honoris dominus es, illius vero alius. Annon vides adamantem cum percutitur repercutientem? Sed hæc est, inquit, ejus natura. At potes tu ex proposito voluntatis talis effici, qualis ille ex natura est. Quid autem? annon vidisti pueros in fornace non adustos? Daniele in lacu nihil mali patientem? Idipsum jam fieri potest: adsumt etiam nobis leones, ira, concupiscentia, acerrimis dentibus instructi, qui obvia discernunt. Esto igitur similis Danieli, et ne sinas passiones dentes infingere in animam tuam. At ille, inquit, gratiam totam habuit secum operantem. Bene, quia hæc ducebat propositum voluntatis. Itaque si velimus nos tales comparare, adest et nunc gratia: etiam si feræ esuriant, non latus tuum tangent. Nam si servile corpus videntes reveritæ sunt; cum membra Christi videbunt (hoc enim nos fideles sumus), quomodo non quiescent? Si verò non quiescant, id ex culpa eorum qui injecti fuerint eveniet. Etenim multis sunt, qui leonibus hisce sumptum suppeditant, meretrices nutriendas, nuptias violantes, vindictam in inimicos exercentes: ideoque prius quam ad solum perveniant, dilacerantur. At non id Danieli contigit; at nec nobis continget si velimus, imo et quid melius quam tunc accidit.

Injuriam utiles patienter ferenti. — Illic enim leones non nocuerunt; nobis autem, si vigilemus, utiles erunt ii qui injuriam inferunt. Ita et Paulus splendidus evasit ab iis, qui ipsi molestias et insidias inferebant; sic Job a multis plagis, sic Jeremias a lacu luti, sic Noë a diluvio, sic Abel ab insidiis, sic Moyses a sanguinariis Judæis, sic Elisæus, sic magnorum illorum singuli, non a quiete et voluptate, sed ab ærumnis et tentationibus splendide coronati sunt. Ideo Christus hanc cum nosset rei eximie gerendæ rationem, discipulis dicebat: In mundo tribulationem habetis; sed confidite, ego vici mundum (Joan. 16. 33). Quid ergo? inquit; annon multi ab ærumnis subversi sunt? Non ob tentationum naturam, sed ob suam ignaviam. Qui autem facit cum tentatione proventum, ita ut possimus sustinere, ipse adsit omnibus nobis et manum porrigat, ut splendide celebrati, æternas consequamur coronas, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, honor, imperium, nuncet semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA IV

CAP. I. v. 26. Ideo tradidit illos Deus in passiones ignominia. Nam feminae eorum mutaverunt naturalem usum in eum, qui est contra naturam. 27. Simi-

liter et masculi, relicto naturali usu feminae, exarserunt in desideriis suis in invicem.

1. Passiones omnes ignominiosæ sunt, maxime

οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τοὺς οὐ βουληθέντας δέξασθαι τὰ παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ πρῶτους ἀποπηθήσαντας, ἀφῆκεν, αὐτοὺς τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα πληρώσας. Σκόπει δέ· Προϋθῆκεν ἀντὶ διδασκαλίας εἰς μέσον τὴν κόσμον· ἔδωκε νοῦν καὶ διάνοιαν δυναμένην τὸ δέον συνιδεῖν. Οὐδενὶ τούτων ἐχρήσαντο πρὸς σωτηρίαν οἱ τότε, ἀλλὰ καὶ εἰς τούναντιον περιέστρεψαν, ὅπερ ἔλαβον. Τί οὖν ποιῆσαι ἐχρήν; πρὸς ἀνάγκην ἔλκειν καὶ βίαν; Ἄλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο ποιεῖν ἐναρέτους. Ἐλείπετο δὲ ἀφεῖναι, ὅπερ καὶ ἐποίησαν, ἵνα κἀν οὕτω τῇ πείρᾳ μαθόντες, ὧν ἐπεθύμησαν, φύγωσι τὴν αἰσχύνην. Καὶ γὰρ εἰ τις βασιλέως υἱὸς ὦν, τὸν πατέρα ἀτιμάσας ἔλοιτο εἶναι μετὰ ληστῶν καὶ ἀνδροφόνων καὶ τυμωρῶν, καὶ τὰ ἐκείνων προτιμήσειε τῆς πατρῴας οἰκίας, ἀφήσιν αὐτὸν ὁ πατήρ, ὥστε διὰ τῆς πείρας αὐτῆς μαθεῖν τῆς οἰκίας ἀνοίας τὴν ὑπερβολήν.

δ. Διὰ τί δὲ μηδεμίαν ἄλλης ἐμνημόνευσεν ἀμαρτίαν, ὅσον φόβου, πλεονεξίας, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἀκολασίας; Τοὺς ἀκούοντας τότε μοι δοκεῖ, καὶ τοὺς τὴν ἐπιστολὴν δεχομένους αἰνίττεσθαι. *Εἰς ἀκαθαρσίαν τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς.* Ὅρα τὴν ἔμφρασιν πληκτικωτάτην οὖσαν. Οὐ γὰρ ἕτερον ἐδέξθησαν, φησὶ, τῶν ὑβρίζόντων, ἀλλ' ὅπερ ἂν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ διέθηκαν, ταῦτα ἑαυτοὺς κατεργάσαντο. Εἴτα πάλιν τὴν αἰτίαν ἀναλαβὼν, φησὶν· *Ὅτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρά τὸν κτίσαντα.* Ἄ μὲν ἦν σφόδρα καταγέλαστα, τίθησι κατ' εἶδος, ἃ δὲ δοκεῖ σεμνότερα εἶναι τῶν ἄλλων, καθολικῶς· καὶ διὰ πάντων δεικνύσιν, ὅτι τὸ τῇ κτίσει λατρεύειν, Ἑλληνικόν. Καὶ ὅρα πῶς τὸν λόγον ἐδήλωσεν. Οὐ γὰρ εἶπεν ἀπλῶς, *Ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει*, ἀλλὰ, *Παρά τὸν κτίσαντα*· πανταχοῦ ταύτη ἐγκλημα ἐπαίρων, καὶ τῇ παραθέσει α πάσης συγγνώμης αὐτοὺς ἀποστερῶν. *Ὅς ἔστιν εὐλογητός εἰς τοὺς αἰῶνας.* Ἄμην. Ἄλλ' οὐ διὰ τοῦτο τι παρεβλάθη, φησὶν· αὐτοὺς μὲν γὰρ εἰς τοὺς αἰῶνας εὐλογητός. Ἐνταῦθα δεικνύσιν, ὅτι οὐκ ἑαυτῶ ἀμύνον εἴασεν αὐτοὺς, ὅπου γε αὐτοὺς οὐδὲν ἐπασχεν. Εἰ γὰρ καὶ οὕτοι ὑβρισαν, ἀλλ' ἐκείνους οὐκ ὑβριστο, οὐδὲ ἠρωκωτηριάσθη τὰ τῆς δόξης αὐτῶν, ἀλλὰ μένει διαπαντὸς εὐλογητός. Εἰ γὰρ ἀνθρώπος πολὺ λάκκις φιλοσοφῶν οὐδὲν ἂν πάθοι παρά τῶν ὑβρίζόντων, πολλῶ μᾶλλον ὁ Θεός, ἢ ἀνώκερος καὶ [455] ἄτρεπτος φύσις, ἢ ἀναλόγιως καὶ ἀκίνητος δόξα. Καὶ γὰρ ἀνθρώποι κατ' αὐτὸ ὁμοιοῦνται Θεῷ, ὅταν μὴδὲν πάσχουσι παρά τῶν ἐπηρεάζειν βουλομένων, μὴδὲ ὑβρίζόντων ὑβρίζονται ἢ, μὴδὲ τυπτόντων τύπτονται, μὴδὲ καταγελῶνται καταγελῶντων ἑτέρων αὐτούς. Καὶ πῶς ἐνὶ γενέσθαι τοῦτο, φησὶν; Ἐνὶ, καὶ σφόδρα ἐνὶ, ὅταν μὴ ἀγγίξῃ τοῖς γινομένοις. Καὶ πῶς ἐνὶ μὴ ἀγγεῖν, φησὶ; Πῶς ἐνὶ μὲν οὖν ἀγγεῖν; Εἰπέ γὰρ μοι, εἰ τὸ παιδάριον ὑβρίσειε σε τὸ σὸν, ἄρα ὑβριν ἡγήσῃ τὴν ὑβριν; τί δὲ, ἀγγίξεις;

ḡ Morel. male προθέσει. ḡ Vox ὑβρίζόντων ex Savil. et uno cod. recepta est. Edr̄t.

Οὐδαμῶς· ἂν δὲ ἀγγίξῃς, οὐ τότε ἐστὶ καταγέλατος; Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πλησίον διαχεισώμεθα, καὶ οὐδὲν πεισόμεθα ἀγῆδες (τῶν γὰρ παλίων οἱ ὑβρίζοντες ἀνοητότεροι)· μὴδὲ ζητῶμεν μὴ ὑβρίζεσθαι, ἀλλὰ ὑβρίζομενοι φέρωμεν γενναίως· αὕτη γὰρ ἔστιν ἡ βεβαία τιμή. Τί δῆποτε; Ὅτι σὺ κύριος τούτου, ἐκείνου δὲ ἕτερος. Οὐκ ὀργῆς τὸν ἀδάμαντα ἐν τῷ παθεῖναι πλήττοντα; Ἄλλ' ἢ φύσις, φησὶ, τοῦτο ἔχει. Ἄλλὰ καὶ σοὶ δυνατόν ἐν τῇ προαιρέσει γενέσθαι τοιοῦτον, ὅπερ ἀπὸ φύσεως ἐκείνῳ συμβαίνει. Τί δέ; οὐκ εἶδες τοὺς παῖδας ἐν τῇ καμίνῳ μὴ καιομένους; καὶ τὸν Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ μὴδὲν πάσχοντα δεινόν; Ἐξεσθὶ καὶ νῦν τοῦτο γενέσθαι· παρεστήκισι καὶ ἡμῖν λέοντες, θυμὸς, ἐπιθυμία, χαλεποὺς ἔχοντες ὀδόντας, διασπῶντες τὸν ἐμπύπτοντα. Γενῶ· τοῖνον κατὰ τὸν Δανιὴλ, καὶ μὴ ὄψ τοῖς πάθει τοῦτοῖς τοὺς ὀδόντας ἐμπήξαι σου τῇ ψυχῇ. Ἄλλ' ἐκεῖνος τῆς χάριτος τὸ ὅλον εἶχε συμπράττον, φησὶ. Καλῶς· ἐπειδὴ ταύτης τὰ τῆς προαιρέσεως προηγῆσται. Ὅστε ἐὰν θέλωμεν καὶ ἡμεῖς τοιοῦτους ἑαυτοὺς κατασκευάσαι, πάρεσθι καὶ νῦν ἡ χάρις· κἀν πεινᾷ τὰ θηρία, οὐκ ἀφεταῖ σου τῆς πλευρᾶς. Εἰ γὰρ σῶμα δουλικὴν ἰδόντες ἠδέσθησαν, τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ θεασάμενοι (τοῦτο γὰρ ἔσμεν οἱ πιστοί), πῶς οὐκ ἠσυχάσουσιν; Εἰ δὲ οὐκ ἠσυχάσουσι, παρὰ τὴν τῶν ἐμβληθέντων αἰτίαν. Καὶ γὰρ πολλοὶ τοῖς λέουσι τοῦτοῖς πολλὴν παρέχουσι διαπάνην, πόρνας τρέφοντες, γάμους διορύττοντες, ἐχθροὺς ἀμυνόμενοι· διὰ πρὶν πρὸς τὸ ἔδαφος ἐλθεῖν, διασπῶνται. Ἄλλ' οὐκ ἐπὶ τοῦ Δανιὴλ τοῦτο γέγονεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐφ' ἡμῶν, εἰ βουληθῆμεν, τοῦτο ἔσται, ἀλλὰ καὶ πλέον τὰ συμπήσεται τῶν γενομένων τότε.

Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἂ οὐκ ἠδέκισαν οἱ λέοντες, ἡμῶς δὲ, ἐὰν νήφωμεν, καὶ ὠφελήσουσιν οἱ ἀδικοῦντες. Οὕτω γοῦν ὁ Παῦλος λαμπρὸς ἐγένετο ἀπὸ τῶν ἐπηρεάζόντων καὶ ἐπιβουλεύόντων, οὕτως ὁ Ἰὼβ ἀπὸ τῶν πολλῶν πληγῶν ἐκείνων, οὕτως ὁ Ἰερεμίας ἀπὸ τοῦ λάκκου τοῦ βορβόρου, οὕτως ὁ Νῶε ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, οὕτως ὁ Ἄβελ ἀπὸ τῆς ἐπιβουλῆς, οὕτως ὁ Μωυσῆς ἀπὸ τῶν φονόντων Ἰουδαίων, οὕτως ὁ Ἐλισσαῖος, οὕτως ἕκαστος τῶν μεγάλων ἐκείνων, οὐκ ἀπὸ ἀνέσεως καὶ τρυφῆς, ἀλλ' ἀπὸ θλίψεων καὶ πειρασμῶν λαμπροὺς ἀνεδήσαντο στεφάνους. Διὰ καὶ ὁ Χριστὸς ταύτην εἰδὼς τῆς εὐδοκίμησης τὴν ὁ ὑπόθεσιν, [454] τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν· *Ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἔξετε· ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον.* Τί οὖν; φησὶν· οὐ πολλοὶ περιετράπησαν ὑπὸ τῶν δεινῶν; Οὐ παρὰ τὴν τῶν πειρασμῶν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἑαυτῶν ῥαθυμίαν· ὁ δὲ ποιῶν σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἐκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑπενασθεῖν, αὐτοὺς παρασταίῃ πᾶσιν ἡμῖν, καὶ χεῖρα ὀρέξειεν, ἵνα λαμπρῶς ἀνακηρυχθέντες, τῶν αἰωνίων ἐπιτύχωμεν στεφάνων, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, τιμὴ, κράτος, σὺν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἄμην.

ḡ Alius, οὐ τότε ἴση. Εἰ ποx πεισόμεθα δεινόν. ḡ Unus, ἐκείνον μὲν γάρ. ḡ Alius, εὐδοκίμησης οὖσαν τὴν.

#### ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

Διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεός εἰς πάθη ἀτιμίας. Αἱ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν. Ὅμοιος δὲ καὶ οἱ ἄρσενες, ἀξέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν

τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους.

Πάντα μὲν οὖν ἔτιμα τὰ πάθη, μάλιστα δὲ ἡ κατὰ

τῶν ἀρβένων μανία· καὶ γὰρ πάσχει ἐν τοῖς ἁμαρτήμασιν ἡ ψυχὴ μᾶλλον καὶ κατατρίχεται, ἢ τὸ σῶμα ἐν τοῖς νοσήμασι. Θεὰ δὲ πῶς αὐτοὺς καὶ ἐνταῦθα συγγνώμης ἀποστερεῖ, καθάπερ ἐπὶ τῶν δογμάτων, ἐπὶ μὲν τῶν θηλειῶν εἰπὼν, *Μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν*. Οὐ γὰρ ἔχει τις εἰπεῖν, φησὶν, ὅτι κωλυθεῖσαι τῆς κατὰ νόμον μίξεως, ἐπὶ τούτῳ ἦλθον, οὐθ' ὅτι οὐκ ἔχουσαι τὴν ἐπιθυμίαν πληρῶσαι, πρὸς τὴν ἀλλόκοτον ταύτην λύσαν ἐξώκειλαν· τὸ γὰρ μεταλλάξαι, τῶν ἐχόντων ἐστίν· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν δογμάτων διαλεγόμενος ἔλεγε· *Μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει*. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀρβένων πάλιν ἐτέρως τὸ αὐτὸ ἐδήλωσεν, εἰπὼν· *Ἀρβέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας*. Καὶ ὁμοίως ἐκεῖναις·<sup>α</sup> καὶ τούτους ἐκβάλλει πάσης ἀπολογίας, κατηγορῶν αὐτῶν, οὐ μόνον ὅτι εἶχον ἀπόλαυσιν, καὶ ἀφέντες ἦν εἶχον, ἐπ' ἄλλην ἦλθον, ἀλλ' ὅτι τὴν κατὰ φύσιν ἀτιμάσαντες, ἐπὶ τὴν παρὰ φύσιν ἔδραμον. Δυσκολώτερα δὲ τὰ παρὰ φύσιν καὶ ἀηδέστερα, ὥστε οὐδὲ ἦθον ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν· ἡ γὰρ γυναικὴ ἦδον ἢ κατὰ φύσιν ἐστίν· ἀλλ' ὅταν ὁ Θεὸς ἐγκαταλίπη, πάντα ἄνω καὶ κάτω γίνεται. Διὰ τοῦτο οὐ τὸ δόγμα αὐτοῖς σατανικὸν μόνον ἦν, ἀλλὰ καὶ ὁ βίος διαβολικός· Ὅτε μὲν οὖν περὶ δογμάτων διελέγετο, τὸν κόσμον εἰς μέσον ἔθηκε καὶ τὴν διάνοιαν ὡς τὴν ἀνθρωπίνην, εἰπὼν, ὅτι τῇ συνέσει τῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ δεδομένη διὰ τῶν ὀρωμένων ἠδύναντο χειραγωγηθῆναι πρὸς τὸν Δημιουργόν, εἶτα μὴ βουληθέντες, ἔμειναν ἀσύγγνωστοι. Ἐνταῦθα δὲ ἀντὶ τοῦ κόσμου τὴν κατὰ φύσιν τέθεικεν ἦδον, ἥς ἠδύναντο μετὰ ἀδείας πλείονος ἀπολαύοντες καὶ μερίζονος τῆς εὐφροσύνης, ἀπηλλάχθαι αἰσχύνης· ἀλλ' οὐκ ἠθέλησαν· ὅθεν καὶ συγγνώμης ἀπάσης εἰσὶν [455] ἐκτός καὶ εἰς αὐτὴν τὴν φύσιν ὑβρίσαντες· καὶ τὸ δὴ τούτων ἀτιμότερον, ὅταν καὶ γυναῖκες ταύτας ἐπιζητῶσι τὰς μίξεις. ἄ· ἀνδρῶν μᾶλλον αἰδεῖσθαι ἐχρῆν. Ἄξιον δὲ θαυμάσαι καὶ ἐνταῦθα τοῦ Παύλου τὴν σύνεσιν, πῶς εἰς δύο πράγματα ἔμπεσόν ἑναντία, ἀμφοτέρα ἤνυσεν μετὰ πάσης ἀκριθείας. Ἐβούλετο γὰρ καὶ σεμνῶς εἰπεῖν, καὶ ἄκακον τὸν ἀκροατὴν· ταῦτα δὲ ἀμφοτέρα οὐκ ἔνῃν, ἀλλὰ ἑσπέρην ἐμποδίζει θάτερον. Ἄν μὲν γὰρ σεμνῶς εἰπῆς, οὐ δύνηται καθιεῖσθαι τοῦ ἀκούοντος· ἐὰν δὲ βουληθῆς καθάψασθαι σφοδρῶς, ἀνάγκη ἔχει· ἀπαγυμῶσαι σαφέστερον τὸ λεγόμενον. Ἄλλ' ἡ συνετὴ καὶ ἅγια ψυχὴ μετὰ ἀκριθείας· ἀμφοτέρα ἔστυθεν, ἐν τῷ τῆς φύσεως ὀνόματι καὶ τὴν κατηγορίαν αὐξήσας, καὶ ὡς περ παραπέτασμά τινα ταύτη χρησάμενος εἰς τὸ σεμνὸν τῆς διγγήσεως.

Εἶτα τῶν γυναικῶν καθάψαμενος πρότερον, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀνδρας πρόεισι, λέγων· Ὅμοίως δὲ καὶ οἱ ἀρβένες, ἀρβέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας· ὅπερ ἐσχάτης ἐστὶν ἀπωλεία· δείγμα, ὅταν ἐκάτερον ἢ τὸ γένος διεφθαρμένον, καὶ ὁ τε διδάσκαλος τῆς γυναικὸς εἶναι ταχέως, ἢ τε βοηθὸς τοῦ ἀνδρὸς κελουσεῖσα γενέσθαι, τὰ τῶν ἐχθρῶν εἰς ἀλλήλους ἐργάζονται. Σκόπει δὲ πῶς καὶ ἐμφαντικῶς χρῆται ταῖς λέξεσιν. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἠρσάθησαν καὶ ἐπεθύμησαν ἀλλήλων, ἀλλ' Ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους. Ὅρξ·, ὅτι ἀπὸ πλεονεξίας τὸ πᾶν τῆς ἐπιθυμίας, οὐκ ἀνασχομένης εἰσω τῶν οἰκείων ὄρων μένειν; Πᾶν γὰρ τὸ ὑπερβαῖνον τοὺς παρὰ Θεοῦ τεθέντας νόμους, τῶν ἀλλοκῶτων ἐπιθυμεί, καὶ οὐχὶ τῶν νενομισμένων. Ὅσπερ γὰρ πολλοὶ· πολλὰκις τὴν τῶν σιτίων ἐπιθυμίαν ἀφέντες,

τὴν σιτοῦνται καὶ λίθους μικροὺς, καὶ ἕτεροι δὲ ἐκ δίψου κατεχόμενοι σφοδρῶς, καὶ βορβόρου πολλὰς ἐπιθυμοῦσιν· οὕτω καὶ ἐκεῖνοι πρὸς τὸν παράνομον τὸν ἐξεδράστησαν· Ἐρωτα. Εἰ δὲ λέγεις, Καὶ πῶθεν ἐπίτασις τῆς ἐπιθυμίας αὐτῆ; Ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐγκαταλείψεως. Ἡ δὲ ἐγκαταλείψις τοῦ Θεοῦ πῶθεν; Ἀπὸ τῆς τῶν ἀφέντων αὐτῶν ἀνομίας· Ἀρβέντες ἐν δραστῇ τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι.

β'. Μὴ γὰρ ἐπειδὴ ἤκουσας, φησὶν, ὅτι Ἐξεκαύθησαν, τῆς ἐπιθυμίας μόνης εἶναι νομίσης τὸ νόσημα· καὶ γὰρ τὸ πλεόν τῆς αὐτῶν ἐπιθυμίας ἐστίν, ἢ καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἀνῆψε. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, Παρασυρέντες, ἢ Πρωληπέντες<sup>δ</sup>, ὅπερ ἄλλαχού φησιν, ἀλλὰ τί· *Κατεργαζόμενοι*. Ἔργον ἔθεντο τὴν ἀμαρτίαν καὶ οὐκ ἀπλῶς ἔργον, ἀλλὰ καὶ ἐσπουδαμένον. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐπιθυμίαν, ἀλλ' Ἀσχημοσύνην, κυρίως· καὶ γὰρ καὶ τὴν φύσιν ἔστυναν, καὶ τοὺς νόμους ἐπάτησαν. Καὶ ὅρα πολλὴν τὴν σύγχυσιν ἐξ ἀμφοτέρου τοῦ μέρους γινομένην. Οὐ γὰρ ἡ κεφαλὴ μόνη κάτω γέγονεν, ἀλλὰ καὶ οἱ πόδες ἄνω, καὶ πολλοὶ ἐαυτῶν καὶ ἀλλήλων ἐγένοντο, χαλεπὴν τινα πένθος ἐμφυλλίου πολέμου παρανομοῦσαν εἰσάγει· μάχην καὶ πολυσχιδῆ καὶ ποικίλην. Καὶ γὰρ εἰς τέσσαρα ταύτην διεῖλον εἶδη κενὰ καὶ παράνομα· οὐ γὰρ διπλοῦς καὶ τριπλοῦς, ἀλλὰ καὶ τετραπλοῦς οὗτος ὁ πόλεμος ἦν. [456] Σκόπει δὲ· Ἐδεῖ τοὺς δύο ἕνα εἶναι, γυναῖκα καὶ ἄνδρα λέγω· Ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ἐποίει δὲ τοῦτο ἡ τῆς ὀμιλίας ἐπιθυμία, καὶ συνῆπτε τὰ γένη πρὸς ἀλλήλα. Ταύτην ἀνελὼν ὁ διὰ βίου τῆς ἐπιθυμίας, καὶ ἐφ' ἕτερον μετοχτεύσας τρόπον, ἀπέσχισεν οὕτως ἀπ' ἀλλήλων τὰ γένη, καὶ ποίησε τὸ ἐν δύο γενέσθαι μέρη, ἀπεναντίας τῷ τοῦ Θεοῦ νόμῳ· ὁ μὲν γὰρ φησὶν, Ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ἐ δὲ τὴν μίαν εἰς δύο διεῖλεν. Ἴδου πόλεμος εἰς. Πάλιν αὐτὰ τὰ δύο μέρη ταῦτα καὶ πρὸς αὐτοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐξέπολέμωσεν· αἷ τε γὰρ γυναῖκες γυναῖκας ὑβρίζον πάλιν, οὐκ ἄνδρας μόνον, οἷ τε ἄνδρες κατὰ τε ἀλλήλων ἴσαντο, καὶ κατὰ τοῦ γυναικείου γένους, καθάπερ ἐν νυκτομαχίᾳ τινὶ· εἶδες δεῦτερον καὶ τρίτον πόλεμον, καὶ τέταρτον καὶ πέμπτον; Ἔστι καὶ ἕτερος· μετὰ γὰρ τῶν εἰρημένων καὶ εἰς τὴν φύσιν αὐτὴν παρηνώμησαν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν ὁ διάβολος, ὅτι αὐτὴ μάλιστα συνάγει τὰ γένη ἢ ἐπιθυμία, τὸν δεσμὸν ἐσπούδασε διακόψαι, ὥστε οὐ τῷ μὴ σπείρεσθαι μόνον κατὰ νόμον τὸ γένος διαλύσει, ἀλλὰ καὶ τῷ πρὸς ἀλλήλους ἐκπεπλεγμῶσθαι τὸ γένος καὶ στασιάζειν. Καὶ τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει, τῆς πλάτης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. Ὅρα πῶς πάλιν ἐπὶ τὴν πηγὴν ἔρχεται τοῦ κακοῦ, τὴν ἀτέθειαν τὴν ἀπὸ τῶν δογμάτων, καὶ μισθὸν τοῦτον εἶναι φησι τῆς παρανομίας ἐκεῖνης. Ἐπειδὴ γὰρ περὶ γένεσης καὶ κολάσεως λέγων, νῦν οὐκ ἔδοκει πιστὸς εἶναι τοῖς ἀσεβέσι καὶ οὕτω ζῆν προαιρουμένοις, ἀλλὰ καὶ καταγέλαστος, δείκνυσιν ἐν αὐτῇ τῇ ἦδονῃ ταύτῃ τὴν κολασιν οὔσαν. Εἰ δὲ οὐκ αἰσθάνονται, ἀλλ' ἦθονται, μὴ θαυμάσης· καὶ γὰρ καὶ οἱ μαινόμενοι καὶ οἱ φρενιέτιδι κατεχόμενοι νόσῳ πολλὰ ἑαυτοὺς ἀδικοῦντες, καὶ ἔλεεινὰ πράσσοντες, ἐφ' οἷς αὐτοὺς ἕτεροι δακρῶσιν, γελῶσι καὶ ἐντροφῶσι τοῖς γινομένοις αὐτοῖ. Ἄλλ' οὐ διὰ τοῦτο φαμεν αὐτοὺς ἀπηλλάχθαι κολάσεως, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ἐν χαλεπωτέροις εἶναι τιμωρίᾳ, ὅτι οὐδὲ ἴσασιν ἐν οἷς εἰσιν. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν νοσοῦντων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑγιαίνοντων δεῖ φέρεται τὰς ψήφους· ἐπεὶ τὸ γὰρ

<sup>α</sup> Unus, ὁμοίως ἐκείναις. <sup>β</sup> Αἰ. τὴν ὁμίαν.

<sup>γ</sup> Αἰ. ἐξεκαύθησαν. <sup>δ</sup> Unus, ἡ παραλήφειν.

vero insania erga masculos : etenim anima plus patitur et rubore suffunditur in peccatis , quam corpus in infirmitatibus. Perpende autem quomodo hic illis veniam denegat , perinde atque in dogmatibus ; de mulieribus quidem dicens : *Mutaverunt naturalem usum*. Non enim dicere possunt , inquit , se prohibitas ab eo , qui secundum legem est , coitu , ad hoc processisse ; neque se , cum non possent concupiscentiam suam implere , ad hanc alienam rabiem impigisse : nam mutatio eorum est , qui jam tenent : quod etiam de dogmatibus loquens dicebat : *Mutaverunt veritatem Dei in mendacium*. De masculis vero rursus alio modo idipsum significavit , dicens : *Relicto naturali usu feminæ*. Pari modo his et illis nullum relinquit sese purgandi modum : accusans illos , non modo quod suum habentes fruendi modum , illo relicto ad alium venissent ; sed etiam quod spreto illo , qui secundum naturam erat , ad alium contra naturam confugerent. Difficiliora autem et ingratiiora sunt illa contra naturam ; ita ut non possint voluptatem præterdere : genuina quippe voluptas , secundum naturam est ; sed cum Deus derelinquit , omnia sua deque vertuntur. Ideo non dogma tantum ipsorum satanicum erat , sed etiam vita diabolica. Cum igitur de dogmatibus dissereret , mundum et humanam mentem in medium attulit , dicens ex prudentia a Deo sibi data , potuisse homines per visibilia ad Creatorem duci : deindeque nolentes , veniam indignos mansisse. Hic autem mundi loco voluptatem , quæ secundum naturam est , posuit , quia poterant cum libertate ac majori lætitia frui , atque a turpitudine liberari ; sed noluerunt ; unde ab omni venia exclusi sunt , ipsam naturam dehonestantes : quodque turpius est , cum et mulieres eos appetere coitus , quos cum majori pudore adire par erat , quam si cum viris coissent. Hic vero admiratione digna est Pauli prudentia , quo pacto cum in res duas contrarias incideret , utramque cum omni accuratone perfecit. Volebat enim et caste loqui , et mordere auditorem : hæc autem ambo facere non licebat , sed alterum alteri officiebat. Si enim caste loquaris , non poteris perstringere auditorem ; sin velis vehementer incessere , rem , quam dicis , nude et clare proferre cogaris. Verum prudens illa et sancta anima utrumque potuit cum accuratone facere , in naturæ nomine et accusationem augens , et quasi involucro quodam illo utens , ut castus esset loquendi modus.

*Libido contra naturam horrenda.* — Deinde postquam mulieres primum perstrinxerat , ad viros procedit , dicens : *Similiter et masculi , relicto naturali usu feminæ* : quod extrema perniciosa exemplum est , cum uterque sexus corruptus est , et vir , qui mulieris magister est constitutus , et femina , quæ adiutrix viri esse iussa est , quæ inimicorum sunt , utriusque mutuo agunt. Perpende autem cum quanta emphasi verba adhibeat. Non enim dixit ipsos se mutuo amasse et concupivisse ; sed , *Exarserunt in desideriis suis in invicem*. Videntur totum fuisse ex nimia concupiscentia , quæ non poterat intra terminos suos

contineri ? Quidquid enim excedit leges a Deo positas , aliena concupiscit , nec stat in constitutis terminis. Sicut enim multi sæpe , relicto alimentorum appetitu , terram et lapides parvos comedunt ; et alii ardenti correpti siti , lutum plerumque appetunt : sic et illi in amorem illum iniquum exarserunt. Quod si dixeris : Et unde illud tantum concupiscentiæ augmentum ? Ex eo , quod Deus dereliquerit. Dei autem derelictio unde ? Ex iniquitate eorum , qui dereliquerunt eum : *Masculi in masculos turpitudinem operantes*.

2. Ne quia audisti , *Exarserunt* , putes in concupiscentia tantum sibi morbum : nam ut plurimum ab eorum ignavia accenditur concupiscentia. Ideoque non dixit , *Pertracti* , vel *Præoccupati* , ut alibi ait , sed quid ? *Operantes*. In opus deduxere peccatum ; et non solum in opus , sed etiam cum studio et fervore. Nec dixit , *Concupiscentiam* ; sed proprie , *Turpitudinem* : nam et naturam deturparunt , et leges conculcavere. Et vide confusionem multam ex utraque parte ortam. Neque modo enim caput inferne positum est , sed etiam pedes superne , atque inimici et sui et mutuo facti sunt , gravem quamdam , multiplicem , variam , ac quovis bello civili iniquiorem pugnam inducentes. Etenim in quatuor illam species vanas et iniquas diviserunt : non enim duplex aut triplex , sed etiam quadruplex hoc bellum erat. Perpende autem : oportebat duos , virum et mulierem , unum esse : nam ait , *Erunt duo in carne una* ( *Gen. 2. 24* ). Illud porro efficiebat consortii concupiscentia , et sexus mutuo iungebat. Hæc autem sublata diabolus concupiscentia , et in alium modum derivata , sic sexus a mutuo consortio divisit , et id effecit , ut quod unum erat duæ essent partes , idque contra Dei legem ; ipse namque dixit : *Erunt duo in carne una* : ille vero unam in duas divisit. Ecce bellum unum. Rursusque has duas partes , ut bellum et sibi ipsis et mutuo inferrent , effecit : mulieres enim contumeliam inferebant mulieribus , nec modo viris ; viri quoque contra viros insurrexerunt , et contra muliebrem sexum , quasi in quadam nocturna pugna. Vidistis secundum et tertium bellum ; imo et quartum et quintum ? Est enim et aliud : nam cum supradictis , in ipsam quoque naturam inique egerunt. Ubi vidit enim diabolus hanc concupiscentiam sexus maxime copulare , hoc vinculum discindere nisus est : ita ut non tantum ex defectu seminis genus dissolveretur , sed etiam ex eo , quod bellum sibi mutuo inferrent et altercarentur. *Et mercedem , quam oportuit , erroris sui in semetipsis recipientes*. Vide quomodo rursus ad fontem mali veniat , impietatem nempe ex dogmatibus ; et hanc mercedem esse dicit iniquitatis illius. Quia enim de gehenna et supplicio loquens , impiis et vita vivere volentibus non videbatur nunc fide dignus esse , imo potius ridiculus , ostendit in ipsa voluptate hoc supplicium esse. Quod si id non sentiant , imo sibi placeant , ne mirentur : nam furentes et qui plerumque capti sunt , se multum lædentes et miserabilia facientes , dum aliorum lacrymas excitant , vident ac de gestis a se lætantur. Sed non ideo dicimus illos a supplicio exem-

ptos, sed ideo in graviore damno et pœna versari, quia quo in statu sint nesciunt. Non enim ab ægris, sed a benevolentibus calculum ferri oportet: quandoquidem antiquitus res et in legem versa videbatur, et quidam legislator apud illos jusserat, ne quis servus apud illos vel unctione sicca uteretur (a), vel pueros amaret; liberis tantum hanc prærogativam, vel potius hanc turpitudinem concedens. Attamen illi non turpitudinem esse putabant; sed rem honestam et majorem, quam ferret servorum conditio, liberis illam concesserunt: et hoc sapientissimus Atheniensium populus, et magnus apud illos Solon. Et alios quoque multos philosophorum libros hoc morbo plenos reperias: neque tamen ideo rem esse statutam dicimus, sed eos, qui hanc accipere legem, miseros et lacrymis dignos esse multis. Eadem enim hi patiuntur, quæ mulieres fornicantes; imo et miserabiliora. Illarum enim coitus, etsi illegitimus, secundum naturam tamen est; hic vero et illegitimus et contra naturam. Etiam si enim nec gehenna esset, nec supplicii comminatio, hoc omni supplicio pejus esset. Quod si id ipsis placeat, augmentum supplicii narras mihi. Neque enim, si quem viderem nudum currentem toto corpore fœdatum ex iuto, nec pudore affectum, sed sibi gratulantem, gratularer et ego ipsi: imo potius illum deplorarem, quod non ipse sentiret se turpiter agere. Ut autem contumeliam evidentioram reddam, liceat mihi aliud vobis exemplum afferre. Si quis virginem in thalamo versantem damnaret, ut cum brutis animalibus commisceretur, illa vero in tali coitu delectaretur: annon ideo lacrymis dignior esset, quod non posset ab hoc morbo liberari, imo nec illum sentire? Id certe nemini non palam est. Si autem grave illud sit, hoc non minus grave: nam a suis contumelia affici, miserabilius est, quam ab alienis. Hos ego homicidiis pejores dico: melius quippe est mori, quam sic contumelia affectum vivere. Homicida enim animam a corpore separat; hic vero animam cum corpore perdit. Et quodcumque dixeris peccatum, non æquale dixeris huic iniquitati: et si ii, qui hæc patiuntur, rei sensum haberent, millies mori præoptarent, ne hoc paterentur.

3. Nihil est, nihil utique est hæc contumelia irrationabilis et gravior. Si enim de fornicatione loquens Paulus, dicebat: *Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui vero fornicatur, in proprium corpus peccat* (1. Cor. 6. 18); quid dixerimus de hac insania, quæ tanto deterior est fornicatione, quanto dici nequit? Neque enim hoc tantum dico, quod factus sis mulier, sed etiam quod cesses esse vir, neque mutatus sis in istam naturam, neque illam serves quam habuisti; sed utriusque communis proditor effectus sis, et dignus qui a viris et mulieribus expellaris et lapideris, utpote qui utrumque sexum injuria affeceris. Et ut ediscas quantum hoc sit: si quis accedens offerret tibi, se ex homine te canem esse facturum, annon illum ut perniciosum effugeres?

(a) Unctio sicca extra balnea sumebatur ab athletic et in palestra. Hæc vero servus prohibebatur.

Atqui te non canem ex homine fecisti, sed animal canem longe vilis: canis quippe utilis est, amasius vero ad nihil utilis. Quid autem, quæso te, si quis comminaretur effecturum se ut viri parcerent, annon ira replemur? At nunc ecce longe graviora faciunt, qui tantopere insaniunt: non enim par res est mulierem mutari, et virum manentem mulierem fieri; imo neque hoc neque illud. Quod si aliunde tanti magnitudinem scire velis, interroga cur legistatores puniant illos, qui eunuchos faciunt; et discas non alia de causa, quam quod naturam excendant et minuunt. Atqui illi non tantum injuriæ inferunt; nam excecti illi plerumque post excisionem utiles fuerunt: viro autem in meretricem converso nihil inutilius fuerit: neque enim anima solum, sed etiam corpus viri talia passi, ignominia plenum est, et dignum quod undique pellatur. Quot gehennæ illis sufficient? Si vero gehennam audiens rides et incredulus es, recordare ignis illius Sodomorum: vidimus enim, vidimus et in præsentī vita gehennæ imaginem. Qui enim multi iis, quæ resurrectionem sequentur, facti habituri non erant, nunc audientes ignem inexstinguibilem esse, Deus illos a præsentibus ad sanam mentem reduxit. Talis igitur est Sodomorum ignis et incendium: et sciunt illi, qui eo se contulerunt, et plagam illam divinitus immissam et supernorum fulminum opus viderunt. Cogita quantum sit peccatum, quod vel ante tempus gehennam apparere coegerit. Quia enim multi verba illa despiciebant, gehennæ imaginem novo modo ostendit illis Deus. Etenim stupenda erat pluvia illa, quia coitus ille præter naturam erat; et inundavit terram quia illorum etiam animas concupiscentia inundaverat. Ideo consuetudini contraria erat pluvia: non modo enim terræ viscera non excitavit ad fructus proferendos, sed illam ad seminum susceptionem ineptam reddidit. Talis enim erat coitus virorum in terra Sodomorum, tale corpus inutilius reddens. Quid enim viro meretricem agenti execrabilis et infamius? O furor! o stuporem! Quomodo hæc concupiscentia grassata est, quæ humanam naturam quasi hostes bello invasit; imo hostibus ipsis tanto molestior, quanto anima melior est corpore? O vos irrationabilibus irrationabiliores, et canibus impudentiores! Nusquam enim apud illos talis coitus, sed natura suos terminos agnovit; vos vero genus vestrum ignobilis effecistis per injuriam tantam. Undenam hæc orta sunt mala? A voluptate, ab eo quod Deum non cognosceretis: cum enim quidam ejus timorem egerint, omnia demum bona avolant.

4. Ne igitur id accidat, timorem Dei assidue præ oculis habeamus. Nihil enim, nihil ita hominem perdit, ut cum a tali excidit ancora, neque ita illum servat, ut si perpetuo illuc respiciatur. Nam si hominem præ oculis habentes, segniores sumus ad peccata admittenda; imo sæpius famulos modestiores reverentes, nihil absurdi facimus, cogita quanta fruemur securitate, si Deum præ oculis habeamus. Nusquam enim nos diabolus ita affectos invadet, utpote

ν και νόμος είναι τὸ πρᾶγμα ἰδοὺ, και νομοθέ-  
; παρ' αὐτοῖς οἰκέτας ἐκέλευσε μήτε ψηραλοῖφειν  
παιδραστεῖν, τοῖς ἐλευθέροις τῆς προεδρείας  
ωρησας ταύτης, μᾶλλον δὲ τῆς ἀσχημοσύνης.  
ἰμωσ οὐκ ἐνόμισαν ἀσχημοσύνην εἶναι τὸ πρᾶγμα,  
ς σεμνὸν και μεῖζον ἢ κατ' οἰκετῶν ἀξίωμα, τοῖς  
ροῖς ἐπέτρεψαν· και τοῦτο ὁ σοφώτατος<sup>a</sup> τῶν  
ίων δῆμος, και ὁ μέγας παρ' αὐτοῖς Σόλων. Και  
δὲ πολλὰ τῶν φιλοσόφων βιβλία ταύτης ἄν τις  
έμοντα τῆς νόσου· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο νενομισμένον  
ὁ πρᾶγμα φαμεν, ἀλλὰ και τοὺς τὸν νόμον δεξα-  
τοῦτον ἐλεεινοὺς και θακρῶν ἀξιόους εἶναι πολ-  
λ γὰρ αἱ πορνεύουσαι πάσχουσι [457] γυναῖκες,  
και οὗτοι· μᾶλλον δὲ ἐκείνων ἀθλιώτερα. Ταῖς μὲν  
και παράνομος, ἀλλὰ κατὰ φύσιν ἢ μίξις· αὐτῆ  
παράνομος, και παρὰ φύσιν. Εἰ γὰρ μὴ γέεννα  
δὲ κόλασις ἠπειλητο, τοῦτο πάσης κολάσεως χεῖρον  
δὲ ἦδυνται, τὴν προσθήκην μοι λέγεις τῆς τιμω-  
λύδὲ γὰρ εἴ τινα εἶδον γυμνὸν τρέχοντα, βορβόρω  
ια ἀνακρωσμένον ἄπαν, εἶτα οὐκ ἐγκαλυπτό-  
ἀλλὰ και ἐγκαλλωπιζόμενον, συνήσθη ἂν αὐτῷ,  
κι μᾶλλον ἂν αὐτὸν ἐθρήνησα, ὅτι οὐδὲ αἰσθάνεται  
νῶν. Ἴνα δὲ και σαφεστέραν δεῖξω τὴν ὕδριν,  
σθέ μου και ἐτέρου παραδείγματος. Εἰ γὰρ παρ-  
τις κατεδίκασε θαλαμμουμένην ἀλόγοις μιγῆναι  
εἶτα ἦδετο ἐκείνη τῆ μίξις, οὐ διὰ τοῦτο μάλιστα  
ν ἦν ἀξία, ὅτι οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι τῆς νόσου ταύ-  
ύνατο τῷ μηδὲ αἰσθάνεσθαι τῆς νόσου; Παντί που  
ἐστιν. Εἰ δὲ ἐκεῖνο χαλεπὸν, οὐδὲ τοῦτο ἐλαττον  
· τὸ γὰρ ὅπῳ τῶν οἰκείων ὑβρίζεσθαι ἐλεεινότερον  
ρὰ τῶν ἀλλοτρῶν. Τοῦτους ἐγὼ και ἀνδροφῶνων  
; εἶναι φημι· και γὰρ βέλτιον ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν  
μενον οὕτως. Ὁ μὲν γὰρ ἀνδροφῶνος τὴν ψυχὴν  
ὑ σώματος διέβρηξεν, οὗτος δὲ τὴν ψυχὴν μετὰ  
ματος ἀπώλεσε. Και ὅπερ ἂν εἴποις ἀμαρτήμα,  
σον ἐρεῖς τῆς παρανομίας ταύτης· και εἰ ἐπησθά-  
ῶν γινομένων οἱ πάσχοντες, μυρίους ἂν κατεδέ-  
λανάτους, ὥστε μὴ τοῦτο παθεῖν.

Ὁ γὰρ ἐστιν, οὐκ ἐστι ταύτης τῆς ὕδρευς ἀλογί-  
ει και χαλεπώτερον. Εἰ γὰρ περὶ πορνείας δια-  
νος ὁ Παῦλος ἔλεγεν, ὅτι *Πᾶν ἀμάρτημα, ὃ ἐστὶν  
ἢ ἀνθρώπου, ἐκτὸς τοῦ σώματος ἐστιν· ὃ δὲ  
ὕων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἀμαρτάνει*· τί ἂν εἴποιμεν  
ἢς μανίας ταύτης, ἢ τοσοῦτον πορνείας ἢ χεῖρων  
δσον οὐδὲ ἐστιν εἰπεῖν; Οὐδὲ γὰρ τοῦτο λέγω μό-  
ι γέγονας γυνὴ, ἀλλ' ὅτι ἀπώλεσας και τὸ εἶναι  
και οὐτε εἰς ταύτην μετέστης τὴν φύσιν, οὐτε ἦν  
ιετήρησας, ἀλλὰ κοινὸς ἐκατέρας ἐγένου προδό-  
αι παρὰ ἀνδρῶν και γυναικῶν ἄξιος ἐλαύνεσθαι,  
ταλεύεσθαι, ἄτε ἐκάτερον ἀδικήσας τὸ γένος. Και  
ἴθης ἤλικον τοῦτό ἐστιν, εἴ τις ἐλθὼν ἐπηγγέ-  
ξ ἀνθρώπων κύνα ποιεῖν σε, ἄρα οὐκ ἂν ὡς λυ-  
εφυγες; Ἄλλ' ἰδοὺ οὐ κύνα ἐξ ἀνθρώπων σαυτὸν  
ας, ἀλλὰ τὸ τούτου ζῶον ἀτιμότερον· ἐκεῖνο μὲν  
ἰς χρῆσιν ἐπιτήδειον, ὃ δὲ ἠταιρηκὸς οὐδαμοῦ  
ιος. Τί δὲ, εἰπέ μοι, εἴ τις ἠπειλεῖ ποιεῖν τέκνον  
; και λοχεύεσθαι, οὐκ ἂν ἐπλήσθημεν θυμοῦ; Ἄλλ'  
ῶν χαλεπώτερα ἑαυτοῦ; κατεργάσαντο οἱ τὰ  
α λυτῶντες· οὐ γὰρ ἐστιν ἴσον εἰς γυναικεῖαν  
κλεῖν φύσιν, και μένοντα ἄνδρα γενέσθαι γυναῖκα,

μᾶλλον δὲ μήτε τοῦτο μήτε ἐκεῖνο. Εἰ δὲ βούλει και  
ἐτέρωθεν μαθεῖν τοῦ κακοῦ τὴν ὑπερβολὴν, ἐρώτησον  
τίνος ἕνεκεν τοὺς εὐνούχους ποιοῦντας κολάζουσιν οἱ  
νομοθέται, και εἶση, ὅτι δι' οὐδὲν ἃ ἕτερον πάντως, ἢ  
ὅτι τὴν φύσιν ἀκρωτηριάζουσι. Καίτοι γε οὐδὲν ἀδικου-  
σιν ἐκεῖνοι [458] τοσοῦτον· ἐγένοντο γὰρ οἱ ἀκρωτηρια-  
σθέντες<sup>d</sup> και μετὰ τὸν ἀκρωτηριασμὸν πολλαχοῦ χρῆ-  
σιμοι· ἀνθρώπου δὲ πεπορνευμένου οὐδὲν ἀχρηστότερον  
γένοιτ' ἂν· οὐ γὰρ ἡ ψυχὴ μόνον, ἀλλὰ και τὸ σῶμα  
τοῦ τὰ τοιαῦτα παθόντος ἀτιμὸν και ἄξιον ἐλαύνεσθαι  
παντάχῳθεν. Πόσαι γέενναι τοῦτοις ἀρκέσουσιν; Εἰ δὲ  
γεέννης καταγελάς ἀκούων και ἀπιστεῖς, ἐκεῖνο τὸ πῦρ  
ἀναμνήσθητι τῶν Σοδόμων· εἶδομεν γὰρ, εἶδομεν και ἐν  
τῷ παρόντι βίῃ γεέννης εἰκόνα. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τοῖς  
μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐμελλον διαπιστεῖν, νῦν ἀκούοντες  
πῦρ ἀσθεστον εἶναι, ἀπὸ τῶν παρόντων αὐτοὺς ἐσωφρό-  
νισεν ὁ Θεός. Τοιοῦτος γοῦν ἐστιν ὁ Σοδόμων ἐμπρησμὸς  
και ἡ πυρπόλησις ἐκείνη· και ἴσασιν οἱ παραγενόμενοι,  
και τῆ θείᾳ τὴν πληγὴν ἐκείνην τὴν θεήλατον και τῶν  
ἀνωθεν κεραυνῶν τὸ ἔργον ἰδόντες. Ἐνόησον ἡλίκον  
ἐστὶ τὸ ἀμάρτημα, ὡς βιάσασθαι και πρὸ καιροῦ τὴν  
γένεσιν φανῆναι. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν λόγων κατε-  
φρόνου, διὰ τῶν ἔργων αὐτοῦς τὴν ἐκείνης εἰκόνα  
ἐπέδειξεν ὁ Θεός καινῷ τινι τρόπῳ. Και γὰρ παράδοξος  
ἦν ὁ ὕετός ἐκεῖνος, ἐπειδὴ και παρὰ φύσιν ἢ μίξις· και  
κατέκλυσε τὴν γῆν, ἐπειδὴ και τὰς ἐκείνων ψυχὰς ἢ  
ἐπιθυμία. Διὸ και ἀπεναντίας ἦν ὁ ὕετός τῷ συνῆθει· οὐ  
γὰρ ἃ μόνον οὐ διήγειρε τὴν γαστέρα τῆς γῆς πρὸς τὴν  
τῶν καρπῶν γένεσιν, ἀλλὰ και πρὸς τὴν ὑποδοχὴν αὐτῆν  
τῶν σπερμάτων ἀχρηστον ἐποίησε. Τοιαύτη γὰρ ἦν ἡ μίξις  
τῶν ἀνδρῶν τῆς γῆς Σοδόμων, τὸ τοιοῦτον σῶμα ἀχρηστό-  
τερον ἀποφαίνουσα. Τί γὰρ ἀνδρὸς πεπορνευμένου μυ-  
σαρώτερον; τί δὲ ἐναγέστερον; Ὡ τῆς μανίας! Ὡ τῆς  
παραπληξίας! πόθεν εἰσεκώμασεν ἢ ἐπιθυμία αὐτή, τὰ  
τῶν πολεμίων διατιθεῖσα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, μᾶλλον  
δὲ και ἐκείνων χαλεπωτέρα, ὅσα και ψυχὴ σώματος  
ἀμείνων; Ὡ και ἀλόγων ὑμεῖς ἀνοητότεροι, και κυνῶν  
ἀναίδεστοι! Οὐδαμοῦ γὰρ τοιαύτη μίξις παρ' ἐκείνοις,  
ἀλλ' ἐπιγιγνώσκει τοὺς ἰδίους ὄρους ἢ φύσεις· ὑμεῖς δὲ  
και τῶν ἀλόγων ἀτιμότερον τὸ γένος ἐργάσασθε τὸ  
ὕμετρον καθυβρίζοντες. Πόθεν οὖν ταῦτα ἐτέχθη τὰ  
κακά; Ἄπὸ τρυφῆς, ἀπὸ τοῦ μὴ εἰδέναί Θεόν· ὅταν γὰρ  
ἐκβάλωσι τινες αὐτοῦ τὸν φόβον, πάντα οἰχεται λοιπὸν  
τὰ κακά.

δ. Ἴν' οὖν μὴ τοῦτο γένηται, ἔχωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν  
ἀκριθεῖ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον. Οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν οὕτως  
ἀπόλλυσιν ἀνθρωπον, ὡς τὸ ταύτης ἐκπεσεῖν τῆς ἀγ-  
κύρας· ὡσπερ οὐδὲν σώζει, ὡς τὸ διηνεκῶς ἐκεῖ βλέπειν.  
Εἰ γὰρ ἀνθρωπον ἔχοντες πρὸ ὀφθαλμῶν, ὀκνηρότεροι  
γινόμεθα περὶ τὰ ἀμαρτήματα, πολλάκις δὲ και οἰκέτας  
ἐρυθριάσαντες ἐπεικιστέρους, οὐδὲν πράττομεν ἄτοπον,  
ἐνόησον πόσης ἀπολαύσομεν ἀτφαλείας, τὸν Θεὸν πρὸ  
ὀφθαλμῶν ἔχοντες. Οὐδαμοῦ γὰρ ὁ διάβολος ἡμῖν οὕτω  
δικαιεμένοις ἐπιθήσεται, ἄτε ἀνόητα πονῶν· ἂν δὲ  
πλανωμένους ἔξω, και χωρὶς χαλινῶ περιόντας ἴδῃ,  
παρ' ἡμῶν λαθῶν τὴν ἀρχὴν, [459] πανταχοῦ λοιπὸν  
ἡμᾶς ἀποδοκολῆσαι δυνήσεται. Και ὅπερ οἱ ῥάθυμοι  
τῶν οἰκετῶν πάσχουσι ἐπ' ἀγορᾶς, τὰς μὲν ἀναγκαίως  
ἀφέντες διακονίας, ἐφ' ἃς εἰσιν ἀπεσταλμένοι παρὰ τῶν  
δεσποτῶν, ἀπλῶς δὲ και εἰκῆ τοῖς παρεμπύπτουσι προσ-

us, και τοῦτο ἐπέτρεψεν ὁ σοφώτ. ἢ Alius, παρνομίας νομοθεῖται. Και διὰ τί; Δι' οὐδὲν.

<sup>d</sup> Ali., ἀποτιμηθέντες. ἢ Alius, ὕετός τῆς συνήθους βορέας. Οὐ γὰρ. Quie le... ἢ αευδα.

ηλούμενοι, και την σχολήν εκεί καταναλίσκοντες, τούτο και ημεῖς ὑπομένομεν, ὅταν ἀποστῶμεν τῶν ἐπιταγμάτων τοῦ Θεοῦ. Ἐστήκαμεν γὰρ λοιπὸν πλοῦτον θαυμάζοντες, καὶ κάλλος σώματος, καὶ τὰ ἄλλα τὰ μὴδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὡς περ ἐκεῖνοι οἱ οἰκέται τῶν ἐπαιτῶν τοῖς θαυματοποιούσι προσέχουσιν, εἶτα ἐλθόντες βραδέως, οἶκον τὰς ἐσχάτας ὑπομένομενσι πληγᾶς. Πολλοὶ δὲ καὶ τὴν ὁδὸν τὴν προκειμένην παρήλθον, ἑτέροις τοιαῦτα ἀσχημονοῦσιν ἀκολουθοῦντες. Ἄλλὰ μὴ ἡμεῖς τούτο ποιῶμεν· καὶ γὰρ ἀπεστάλμεθα ἀνύσαι πολλὰ τῶν κατεπειγόντων, καὶ ἀφέντες ἐκεῖνα στῶμεν κεληρότερον πρὸς τὰ ἀνόνητα ταῦτα, ἀναλωθέντες ἡμῖν τοῦ καιροῦ παντὸς εἰκὴ καὶ μάτην, τὴν ἐσχάτην δώσομεν δίκην. Εἰ γὰρ καὶ ἀσχολεῖν βούλει σαυτὸν, ἔχεις δὲ θαυμάζειν ὀφείλεις, καὶ περὶ τὴν κεληρότητα πάντα τὸν χρόνον ἄπερ οὐ γέλωτός ἐστιν ἄξια, ἀλλὰ θαύματος καὶ ἐπαίνων πολλῶν, ὡς ὁ γε τὰ καταγέλαστα θαυμάζων, καὶ αὐτὸς ἔσται τοιοῦτος\*, καὶ τοῦ γελωτοποιούντος χειρῶν ὄπερ ἴνα μὴ πάθῃς, ἀποπήδησον ταχέως.

Τί γὰρ καὶ ἔστηκας, εἰπέ μοι, πρὸς τὸν πλοῦτον κεληρῶς καὶ ἀνεπετρωμένος; τί θαυμαστὸν ὄρεξαι καὶ ἰκανὸν σου τοῦς ὀφθαλμοῦς κατασεῖν; τοῦς χρυσοφοροῦντας ἴππους, καὶ τοῦς οἰκέτας τοῦς μὲν βαρβάρους, τοῦς δὲ εὐνοῦχους, καὶ τὰ ἱμάτια τὰ πολυτελῆ, καὶ τὴν καταμαλακισμένην ἐν τούτοις ψυχὴν, καὶ τὴν ἀνεσπασμένην ὄφρυν, καὶ τὰς περιδρομάς, καὶ τοῦς θορόβους; Καὶ ποῦ ταῦτα ἄξια θαύματος; τί δὲ

οὔτοι τῶν ἐπαιτῶν διεστήκασι τῶν ὀρχουμένων συρίζοντων ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς; Καὶ γὰρ καὶ οὐκ ἀλλοῦ τῶν λιμῶν τῆς ἀρετῆς κατεχόμενοι, ἡμεῖς ἐκεῖνων χορείαν καταγελαστοτέραν, ἀγόμενοι περιαιγόμενοι, νῦν μὲν εἰς τραπέζας πολυτελεῖς, εἰς ἑταιριζομένων γυναικῶν καταγώγιον, νῦν κολάκων ἔσμους<sup>b</sup> καὶ παρασιτῶν πληθός. Εἰ δὲ φοροῦσι, διὰ τούτου μάλιστα ἔλεεινοί, ὅτι τὰ μὴδὲν αὐτοῦς περισπούδαστα αὐτοῖς μᾶλλον εἰσι. Μὴ τὰ ἱμάτια ἴδῃς, ἀλλὰ ἀνακάλυψον αὐτῶν τὴν ψυχὴν σκόπησον εἰ μὴ μυρίων γέμει τραυμάτων, καὶ περιβέβληται, καὶ ἔστιν ἔρημος καὶ ἀπροστέταυτος ὡν ὄφελος τῆς ἔξω μανίας; Καὶ γὰρ πολλὰ πένητα εἶναι ἐν ἀρετῇ ζῶντα, ἢ βασιλέα ἔνι πονηρίας. Ὁ μὲν γὰρ πένης παρ' ἑαυτῷ ἀπολαίει τῆς κατὰ ψυχὴν τρυφῆς, καὶ οὐδὲ τῆς ἔξωθεν εἰς πενίας διὰ τὸν ἔνδον πλοῦτον· ὁ δὲ βασιλεὺς πρὸς τοῖς οὐδὲν αὐτῷ προσήκουσιν, ἐν τοῖς μάλιστα διαφέρουσι κολάζεται, ἐν ψυχῇ καὶ λογισμῶσι· συνειδότε<sup>c</sup>, τοῖς ἐκεῖ συναποδημοῦσιν αὐτῷ. Ἦν εἰδότες, τὰ μὲν ἱμάτια ἀποθώμεθα τὰ χρυσοῦ, ἐπὶ δὲ ἀρετὴν καὶ τὴν ἐκ ταύτης ἠδονήν. Οὕτω γὰρ ταῦθα καὶ ἐκεῖ πολλῆς ἀπολαύσομεν τῆς τρυφῆς τῶν ἐπηγγελμένων ἐπιτύχωμεν [460] ἀγαθῶν, καὶ φιλανθρωπίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, τιμὴ νῦν καὶ αἰεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἧ

\* Quidam, ἔσται πολλάκις τοιοῦτος.

<sup>b</sup> Al., κολάκων δῆμον. <sup>c</sup> Alit, ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ καὶ εἰδότες.

#### ΟΜΙΛΙΑ Ε΄.

*Καθὼς οὐκ ἔδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν ὁ Θεὸς αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νόον, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα.*

α'. Ἰνα μὴ δόξῃ αὐτοὺς αἰνίττεσθαι, ἐπὶ πολὺ τῷ τῆς παιδραστίας ἐνδιατρίβων λόγῳ, μετέβη λοιπὸν ἐφ' ἕτερα εἶδη ἀμαρτημάτων· διὸ καὶ ἐφ' ἑτέρων προσωπίων προάγει τὸν λόγον ἅπαντα. Καὶ ὡς περ αἰεὶ τοῖς πιστοῖς διαλεγόμενος περὶ ἀμαρτημάτων, καὶ βουλομένου ταῦτα δεῖξαι φευκτὰ, παράγει εἰς μέσον τὰ ἔθνη, λέγων· *Μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, καθάπερ καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδὸτα τὸν Θεόν*· καὶ πάλιν, *Μὴ λυπεῖσθε, ὡς περ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα*· οὕτω καὶ ἐνταῦθα δείκνυσιν ἐκεῖνων τὰ ἀμαρτήματα ὄντα, καὶ πάσης αὐτοῦς ἀποστρεφῆσαι συγγνώμης· οὐ γὰρ ἀγνοίας, ἀλλὰ μελέτης εἶναι φησι τὰ τολμήματα. Διόπερ οὐκ εἶπε, Καὶ καθὼς οὐκ ἔγνωσαν, ἀλλὰ, *Καθὼς οὐκ ἔδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει*· κρισίως διεσθαρμένης καὶ φιλονεικίας μᾶλλον, οὐ συναρπαγῆς λέγων εἶναι τὸ ἀμάρτημα, καὶ δεικνύς οὐχὶ τῆς σαρκὸς, καθὼς τινες τῶν αἰρετικῶν φασιν, ἀλλὰ τῆς διανοίας ὄντα τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας τὰ ἀμαρτήματα, καὶ τὴν πηγὴν ἐκείθεν οὖσαν τῶν κακῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ νοῦς ἀδόκιμος γέγονε, πάντα παρεσύρη λοιπὸν καὶ ἀνετρέπη\*, τοῦ κινήτου διασφραγισθέντος. *Πεπληρωμένους πάση ἀδικίᾳ, πονηρίᾳ, πλινθεσίᾳ, κακίᾳ*. Ὅρα πάντα μετ' ἐπιτάσεως· καὶ γὰρ *Πεπληρωμένους* εἶναι φησι, καὶ *Πάση*. Ὀνομάσας δὲ γενικῶς τὴν κακίαν, καὶ τοῖς μέρεσιν ἐπιξέριχται, καὶ τούτοις μεθ' ὑπερβολῆς, λέγων *Μεσοῦς φθόνου, φόνου*, τούτου γὰρ ἐξ ἐκείνου, ὡς περ ἐπὶ τοῦ Ἄβελ καὶ τοῦ Ἰωσήφ ἔδειχθη.

\* Alit, παρετρέπη.

Εἶτα εἰπὼν, *Ἐριδος, δούλου, κακοθηλείας, ψιθι καταλάλους, θεοσυγείας, ὑβριστῶν*, καὶ τὰ ἀδιάφορα εἶναι πολλοῖς ἐν τάξει θεῖς ἐγκλημάζει πάλιν τὴν κατηγορίαν, ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν τῶν κακῶν, καὶ εἰπὼν *Ἀλαζόνας*. Τοῦ γὰρ νεῖν τὸ καὶ ἀμαρτάνοντα φρονεῖν μέγα, χαλεπὸν διὰ καὶ Κορινθίοις αὐτῷ ἐγκαλεῖ λέγων· *Καὶ ὅτι φροσιωμένοι ἐστέ*. Εἰ γὰρ ἐπὶ κατορθώματι σώμενος τὸ πᾶν ἀπώλεσεν, ὁ μετὰ ἀμαρτημάτων ποιῶν, πόσης οὐκ ἂν εἴη τιμωρίας ἄξιος; οὐδὲ ταγῶναι δυνήσεται λοιπὸν ὁ τοιοῦτος. Εἶτα *Ἐφρευρετῶν κακῶν*· δηλῶν, ὅτι οὐδὲ τοῖς ἡδὲ ἠρκέσθησαν, ἀλλὰ καὶ ἐφεύρον ἕτερα· ὅπερ πάλιν λετώντων ἦν καὶ σπουδαζόντων, οὐχὶ συναρπακαὶ παρασυρομένων. Εἰπὼν δὲ κατὰ μέρος τὴν καὶ δεῖξας, ὅτι καὶ πρὸς αὐτὴν πάλιν τὴν [461] ἔστησαν (*Γονεῦσι γὰρ, φησὶν, ἀπειθεῖς*), ἐπὶ τῇ λοιπὸν πρόεισι τῆς τοσαύτης λύμης, *Ἀστόργη ἀσπρόνδους* καλῶν. Ταύτην γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς αἰτίαν εἶναι φησι τῆς πονηρίας, λέγων· *Ὅσα θινθῆ ἢ ἀνομία, ψυγῆσεται ἢ ἀγάπη*. Τοῦ καὶ ἐνταῦθα λέγει ὁ Παῦλος, *Ἀσυνθέτους, γους, ἀσπρόνδους, ἀνελεήμονας* καλῶν, καὶ ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ τῆς φύσεως προῦδωκαν ὄκρον. γὰρ καὶ φυσικὴν τινα πρὸς ἀλλήλους οἰκειώσιν, θηρία πρὸς ἄλληλα κέκτηνται. *Πᾶν γὰρ ζῶον, ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον αὐτοῦ, καὶ ἄνθρωπος τὸν παῖδα αὐτοῦ*. Ἄλλ' οὕτοι κακείνων κατέστησαν ἀγριὴν τὴν μὲν ὡς νόσον τὴν ἀπὸ τῶν πονηρῶν δογματικῶν οἰκουμένην διὰ τούτων ἡμῖν παρέστη σαφέως ἔδειξε τῆς τῶν νοσούντων βλάβους τῆς



qui inutiliter laboraret : si vero extra vagantes , et sine freno circumeuntes viderit , a nobis arrepto initio ubique nos deinceps a grege dejicere poterit . Et quod inter servos ignavi in foro patiuntur , qui ministeria necessaria relinquunt , pro quibus ab heris missi fuerant , temere et sine causa iis qui superveniunt hærentes , et otium ibi consumentes : hoc et vobis accidit , cum a præceptis Dei discedimus . Stamus enim deinceps divitias admirationi habentes , et pulchritudinem corporis , et cætera quæ nihil ad nos attinent : quemadmodum illi servi mendicantibus præstigiatoribus , qui mirabilia patrant , attendunt ; deinde cum tardius redeunt , domini plagis excepti extremas dant pœnas . Multi vero propositam viam prætermittunt , alios qui indigne se agebant sequentes . Sed nos ne hoc faciamus : etenim missi sumus ad multa quæ urgent perficienda ; et si missis illis stemus , inutilia illa hianti ore respicientes , omni tempore nobis frustra insumpto , extremas dabimus pœnas . Si enim te exercere velis , habes quæ mirari debeas , et ad quæ inhiare omni tempore possis , quæ non risu , sed admiratione et laudibus multis digna sunt : quemadmodum contra is , qui ridicula admiratur , ipse talis erit , et risum movente deterior : quod ne tibi accidat , cito resiliat .

*Dicitiarum usus malus quam miseriam inferat.* — Quid , quæso , stas divitiis inhians ? quid admirabile vides , quod possit oculos tuos detinere ? equos auro ornatos , famulos , alios barbaros , alios eunuchos ,

splendidas vestes , animam in his emollitam , sublatum supercilium , circumcursationes , tumultus ? An hæc admiratione digna ? in quo autem differunt hi a mendicis saltantibus et sibilantibus in foro ? Nam et hi multa virtutis fame detenti , choream ducunt illa ridiculiosem , acti et circumacti , nunc ad lautas mensas , nunc ad diversorium amasiarum mulierum , nunc ad adulatorum et parasitorum agmina . Si vero aurum gestant , ideo maxime miserabiles sunt , quia illa , quæ nihil ad se attinent , magis sibi curæ sunt . Ne mihi vestimenta illorum respicias , sed eorum animam relege , et perpende annon mille sit vulneribus confossa , et laceris pannis induta , annon sit deserta et sine patrocínio . Quæ utilitas illius externæ insanix ? Multo melius est pauperem esse et in virtute vitam ducere , quam cum nequitia regem esse . Pauper enim apud se omni secundum animam voluptate fruitur , neque in sensum venit illius externæ paupertatis , ob internas divitias : rex vero in deliciis vivens , in iis , quæ non ipsi congruentia sunt , in iis quæ maxime ad ipsum attinent cruciatur , in anima , in cogitationibus , in conscientia , quæ una secum illo commigrabunt . Hæc igitur cum sciamus , vestimenta quidem aurea deponamus , virtutem assumamus et voluptatem ex illa partam . Sic enim et hic et illic multa fruemur voluptate , et promissa consequemur bona , gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi , quicum Patri et Spiritui sancto gloria , honor , imperium , nunc et semper , et in sæcula sæculorum . Amen .

#### HOMILIA V.

CA: 1. v. 28. *Sicut non probaverunt Deum habere in notitia , tradidit eos Dominus in reprobum sensum , ut facerent ea quæ non conveniunt .*

1. Ut ne videretur illos subindicare , postquam diu circa puerorum amorem versatus fuerat , ad alia deinde peccatorum genera transivit : idemque ad alias personas totum sermonem transfert . Et ac si semper fideles de peccatis alloqueretur , ut illa fugienda esse commonstret , gentes in medium producit , dicens : *Non in passione desiderii , sicut et reliquæ gentes , quæ Deum non noverunt* (1. *Thess.* 4. 5) : et rursus , *Ne contristemini , sicut et cæteri , qui spem non habent* ( *Ibid.* v. 13) : sic et hoc loco illorum peccata exhibet , illosque ab omni venia deturbat : non enim per ignorantiam admissa , sed meditata dicit esse facinora . Quapropter non dicit : *Et sicut non cognoverunt ; sed , Sicut non probaverunt Deum habere in notitia ;* ex corrupto iudicio et ex contentione potius quam ex rapina dicens esse peccatum , et ostendens non ex carne , ut quidam hæreticorum dicunt , sed ex animo et mente male concupiscentiæ peccata proficisci , et hunc esse malorum omnium fontem . Postquam enim mens reprobata facta est , auriga corrupto , omnia demum labefactantur et subvertuntur . 29. *Repletos omni iniquitate , nequitia , avaritia , malitia .* Vide , omnia confertim : nam *Repletos* illos dicit , et *Omni* ; et cum malitiam in genere nominasset , jam

partes ejus prosequitur , et has cum hyperbole , dicens , *Plenos invidia , cæde .* Hoc enim ex illo oritur , ut in Abele et in Joseph monstratum est . Deinde cum dixisset , *Contentione , dolo , malignitate , 30. susurrones , detractores , Deo perosos , contumeliosos ,* etiam ea , quæ multis indifferentia esse videntur , in criminum ordine ponens ; auget rursus accusationem , postquam in arcem malorum ascendit , et dixit , *Arrogantes .* Gravius est enim altum sapere post peccatum , quam peccare : ideo Corinthios incusat his verbis : *Et vos inflati estis* (1. *Cor.* 5. 2) . Nam si quis de recte facto inflatus est , totum perdit : qui cum peccatis inflatur , quo non dignus fuerit supplicio ? qui enim talis est , respiscere non poterit . Deinde ait , *Inventores malorum ,* significans non sat ipsis fuisse illa , quæ jam exstabant , sed et alia invenisse : quod meditantium et studentium erat , qui a nullis subriperentur et attraherentur . Cum autem malitiam minutatim dixisset , et ostendisset ipsos in eadem ipsa stetisse natura ( nam ait , *Parentibus non obedientes* ) , ad pestis tantæ radicem sic demum pergit , 31. *Sine affectione , absque sedere* dicens illos . Hanc enim et Christus causam esse nequitix dicit : *Cum abundaverit iniquitas , refrigescet caritas multorum* ( *Math.* 24. 12) . Hoc igitur hic dicit Paulus , *Incompositos , sine affectione , absque sedere , sine misericordia* vocans , ostendensque ipsos hoc naturæ donum prodidisse . Habemus

οὐσαν ἐκατέραν<sup>a</sup>. Δείκνυσι δὲ λοιπὸν, ὅπερ ἐπὶ ἰσχυμάτων ἐποίησε, καὶ ἐνταῦθα συγγνώμης αὐτοῦς ἔρημένους· διό φησιν· *Οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ εἰδότες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πρᾶσσοντες ἀξιοί του εἶσιν, οὐ μόνον αὐτοὶ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ υδοκοῦσι τοῖς πρᾶττοις*. Δύο θεῖς ἀντιθέσεις, θα ἀνεῖλεν ἀμφοτέρας αὐτάς προηγουμένως. Τί ἴν εἴποις, φησὶν, ὅτι οὐκ οἶδας τὰ πρακτεῖα; Μά- μὲν εἰ καὶ μὴ ἤδεις, σὺ αἴτιος, ὁ ἀφελὲς τὸν γνω- τὰ σοι Θεόν· νῦν δὲ καὶ διὰ πολλῶν σε δείκνυμεν <sup>i</sup>, καὶ ἐκοντὶ πλημμελοῦντα. Ἄλλ' ὑπὸ τοῦ πάθους. Τί οὖν καὶ συμπράττεις, καὶ ἐπαινεῖς; *Οὐ γὰρ αὐτὰ ποιοῦσι*, φησὶν, *ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τρᾶσσουσι*. Τὴν οὖν χαλεπωτέραν πρότερον θεῖς σύγγνωστον, ἵνα ἔλη (καὶ γὰρ τοῦ πλημμελοῦντος ἁμαρτίαν ἐπαινῶν χαλεπώτερος πολὺ)· τοῦτο ῤῶτον εἰπὼν, διὰ τούτου σφοδρότερον πάλιν ἐν ἑξῆς αὐτὸν χειροῦται, λέγων οὕτω· *Διὸ ἀναπο- τορος εἶ, ὡ ἄνθρωπε, πᾶς ὁ κρῖνων*· Ἐν ᾧ γὰρ *υς εὐν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρῖνεις*. Ταῦτα τοὺς ἀρχοντας ἀποτεινόμενος ἔλεγεν, ἐπειδὴ καὶ ἰς τότε ἐκείνη τὴν ἀρχὴν ἦν ἐγχεχειρισμένη τῆς μένης. Προλαβὼν οὖν φησὶ· Σαυτοῦ ἀφαιρῆ τὴν γλίαν πᾶς ὅστις ἂν ἦς· ὅταν γὰρ κατακρῖνης τὸν ν, μοιχεύης δὲ καὶ αὐτὸς, κἂν μηδεὶς ἀνθρώπων ἀδξῆ. ἐν τῇ περὶ τοῦ ὑπευθύνου ψήφῳ καὶ κατὰ ὕ τὴν ἀπόφασιν ἤνεγκας. *Οἶδαμεν γὰρ, ὅτι τὸ ἰ τοῦ Θεοῦ ἐστι κατὰ ἀλήθειαν ἐπὶ τοὺς τὰ τα πρᾶσσοντες*. Ἴνα γὰρ μὴ λέγῃ τις, ὅτι Τέως γον, φοδῶν φησὶν <sup>b</sup>, ὅτι οὐκ οὕτως ἐστὶ παρὰ τῷ ὕσπερ ἐνταῦθα. Ἐνταῦθα γὰρ ὁ μὲν κολάζεται, ἰαφεύγει· τὰ αὐτὰ ποιῶν· ἐκεῖ δὲ οὐκ οὕτως. Ὅτι ὕν οἶδε τὸ δίκαιον ὁ κρῖνων, εἶπε· πόθεν δὲ οἶδεν, τι προσέθηκε· περιττὸν γὰρ ἦν. Ἐπὶ μὲν γὰρ σεθείας ἀμφοτέρα δείκνυσι, καὶ ὅτι τὸν Θεὸν εἰδὼς, <sup>i</sup>, καὶ πόθεν εἰδὼς, ἀπὸ τῆς κτίσεως. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἴλον ἄπασιν, εἶπε καὶ τὴν αἰτίαν· ἐνταῦθα δὲ ὡς γημένον, παρήσιν. Ὅταν δὲ εἴπῃ, *Πᾶς ὁ κρῖνων*, ἰς ἀρχοῦσι διαλέγεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδιώταις καὶ ἰένους. [462] Καὶ γὰρ ἄπαντες ἄνθρωποι, κἂν μὴ θρόνον <sup>i</sup>, μὴδὲ δημίους καὶ ξύλον, ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτοὶ ὕσι τοὺς ἀμαρτάνοντας, ἐν διαλέξει καὶ κοινοῖς ἰγοῖς <sup>c</sup> καὶ τῇ τοῦ συνειδότες ψήφῳ· καὶ οὐδεὶς ἂν ἰσσιεν εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἀξιος κολάσεως ὁ μοιχός. Ἐτέρους, φησὶ, καταδικάζουσιν, οὐκ ἑαυτούς. Διὰ οὗτο αὐτῶν καὶ σφοδρῶς κατεξανίσταται, λέγων· *ζῆ δὲ τοῦτο, ὡ ἄνθρωπε, ὁ κρῖνων τὸς τὰ ἰτα πρᾶττοις, καὶ ποιῶν αὐτὰ, ὅτι σὺ ἐκ- ἷη τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ*; Ἐπειδὴ γὰρ πολλὴν ἔδειξε ἰκουμένης τὴν ἁμαρτίαν, ἀπὸ τῶν δογμάτων, ἀπὸ πραγμάτων, καὶ ὅτι σοφοὶ ὄντες, καὶ ὅτι τὴν κτίσιν <sup>i</sup> ες χειραγωγούσαν, καὶ ὅτι οὐ τῷ τὸν Θεὸν ἀφεῖναι <sup>i</sup>, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐλέσθαι τὰ ἰμοιώματα τῶν ἐρπε- καὶ τῷ τὴν ἀρετὴν ἀτιμάσαι, καὶ τῷ τῆς φύσεως ἰκουμένης ἐπὶ τὴν κακίαν αὐτομολῆσαι, καὶ τῷ παρὰ ν εἶναι, πρόσει λοιπὸν εἰς τὸ δεῖξαι, ὅτι καὶ κολά- <sup>i</sup> εἰ οἱ τὰ τοιαῦτα πρᾶσσοντες. Ἐδειξε μὲν οὖν ἡδὴ ρίαν, εἰπὼν τὴν πρᾶξιν αὐτήν· *Τὴν γὰρ ἀντιμι- ρ, ἡν ἔδει, τῆς πλάτης αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἀπο-*

*λημθάνουσι*, φησὶν· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἀισθάνονται ἐκείνης, εἶπε καὶ ἕτεραν, ἣν μάλιστα δεδοίκασι. Μάλι- στα μὲν ἡδὴ καὶ τούτην ἔδειξεν· ὅταν γὰρ λέγῃ, ὅτι *Τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ κατὰ ἀλήθειαν ἐστίν*, οὐδὲν ἕτερον ἦ τοῦτο λέγει· πλην ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἑτέρων αὐτὸ πλείονων κατασκευάζει πάλιν, οὕτω λέγων· *Λογίζῃ δὲ τοῦτο, ὡ ἄνθρωπε, ὁ κρῖνων τὸς τὰ τοιαῦτα πρᾶσσοντας, καὶ ποιῶν αὐτὰ, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ*. Τὸ σὺν οὐκ ἐξέφυγες κρῖμα, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ διαφεύξῃ; καὶ τίς ἂν τοῦτο εἴποι; Καίτοι γε σὺ σαυτὸν ἔκρινας. Ἄλλ' ἐπειδὴ τὸσαύτη ἦν ἡ περιστοία τοῦ δικαστηρίου, καὶ οὐδὲ σαυτοῦ φείσασθαι ἠδυνήθης, πῶς ὁ Θεός <sup>d</sup>, ὁ ἀναμάρτητος, ὁ μεθ' ὑπερβολῆς δίκαιος, οὐ πολλῶ μάλ- λον τοῦτο ποιήσει; Ἄλλὰ σὺ μὲν σαυτοῦ κατέγνωσ, ὁ δὲ Θεός ἀποδέξεται καὶ ἐπαινέσει; Καὶ πῶς ἂν ἔχοι τοῦτο λόγον; Καίτοι γε ἐκείνου τοῦ παρὰ σοῦ καταδι- καζόμενου κολάσεως μείζονος σὺ ἀξιώτατος. Οὐ γὰρ ἐστι ταυτὸν ἁμαρτάνειν ἀπλῶς, καὶ ἕτερον ἁμαρτά- νοντα κολάσαντα τοῖς αὐτοῖς περιπεσειν πάλιν. Ὅρξῃ πῶς τὸ ἐγκλημα ἠδξῆσεν; Εἰ γὰρ σὺ, φησὶ, τὸν ἐλάτ- τονα ἁμαρτόντα κολάζεις, καίτοι γε μέλλων ἀισχύνειν σαυτὸν, πῶς ὁ Θεός τὸν μείζονα πλημμελήσαντά σε, καὶ ταῦτα οὐ μέλλων ἑαυτὸν ἀισχύνειν, οὐ καταδικάζει καὶ κατακρῖνει μείζονος, ἡδὴ κατακεκριμένον ἀπὸ τῶν οἰκείων λογισμῶν; Εἰ δὲ λέγεις, ὅτι Οἶδα μὲν, ὅτι ἀξίός εἰμι κολάσεως, διὰ δὲ τὴν μακροθυμίαν καταφρονεῖς, καὶ διὰ τὸ μὴ δοῦναι παραπόδας δίκην, θαρρῆεις· δεδοικέναι μὲν καὶ τρέμειν διὰ τοῦτο ἂν εἴης δίκαιος. Οὐ γὰρ εἰς τὸ μὴ δοῦναι δίκην, ἀλλ' εἰς τὸ δοῦναι χαλεπωτέραν, εἰ μένοις ἀδιόρθωτος ὢν, ἀναβάλλεται· ὁ μὴδέποτε συμ- βῆσεται σοι <sup>e</sup>. Διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· *Ἴ τοῦ πλου- του τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καταφρονεῖς, καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας, ἀγνωσῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιαν σε ἄγει*; Ἐπαινέσας γὰρ τοῦ [463] Θεοῦ τὴν μακροθυμίαν, καὶ δεῖξας αὐτῆς τὸ κέρ-δος μέγιστον τοῖς προσέχουσιν (τοῦτο δὲ ἦν τὸ εἰς μετά- νοιαν ἔλκειν τοὺς ἀμαρτάνοντας), αὔξει τὸν φόβον. Ὅσπερ γὰρ τοῖς εἰς δέον χρησαμένοις σωτηρίας ἐστὶν ὑπόθεσις, οὕτω τοῖς καταφρονήσασιν ἐφθόδιον μείζονος τιμωρίας. Τοῦτο γὰρ τὸ περιφερόμενον, ὅτι χρηστὸς καὶ μακρόθυμος ὢν ὁ Θεός οὐκ ἀπαιτεῖ δίκην· ὅταν δὲ εἴπῃς τοῦτο, φησὶν, οὐδὲν ἄλλο λέγεις, ἢ τῆς τιμωρίας τὴν ἐπίτασιν. Τὴν γὰρ χρηστότητα ὁ Θεός ἐπιδεικνύεται, ἵνα ἀπαλλαγῆς ἀμαρτημάτων, οὐκ ἵνα προσθῆς· ἂν τοῖνον μὴ τοῦτο ποιῆς, φοδερωτέρα ἡ δίκην. Διὸ μάλιστα ἀμαρτάνειν οὐ χρῆ, ἐπειδὴ μακρόθυμος ὁ Θεός, οὐδὲ τὴν εὐεργεσίαν ὑπόθεσιν ἀγνωμοσύνης ποιεῖσθαι· εἰ γὰρ μακρόθυμος, καὶ κολάζει πάντως. Πόθεν δὴλον; Ἄπὸ τῶν ἐξῆς εἰρημένων. Εἰ γὰρ πολλὴ ἡ κακία, οὐκ ἀπ- ἔλαβον δὲ οἱ κακοὶ, ἀνάγκη πάντως ἀπολαθεῖν. Εἰ γὰρ ἄνθρωποι ταῦτα οὐ περιορῶσι, πῶς ὁ Θεός περιορῆται; Ὅστε ἐντεῦθεν καὶ τὸν περὶ τῆς κρίσεως εἰσῆγαγε λόγον. Τῷ γὰρ δεῖξαι πολλοὺς ὄντας ὑπευθύνους, εἰ μὴ μετανοήσασιν, εἶτα οὐ κολασθέντας ἐνταῦθα, τὴν κρίσιν συνεισάγει πάντως, καὶ μετ' ἐπιτάσεως· διό φησὶ· *Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητα σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργήν*. Ὅταν γὰρ μήτε χρηστότητι μαλάσσεται, μήτε φόβῳ κάμπηται, τί τοῦ τοιοῦτου σκληρότερον γένοιτ' ἂν; Ἐπειδὴ γὰρ ἔδειξε τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, τότε δείκνυσι τὴν τιμω-

lii, οὐσαν ἐκατέραν, quæ lectio non mala. <sup>b</sup> Quidam, γον φόβον, φησὶ. <sup>c</sup> Alii, κοινοῖς συλλογισμοῖς.

<sup>d</sup> Alii, πῶς οὖν ὁ Θεός. <sup>e</sup> In uno sic effertur locus: ... χαλεπωτέραν, εἰ μένοις ἀδ. ὢν, τὸ μὴδέπω δοῦναι συμβῆσεται σοι. Quæ lectio optima est. Edit.

ρίαν, ὅτι ἐστὶν ἀφόρητος τῷ μηδὲ οὕτως ἐπιστραφέντι. Καὶ ἔρα πῶς κυρίως ταῖς λέξεσι κέχρηται· *θησαυρίζεις γάρ, φησί, σεαυτῷ ὄρηγιν*. τὸ πάντως ἀποκείμενον δηλῶν, καὶ δεικνύς, οὐ τὸν διχάζοντα, ἀλλὰ τὸν κρινόμενον αἴτιον τούτου. *σεαυτῷ γάρ, φησί, θησαυρίζεις, οὐχ ὁ θεός σοι*. Ἐκεῖνος γάρ πάντα ἐποίησεν ὅσα ἔχρη, καὶ διαγνωστικόν σε τῶν καλῶν καὶ τῶν οὐ τοιούτων κατασκευάσας, καὶ μακροθυμίαν ἐπεδείξατο, καὶ εἰς μετάνοιαν ἐκάλεσε, καὶ ἡμέραν ἠπερίλησε φοβεράν, διὰ πάντων σε ἐπὶ τὴν μετάνοιαν ἔλκων· εἰ δὲ μένεις ἀνένδοτος, *σεαυτῷ θησαυρίζεις ὄρηγιν ἐν ἡμέρᾳ ὄρηγος καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ*. Ἴνα γάρ μή, ἀκούσας ὄρηγιν, νομίσης πάθος, ἐπήγαγε· *δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ*. Καὶ καλῶς εἶπεν, *ἀποκαλύψεως*· τότε γάρ ἀποκαλύπτεται τοῦτο, ὅταν τὰ κατ' ἀξίαν ἕκαστος ἀπολαμβάνῃ. Ἐνταῦθα γάρ πολλοὶ πολλάκις ἐπηρεάζουσι παρὰ τὸ δίκαιον καὶ ἐπιθυλεύουσιν· ἐκεῖ δὲ οὐχ οὕτως. *Ὅς ἀποδώσει ἐκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· τοῖς μὲν κατ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ*.

γ'. Ἐπειδὴ γάρ φοβερός ἐγενετο καὶ βαρὺς, περὶ κρίσεως καὶ τῆς μελλούσης διαλεγόμενος κολάσεως, εὐθέως οὐκ εἰς τὸ προσδοκώμενον ἐνέβαλε τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἡδύτερον ἔρεψε τὸν λόγον, τὴν τῶν ἀγαθῶν ἀντιδοσιν, οὕτω λέγων· *τοῖς μὲν κατ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον*. Ἐνταῦθα καὶ τοὺς ἀναπεπτωκότας ἐν τοῖς πειρασμοῖς διανίστησι, καὶ δείκνυσιν, ὅτι οὐ χρὴ τῇ πίστει θαρρῆν μόνον· καὶ γάρ [464] καὶ πράξεις ἐστὶ τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο ἐξεταστικόν. Ὅρα δὲ αὐτὸν ὅταν περὶ τῶν μελλόντων διαλέγηται, μὴ δυνάμενον τρανῶς εἰπεῖν τὰ ἀγαθὰ, ἀλλὰ καὶ δόξαν καὶ τιμὴν λέγοντα. Ἐπειδὴ γάρ πάντα ὑπερβαίνει τὰ ἀνθρώπινα, οὐκ ἔχει εἰκόνα αὐτῶν ἐντεῦθεν δεῖξαι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν δοκούτων εἶναι λαμπρῶν παρ' ἡμῖν, ἀπὸ τούτων αὐτὰ, ὡς ἔγχωρεῖ, παρίστησιν, ἀπὸ τῆς δόξης, ἀπὸ τῆς τιμῆς, ἀπὸ τῆς ζωῆς· ταῦτα γάρ ἐστὶ τὰ ἀνθρώποις περιεπούδαστα. Ἄλλ' οὐ τοιαῦτα ἐκεῖνα, ἀλλὰ πολλῶ βελτίω τούτων, ὅσα καὶ ἀφθαρτα καὶ ἀθάνατα.

Εἶδες πῶς καὶ τὰς περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν σωματικῶν ἡμῖν θύρας ἀνέμψεν, ἀφθαρσίαν εἰπών; ἡ γὰρ ἀφθαρσία τοῦ φθειρομένου σώματος ἐστίν. Εἶτα, ἐπειδὴ οὐκ ἔρκει τοῦτο, προσέθηκε δόξαν καὶ τιμὴν. Πάντες γάρ ἀναστρέφονται ἀφθαρτοί, ἀλλ' οὐ πάντες εἰς δόξαν, ἀλλ' οἱ μὲν εἰς κόλασιν, οἱ δὲ εἰς δόξαν. *τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας*, φησί. Πάλιν γάρ ἀποστρεφί συγγνώμης τοὺς ἐν κακίᾳ ζῶντας, καὶ δείκνυσιν ἀπὸ φιλονεικίας τινὸς καὶ βραθυμίας ἐπὶ τὴν πονηρίαν πίπτοντας. *καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθόμενοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ*. Ἰδοὺ καὶ ἑτέρα κατηγορία πάλιν. Ποῖαν γάρ ἀπολογίαν ἂν ἔχοι ὁ τὸ φῶς φεύγων, καὶ τὸ σκότος αἰρούμενος; καὶ οὐκ εἶπε, βιαζομένους καὶ τυραννομένους, ἀλλὰ, *πειθόμενοις τῇ ἀδικίᾳ*· ἵνα μάθῃς, ὅτι προαιρέσεως τὸ πῶμα, οὐκ ἀνάγκης τὸ ἔγκλημα. *Θλίψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ καταπραζόμενου τὸ κακόν*· τουτέστι κλιν εὐπορίας· τις ἦ, κλιν ὑπατος, κλιν ἀυτοδασίλειος<sup>a</sup>, οὐδένα ὁ τῆς κρίσεως δυσωπεῖται λόγος· οὐδεμίαν γάρ ἐνταῦθα χώραν τὰ ἀξιώματα ἔχει. Δείξας τοίνυν τὴν ὑπερβολὴν τῆς νόσου, καὶ τὴν αἰτίαν προσθεῖς, ὅτι ἀπὸ βραθυμίας τῶν ἀβρωστούντων, καὶ τὸ τέλος, ὅτι ἀπώλεια αὐτοὺς διαδέχεται,

<sup>a</sup> Duo mss., αὐτὸς ὁ βασιλεύς.

καὶ τὸ εὐκολόν τῆς διορθώσεως, βαρεῖ<sup>b</sup> πάλιν καὶ ἐν τῇ κολάσει τὸν Ἰουδαῖον. *Ἰουδαίου τε πρώτον καὶ Ἑλλήνος*. Ὁ γὰρ πλείονος ἀπολαύσας τῆς διδασκαλίας, μέζονα ἂν εἴη καὶ τιμωρίαν ἄξιος· ὑπομείναι παρανομῶν. Ὡστε ὅσα ἂν συνετώτεροι ὦμεν ἢ δυνατώτεροι, τοσοῦτον κολαζόμεθα μᾶλλον ἀμαρτάνοντες. Καὶ γὰρ εἰ πλούσιος εἶ, πλείονα ἀπαιτηθῆσθαι χρήματα τοῦ πένητος, καὶ εἰ συνετώτερος, μέζονα ὑπακοήν, καὶ εἰ δυναστεῖαν περιδέβλησαι, λαμπρότερα κατορθώματα· καὶ ἐπὶ πάντων δὲ τῶν ἄλλων οὕτω πρὸς τὴν δύναμιν καὶ τὰ μέτρα εἰσοίσεις. *Δόξου δὲ καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθόν, Ἰουδαίῳ τε πρώτον, καὶ Ἑλληνι*. Ποῖον Ἰουδαῖον ἐνταῦθα φησιν, ἢ περὶ ποίων Ἑλλήνων διαλέγεται; τῶν πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. Ὑπὼ γὰρ εἰς τοὺς τῆς χάριτος ἐφθασε χρόνους ὁ λόγος, ἀλλ' ἔτι τοὺς ἀνωτέρω χρόνους ἐνδιατρίβει, προκαθαίρων πόρρωθεν, καὶ ἀναιρῶν τὸ μέσον τοῦ Ἑλλήνος καὶ τοῦ Ἰουδαίου, ἔν, ὅταν ἐν τῇ χάριτι τοῦτο ποιῇ, μηκέτι δόξου καὶ τιμὴν καὶ φορητικὴν ἐπινοεῖν. Εἰ γὰρ ἐν τοῖς ἀνωτέρω χρόνοις, ὅτε οὐπω ἡ χάρις ἦν ἐκλάμψατα ἢ τοσαύτη, ὅτε τὰ τῶν Ἰουδαίων σμηνὰ καὶ περιβόητα καὶ λαμπρὰ παρὰ πᾶσιν ἦν, αἴην ἦν τὸ μέσον, τίνα ἂν ἔχοιεν λοιπὸν εἰπεῖν [465] λόγῳ μετὰ τὴν τοσαύτην τῆς χάριτος ἐπίδειξιν; Διὰ ταῦτα καὶ μετὰ πολλῆς αὐτὸ κατασκευάζει τῆς σπουδῆς. Καὶ γὰρ ὁ ἀκροατῆς τοῦτο μαθὼν ἐν τοῖς ἀνωτέρω χρόνοις κρατοῦν, πολλῶ μᾶλλον μετὰ τὴν πίστιν αὐτὸ πραδέξεται<sup>c</sup>. Ἑλληνας δὲ ἐνταῦθα φησιν, οὐ τοὺς εἰδωλοατρούοντας, ἀλλὰ τοὺς θεοσεβούντας, τοὺς τῷ φυσικῷ πειθόμενους νόμῳ, τοὺς πλὴν τῶν Ἰουδαϊκῶν παρατηρήσεων πάντα τὰ πρὸς εὐσέβειαν συντελοῦντα διατηροῦντας· οἳοι ἦσαν οἱ περὶ τὸν Μελεχισδεχ, οἳος ἦν ὁ Ἰώβ, οἳοι ἦσαν οἱ Νινευταῖοι, οἳος ἦν ὁ Κορνήλιος. Ἡδὲ τοίνυν προδιορύττει τῆς περιτομῆς καὶ τῆς ἀκροβυστίας τὸ μέσον, καὶ πόρρωθεν ταύτην προκαταλύει τὴν διαφθορὴν, ὥστε καὶ ἀνυπόπτως αὐτὸ ποιῆσαι, καὶ ἐξ ἑτέρας ἀνάγκης εἰς τοῦτο ἐμβάλειν· ὅπερ αἰετῆς συνέσεώς ἐστιν ἴδιον τῆς ἀποστολικῆς. Εἰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν καιρῶν αὐτὸ τῆς χάριτος ἔδειξεν, ἔδοξεν ἂν πολλὴν ὑποψίαν ἔχειν ὁ λόγος· τὸ δὲ διηγούμενον τὴν κατέχουσαν τὸν κόσμον κακίαν καὶ πονηρίαν, ἐκ τῆς ἀκολουθίας ἐκείνης εἰς τὸν περὶ τούτων ἐμῆθηναι λόγον, ἀνυπόπτον ἐποίησε τὴν διδασκαλίαν.

δ'. Καὶ ὅτι τοῦτο βούλεται, καὶ διὰ τοῦτο οὕτω συνέθηκε, δηλὸν ἐκεῖθεν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἐσπούδαζε κατασκευάσαι, ἔρκει εἰπόντα, ὅτι *κατὰ τὴν σκληρότητα σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὄρηγιν ἐν ἡμέρᾳ ὄρηγος*, παύσασθαι τῆς ὑποθέσεως ταύτης· καὶ γὰρ ἀπρητισμένη ἦν. Ἄλλ' ἐπειδὴ οὐ τοῦτο ἦν αὐτῷ τὸ ζητούμενον, περὶ κρίσεως μόνον εἰπεῖν τῆς μελλούσης, ἀλλὰ καὶ δεῖξαι οὐδὲν πλέον ἔχοντα τὸν Ἰουδαῖον τοῦ τοιούτου Ἑλλήνος, ἵνα μὴ μέγα φρονηῇ, πρόεισι περαιτέρω, καὶ τάξει κέχρηται. Σκόπει δὲ· Ἐφώθησε τὸν ἀκροατὴν, ἐπήγησεν<sup>d</sup> αὐτῷ τὴν ἡμέραν τὴν φοβεράν, εἶπεν ὅσον κακὸν τὴν πονηρίαν συζῆν, ἔδειξεν οὐδένα ἐξ ἀγνοίας ἀμαρτάνοντα οὐδὲ ἀτιμωρητὴν, ἀλλὰ, κλιν μὴ νῦν δὴ δίκην, δώσοντα πάντως· ἐντεῦθεν λοιπὸν σφόδρα τῶν κατεπειγόντων ἦν· ἐν γὰρ τοῖς ἔργοις ἡ κόλασις καὶ ἡ τιμὴ, οὐκ ἐν περιτομῇ καὶ ἀκροβυστίᾳ. Ἐπεὶ οὖν εἶπεν ὅτι πάντως κολασθήσεται ὁ Ἕλληνας, καὶ

<sup>b</sup> Unus βαρύνει. <sup>c</sup> Duo mss. καταδέχεται. <sup>d</sup> Duo mss., ἐπιτίγχεον, minus recte.

5. *Secundum autem duritiam tuam et impœnitens cor thesaurizas tibi iram.* Cum enim neque mansuetudine emolliatur, nec timore flectatur, quid illo durius fuerit? Postquam autem Dei benignitatem ostendit, tunc supplicium exhibet: quod nempe sit intolerabile ei, qui neque sic conversus sit. Et vide quam proprie verbis utatur: *Theaurizas*, inquit, *tibi iram*, omnino repositam iram ostendens, et non iudicem, sed cum qui iudicatur, illius causam esse. *Tibi ipsi*, inquit, *thesaurizas*, non Deus tibi. Ille enim omnia quæ par erat præstitit, et tibi bonorum malorumque cognitionem impertit, patientiam suam exhibuit, ad pœnitentiam te vocavit, diem terribilem comminatus est, per omnia te ad resipiscentiam alliciens: quod si inflexus maneat, *Theaurizas tibi iram in die iræ et revelationis et justi iudicii Dei.* Ne putes enim audita ira, passionem esse, addit: *Iusti iudicii Dei.* Ac recte dixit, *Revelationis*: tunc enim, hoc revelat, cum secundum meritum singuli accipiunt. Nam hic sæpe multi præter jus molestiam inferunt et insidias struunt; illic vero non item. *Qui reddet unicuique secundum opera ejus; iis quidem, qui secundum patientiam boni operis.*

3. Postquam se terribilem et severum exhibuit, cum de iudicio et de futuro supplicio loqueretur, non se statim ad supplicium, ut expectandum videbatur, coniecit, sed ad rem suaviorem, nempe retributionem honorum, sermonem convertit hoc pacto: *Iis quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam et honorem et incorruptionem quærunt, vitam æternam.* Hic eos, qui in tentationibus animo defecerant, erigit, ostenditque non oportere in fide sola fiduciam habere: nam tribunal illud acta examinat. Perpende illum, cum de futuris loquitur, non posse clare bona illa explicare, sed gloriam et honorem dicere. Quia enim bona humana longe superant, nullam habet imaginem quam possit adhibere; sed ab iis, quæ apud nos splendidiora videntur, illa utcumque exprimit, a gloria, ab honore, a vita: illa enim inter res humanas expetuntur. Verum cœlestia non hujusmodi sunt; sed his eo sunt præstantiora, quod sint incorruptibilia et immortalia.

*Resurrectio corporum.* — Viden' ut nobis de resurrectione corporum fores aperuerit, cum incorruptionem dicit? incorruptio enim illa corrupti corporis est. Deinde quia hoc non satis erat, addidit gloriam et honorem. Omnes enim resurgemus incorrupti, sed non omnes ad gloriam, sed alii ad supplicium, alii ad gloriam. 8. *Iis vero, qui ex contentione*, inquit. Rursus enim venia privat eos, qui in nequitia vivunt, et ostendit eos ex contentione quadam et ignavia ad nequitiam decidisse. *Et non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati.* Ecce aliam rursus accusationem. Quam enim excusationem habuerit is, qui lucem fugit et tenebras deligit? Neque dicit, Vi impulsos, vel tyrannide, sed, *obtemperantes iniquitati*; ut ediscas voluntatis esse lapsum, non necessitatis crimen. 9. *Tribulatio et angustia super omnem animam hominis operantis malum.* Id est, licet opulentus quis fuerit, licet con-

PATROL. GR. LX.

sul, licet rex, neminem reveretur iudicii ratio: non hic locum habent dignitates. Cum ergo morbi vehementiam exhibuisset, et causam addidisset, nempe ægrotantium ignaviam; et finem quoque, quod scilicet pernicies illos exceptura sit, necnon emendationis facilitatem: Judæum rursus in supplicio aggravat. *Judæo primum et Græco.* Nam qui majore imbutus fuit doctrina, majori supplicio dignus fuerit, si iniqui agat. Itaque quanto prudentiores potentioresque sumus, tanto magis punimur si peccemus. Etenim si dives es, plures a te exigentur pecuniæ, quam a paupere; si prudentior, major obedientia; si potentia valeas, illustriora opera: in aliisque omnibus par ratione pro virili et pro modulo conferes. 10. *Gloria, honor et pax omni operanti bonum, Judæo primum et Græco.* Quam Judæum hic memorat, et de quibus Græcis loquitur? De iis, qui ante Christi adventum fuerunt: nondum enim ad gratiæ tempus pervenit sermo, sed de superiori tempore loquitur, jam prius de medio tollens differentiam Græcum inter seu gentilem et Judæum; ut cum in gratiæ tempore id faceret, non res nova aut onerosa videretur. Si enim in præterito illo tempore, cum nondum tanta gratia effluerat, cum res Judæorum honorandæ, illustres et celebres apud omnes habebantur, nullum erat discrimen: quam demum rationem afferre poterant post tantam gratiæ exhibitionem? Ideoque magno cum studio id probat. Etenim audacter edoctus id jam præteritis temporibus valuisse, multo magis post acceptam fidem id admissurus erat. Græcos autem seu gentiles hic vocat, non idololatrias, sed eos qui Deum colebant, qui naturali legi parebant, qui præter Judaicas observationes omnia, quæ ad piam religionem spectarent, observabant: quales erant Melchisedech et Job, quales erant Ninivitarum, qualis Cornelius. Jam itaque distinctionem inter circumcisionem et præputium suffodere incipit, et procul illam differentiam aggreditur; ita ut et sine ulla suspitione id faciat, et ex alia necessitate in eam rem se conjiciat, quod apostolicæ prudentiæ semper proprium fuit. Nam si id gratiæ temporibus ita se habuisse docuisset, multa suspitione plenus sermo habitus fuisset: quod autem de malitia et perversitate loquens, quæ tunc mundum occupabat, ex quadam serie in hunc sermonem incidisset, non suspectam doctrinam reddebat.

4. Quod autem illud in scopo habeat Paulus, et sic ideo rem composuerit, hinc palam est. Nisi enim id probare studuisset, postquam dixerat, *Secundum duritiam tuam et impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ*, id satis fuisset, et re perfecta claudendum erat hoc argumentum. Verum quia non illi in proposito erat de futuro iudicio tantum agere, sed ostendere volebat nihil plus habere Judæum, quam Græcum hujusmodi; ne Judæus alium saperet, ultra progreditur, et ordine utitur. Perpende autem: auditorem terruit, tremendam illam diem quasi intonuit, dixit quantum esset malum in nequitia vivere, ostendit neminem ex ignorantia peccare, neque impune, sed etiamsi nunc pœnas non det, daturum omnino esse.

27

Hinc demum probare vult, legis doctrinam non esse rem admodum urgentem : nam in operibus sita est pœna, situm præmium, non in circumcissione et præputio. Postquam igitur dixerat, Græcum omnino pœnam esse subiturum, idque in confesso fuit, et inde probavit etiam honorandum esse, superfluum deinde ostendit legem et circumcissionem : nam hic Judæus maxime impugnat. Quia enim illi contentiosiores erant; primo præ fastu non dignantes se cum gentilibus annumerare; secundo Irridentes eos qui dicerent fidem peccata omnia delere : ideo prius Græcos incusavit, de quibus agebatur, ut sine suspicione et cum fiducia Judæos adoriretur. Deinde cum ad supplicii examen venit, ostendit Judæum non modo nihil utilitatis a lege accipere, sed etiam aggravari : et hoc jam superius probare incepit. Si namque Græcus ideo inexcusabilis est, quia et natura et cogitationibus ipsum inducentibus, melior non evasit; multo magis Judæus, qui cum his doctrinam quoque a lege accepit. Cum persuasisset ergo illi, ut in aliorum peccatis hoc ratiocinium admitteret, vel invitum cogit illum deinceps ut in iis, quæ ad ipsum spectarent, idem faceret. Et ut facilius sermo accipiatur, ad mitiora illum ducit his verbis : *Gloria, honor et pax omni operanti bonum, Judæo primum et Græco*. Hic enim quantumque quis habeat bona, cum perturbatione magna habet, licet dives sit, licet potens, licet rex; etsi non cum alio, secum saltem sæpe dissidet, et multum vel in cogitationibus habet bellum : illic autem nihil simile, sed omnia tranquilla et a perturbatione libera, cum vera adjuncta pace. Cum ex supra dictis ergo probasset, etiam eos qui legem non habent, eadem ipsa bona assequuturos esse, ratiocinando pergit : 11. *Non enim est personarum acceptio apud Deum*. Cum enim dicit et Judæum et Græcum peccantes puniri, non habet ratiocinio opus; cum vero statuere vult honorari Græcum, tunc probatione opus habet. Nam mirum et stupendum videbatur esse, si is qui nec legem nec prophetas audierat, bona operans honoraretur. Ideo, ut jam dixi, in temporibus gratiam præcedentibus illorum auditum exercet, ut facilius deinceps cum fide, illorum in his consensum induceret. Hic enim suspectus minime est, utpote qui non intentum suum probet. Cum dixisset ergo, *Gloria, honor et pax omni operanti bonum, Judæo primum et Græco*; pergit, *Non est enim personarum acceptio apud Deum*. Papæ, quanta cum exuberantia vicit! ostendit enim, re in absurditatem adducta, non secundum Deum fore, si res ita non esset; nam id personarum acceptio esset : quod in Deum cadere non potest. Neque dixit, Nisi res ita se habeat, personarum acceptor est Deus; sed dignius loquens, *Non est personarum acceptio apud Deum*; id est, non personarum qualitatem, sed rerum differentiam examinat. Hinc vero declarat non re, sed persona Judæum a Græco differre. His consequens erat dicere : Non enim, quia ille quidem Judæus, hic Græcus; ideo ille quidem honoratur, hic vero contumelia afficitur : sed ex operibus utrumque sit. Verum non ita dixit; nam Judæi animum concii-

tasset; sed quid amplius addidit, illorum fastum deiciens ac comprimens, ut illud admitterent. Quid illud est? Id quod sequitur. 12. *Quicumque enim, inquit, sine lege peccaverunt, sine lege peribunt : et quicumque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur*. Hic, ut jam dixi, non modo æqualitatem inter Judæum et Græcum indicat, sed etiam Judæum a lege valde gravatum esse demonstrat : Græcus enim sine lege judicatur. Hic autem, *Sine lege*, non gravius, sed minus quidpiam indicat, id est, non habet accusantem se legem. Illud enim, *Sine lege*, id est, sine damnatione ex lege facta, et ex naturalibus solum ratiociniis condemnatur. Judæus vero ex lege; id est, lege cum natura incusante : quanto enim majore cura dignatus est, tanto majores dabit pœnas.

5. Viden' quanto majorem Judæis necessitatem intulerit, ut ad gratiam accederent? Quia enim dicebant se non egere gratia, per legem solam justificados; ostendit ipsos magis quam Græcos illa egere, siquidem magis puniendi sunt. Deinde aliud inducit ratiocinium, quo jam dicta propugnet. 13. *Non enim auditores legis justii sunt apud Deum*. Recte addidit, *Apud Deum* : nam apud homines fortasse possunt honorandi videri, et sese magnopere jactitare; apud Deum vero contra omnino *Factores legis tantum justificantur*. Vides cum quanta rationum vi sermonem in contrarium vertat? Si enim per legem, inquit, servari rogas, te hac in re præcedet gentilis, qui ea quæ scripta sunt exsequutus videtur. Et qui fieri potuit, inquires, ut qui auditor non fuerit, factor fuerit? Potest, inquit, fieri, non hoc tantum, sed et aliud longe majus. Non solum enim sine auditione potest esse factor, sed etiam post auditionem potest non factor esse; id quod postea clarius exprimit cum majore vi verborum : *Qui doces alium, te ipsum non doces?* Hic autem interim primum illud probat. 14. *Cum enim gentes, inquit, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt; hi legem non habentes, sibi ipsis sunt lex*. Non eicio legem, inquit, sed hinc gentes justifico. Viden' quomodo Judaismi gloriam suffodiens, nullam sui accusandi ansam præbet, quasi legem dehonestet, imo contra, quasi exaltans et magnam ostendens illam, sic totum probat? Cum autem dicit, *Naturaliter*, secundum naturalia ratiocinia intelligit : et ostendit alios esse meliores, et quod majus est, ea de causa meliores, quod non acceperint legem, nec habeant illam, qua videntur Judæi præstare. Ideo enim, ait, mirabiles sunt, quia lege non opus habuere, et quæ legis sunt omnia exhibuere : opera, non literas, animis suis insculpentes. Hoc enim ait : 15. *Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia, et cogitationibus inter se accusantibus aut etiam excusantibus* : 16. *in die, quo judicabit Deus occulta hominum, secundum evangelium meum, per Jesum Christum*. Viden' quomodo repræsentet illum diem et prope adducat, illorum mentem exagitans, et ostendens, illos potius honorandos esse, qui sine lege, quæ legis erant, perficere conati sunt? Quod autem maxime admirandum

ελαβεν ὡμολογημένον τοῦτο, καὶ ἀπ' αὐτοῦ κατεσκευάσαν, ὅτι καὶ τιμηθήσεται, περιττὸν λοιπὸν ἐδήλωσε τὸν νόμον καὶ τὴν περιτομήν· μάλιστα γὰρ Ἰουδαίους ἐνταῦθα μάχεται. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι φιλονεικότερον διέκειντο, πρῶτον μὲν ὑπὸ τύφου οὐκ ἀζιούντες μετὰ τῶν ἐξ ἔθνῶν συναριθμεῖσθαι· δεύτερον καταγελῶντες, εἰ ἢ πίστις πάντα ἀφανίζει τὰ ἁμαρτήματα, διὰ τοῦτο πρότερον κατηγορήσε τῶν Ἑλλήνων, ὑπὲρ ὧν ποιεῖται τὸν λόγον, ἵνα ἀνυπόπτως καὶ μετὰ παρρησίας τῶν Ἰουδαίων καθίκηται· εἶτα εἰς τὴν περὶ τῆς κολάσεως ἐξετάσιν ἔλθῶν, δείκνυσιν οὐ μόνον οὐδὲν ὠφελοῦμενον τὸν Ἰουδαῖον ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀλλὰ καὶ βαρούμενον· καὶ τοῦτο ἀνωθεν κατασκευάζει. Εἰ γὰρ ὁ Ἑλληὴν διὰ τοῦτο ἀναπολόγητος, ὅτι τῆς κτίσεως αὐτὸν ἐναγούσης καὶ τῶν λογισμῶν, οὐκ ἐγένετο βελτίων· [466] πολλῶ μᾶλλον ὁ Ἰουδαῖος μετὰ τούτων καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου διδασκαλίαν λαθῶν. Πείσας τοίνυν αὐτὸν εὐκόλως δέξασθαι τὴν λογισμὸν τοῦτον ἐν τοῖς ἐτέρω ἀμαρτήμασι, καὶ ἀκοντα ἀναγκάζει λοιπὸν ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ τοῦτο ποιῆσαι. Καὶ ὥστε εὐπαράδεκτον γενέσθαι τὸν λόγον, καὶ ἐπὶ τῶν χρηστοτέρων αὐτὸν προάγει, λέγων οὕτω· Δύξια δὲ καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παρὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθόν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἑλληνι. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ, ὅσα ἂν τις εἴη καλὰ, μετὰ πολλῶν ἔχει παραχῶν, καὶ πλούσιος ἦ, καὶ δυνάστης, καὶ βασιλεὺς· καὶ μὴ πρὸς ἕτερον, πρὸς γοῦν αὐτὸν διαστασιάζει πολλακις, καὶ πολὺν ἐν τοῖς λογισμοῖς ἔχει πόλεμον· ἐκεῖ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ πάντα γαληνά καὶ παραχῆς ἀπηλλαγμένα, καὶ γνησίαν ἔχοντα τὴν εἰρήνην. Κατασκευάσας τοίνυν ἐκ τῶν ἀνωθεν εἰρημένων, ὅτι καὶ οἱ μὴ νόμον ἔχοντες τῶν αὐτῶν ἀπολαύσονται, ἐπάγει καὶ λογισμὸν, οὕτω λέγων· Οὐ γὰρ ἐστὶ προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ. Ὅταν μὲν γὰρ λέγη, ὅτι κολάζεται καὶ ὁ Ἰουδαῖος; καὶ ὁ Ἑλληὴν ἀμαρτάνοντας, οὐ δείτῃ λογισμῶν· ὅταν δὲ, ὅτι καὶ τιμᾶται ὁ Ἑλληὴν, συστήσῃ βούληται, καὶ κατασκευῆς δείτῃ λοιπὸν. Καὶ γὰρ ἐδόκει θαυμαστὸν εἶναι καὶ παράδοξον, εἰ ὁ μὴ νόμου μηδὲ προφητῶν ἀκούσας, τιμᾶται τὰ ἀγαθὰ ἐργαζόμενος. Διὰ τοῦτο, ὅπερ καὶ ἐμπροσθεν εἶπον, ἐν τοῖς πρὸ τῆς χάριτος χρόνοις γυμνάσει αὐτῶν τὰς ἀκοὰς, ἵν' εὐκολώτερον ἐπεισγάγῃ λοιπὸν μετὰ τῆς πίστεως καὶ τὴν ἐν τούτοις συγκατάθεσιν. Ἐνταῦθα γὰρ ἀνύποπτος μάλιστα γίνεται, ἅτε οὐ τὸ αὐτοῦ κατασκευάζων. Εἰπὼν τοίνυν, Δύξια καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παρὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθόν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον, καὶ Ἑλληνι, ἐπήγαγεν· Οὐ γὰρ ἐστὶ προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ. Βαβαί, ἐξ ὅσης ἐνίκησε τῆς περιουσίας·<sup>1</sup> δείκνυσιν γὰρ εἰς ἄτοπον τὸν λόγον ἀπαγαγῶν, ὅτι οὐ κατὰ Θεὸν τὸ μὴ οὕτω γενέσθαι· καὶ γὰρ προσωποληψίας τὸ πρᾶγμα· ὁ δὲ Θεὸς οὐ τοιοῦτος. Καὶ οὐκ εἶπεν, εἰ δὲ μὴ τοῦτο γένοιτο, προσωπολήπτῃς ὁ Θεός, ἀλλὰ σεμνότερον· Οὐ γὰρ ἐστὶ προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ· τούτεστιν, οὐ προσώπων ποιότητα, ἀλλὰ πραγμάτων ἐξετάζει διαφοράν. Τοῦτο εἰπὼν, ἐδήλωσεν οὐκ ἐν πράγμασι, ἀλλ' ἐν προσωπικοῖς μόνον διαφέροντα τὸν Ἰουδαῖον τοῦ Ἑλλήνου. Τοῦτοις ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν· Οὐ γὰρ, ἐπειδὴ ὁ μὲν Ἰουδαῖος, ὁ δὲ Ἑλληὴν, διὰ τοῦτο ὁ μὲν τιμᾶται, ὁ δὲ ὑβρίζεται· ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔργων ἐκάτερα γίνεται. Ἄλλ' οὐκ εἶπεν οὕτω· διήγειρε γὰρ ἂν τὸν θυμὸν τοῦ Ἰουδαίου· ἀλλ' ἕτερόν τι πλέον εἶθι κατασπῶν αὐτῶν κατωτέρω τὸ φρόνημα καὶ καταστέλλων, ὥστε ἐκεῖνο καταδέξασθαι. Τί δὲ ἐστὶ τοῦτο; Τὸ ἐξῆς καίμενον·

Ἄλλοι γὰρ ἀνόμως, φησὶν, ἡμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἡμαρτον, διὰ νόμον κριθήσονται. Ἐνταῦθα γὰρ, ὅπερ ἐφθην εἰπὼν, οὐ μόνον ἰστομίαν δείκνυσιν Ἰουδαίου καὶ Ἑλλήνου, ἀλλὰ καὶ πολὺ τὸν Ἰουδαῖον βαρούμενον ἀπὸ τῆς τοῦ νόμου δόσεως. Ὁ μὲν γὰρ Ἑλληὴν ἀνόμως κρίνεται· τὸ δὲ, Ἄνόμως, ἐνταῦθα οὐ τὸ χαλεπότερον, ἀλλὰ τὸ ἡμερύτερον λέγει· τούτεστιν, [467] οὐκ ἔχει κατηγοροῦντα τὸν νόμον. Τὸ γὰρ, Ἄνόμως, τούτεστι, χωρὶς τῆς ἐξ ἐκεῖνου κατακρίσεως, φησὶν, ἀπὸ τῶν τῆς φύσεως λογισμῶν καταδικάζεται μόνων. Ὁ δὲ Ἰουδαῖος ἐνόμως, τούτεστι, μετὰ τῆς φύσεως καὶ τοῦ νόμου κατηγορούμενος· ὅση γὰρ πλειονὸς ἀπήλαυσε ὁ τῆς ἐπιμελείας, τοσοῦτῳ μείζονα δώσει δίκην.

εἰ. Ὅρῃς πῶς μείζονα τοῖς Ἰουδαίοις τὴν ἀνάγκην ἐπέστησε τοῦ τῆ χάριτι προσδραμεῖν; Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον, ὅτι οὐ δέονται τῆς χάριτος, διὰ μόνου τοῦ νόμου δικαιοῦμενοι, δείκνυσιν, ὅτι αὐτοὶ μᾶλλον τῶν Ἑλλήνων δέονται, εἰ γε μᾶλλον μέλλουσι κολάζεσθαι. Εἶτα πάλιν ἐπάγει λογισμὸν ἕτερον, τοῖς εἰρημένοις ἐπαγωνιζόμενος. Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ· Καλῶς προσέθηκε, Παρὰ τῷ Θεῷ· παρὰ μὲν γὰρ ἀνθρώποις ἴσως σεμνοὶ δύνανται φαίνεσθαι· καὶ μεγάλα κομπάζειν, παρὰ δὲ τῷ Θεῷ, τούναντιον ἅπαν, οἱ ποιητὰ τοῦ νόμου δικαιοῦνται μόνον. Εἶδες πόση τῆ περιουσία κέχρηται εἰς τὸ ἐναντίον περιτρέπων τὸν λόγον; Εἰ γὰρ διὰ τὸν νόμον ἀξιοῖς σωθῆναι, φησὶ, πρῶτ' ἂν σου ταῦτη ὁ Ἑλληὴν στήσεται, ποιητῆς φανείς τῶν ἐγγεγραμμένων. Καὶ πῶς ἐνι, φησὶν, ἀκροατὴν μὴ γενόμενον, ποιητὴν γενέσθαι; Ἐνι, φησὶν, οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦτο πολλῶ πλέον. Οὐ γὰρ μόνον χωρὶς ἀκροάσεως ἐστὶ γενέσθαι ποιητὴν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ἀκροάσεως μὴ εἶναι τοῦτο· ὅπερ ὕστερον σαφέστερον εἶθις λέγων, καὶ μετὰ πλειονος τῆς περιουσίας· Ὁ διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκει; Ἐνταῦθα δὲ τῶς τὸ πρότερον κατασκευάζει. Ὅταν γὰρ ἔθνη, φησὶ, τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, αὐτοῖς εἰσι νόμος. Οὐκ ἐκβάλλω τὸν νόμον, φησὶν, ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν δικαίω τὰ ἔθνη. Εἶδες πῶς ὑπορύπτων τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ τὴν δόξαν, οὐδεμίαν καθ' αὐτοῦ δίδωσι λαθῶν ὡς ἀτιμάζων τὸν νόμον, ἀλλὰ τούναντιον, ὡς ἐπαίρων καὶ μέγαν δεικνύς, οὕτω κατασκευάζει τὸ πᾶν; Φύσει δὲ ὅταν εἴποι, τοῖς ἐκ φύσεως λέγει λογισμοῖς. Καὶ δείκνυσιν ἕτερούς ὄντας αὐτῶν βελτίους, καὶ τὸ μείζον, διὰ τοῦτο βελτίους, ἐπειδὴ μὴ νόμον εἶχον, μηδὲ ἔχουσι τοῦτον, ὃ δοκοῦσιν αὐτῶν πλεονεκτεῖν οἱ Ἰουδαῖοι. Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶν, εἰσι θαυμαστοί, ὅτι νόμου οὐκ ἐδεθήσαν, καὶ τὰ τοῦ νόμου πάντα ἐπεδείξαντο, τὰ ἔργα ε, οὐ τὰ γράμματα, ταῖς διανοίαις αὐτῶν ἐγκολάσαντες. Τοῦτο γὰρ φησὶν· Οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτοῖς τῆς συνειδήσεως, καὶ μετὰ ἄλλῃων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων, ἐν ἡμέρῃ, ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτά τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὸ Εὐαγγελιστὸν μου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὅρῃς πῶς πάλιν παρέστησε τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ ἐγγὺς ἦγαγε, κατασειῶν αὐτῶν τὴν διάνοιαν, καὶ δεικνύς, ὅτι τούτους δεῖ τιμᾶσθαι μᾶλλον τοὺς χωρὶς νόμου τὰ τοῦ νόμου κατορθοῦν ἰσπουδακτάς; Ὁ δὲ μάλιστα ἐστὶ θαυμάσαι τῆς συνέσεως τῆς ἀποστολικῆς, τοῦτο ἄξιον

<sup>1</sup> εἰ ποτ', ἐξ ἀρτυρώσεως in 17.

<sup>2</sup> ἀπολοῦνται in 17.

<sup>1</sup> Sic Savil. et mss. recte, Morel. male περιουσίας.



est in apostolica illa prudentia, id nunc merito dicitur. Cum enim probatione allata demonstrasset majorem esse Græcum Judæo, in collectione et conclusione rationum hoc non ponit, ut ne Judæum exasperet. Ut autem id, quod dixi, clarius reddam, ipsa verba referam apostolica. Quia enim dixit: *Non enim auditores legis, sed factores legis justificabuntur*; consequens erat ut diceret, *Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt*, hinc meliores sunt illis qui a lege docentur. Verum non hoc dicit, sed in gentium laude consistit, neque interim sermonem per comparationem prosequitur, ut et sic Judæus quod dicitur admittat. Ideo non sic loquutus est, ut dixi; sed quomodo? *Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt; hæc legem non habentes, sibi ipsis sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia*. Sufficit enim pro lege conscientia et cogitatio. Illis ostendit rursum, Deum fecisse hominem ad virtutem eligendam et vitium fugiendum sibi sufficientem. Et ne mireris, si aut bis aut ter aut pluries id probet: admodum enim ipsi hoc caput necessarium erat propter eos qui dicebant: Cur nunc Christus advenit? et ubinam præcis temporibus tanta illa providentia erat? Adversus hos nunc cum carptim pugnasset, ostendit etiam quod præcis temporibus, et antequam lex daretur, hominum natura omnimoda providentia gaudebat. Nam *Quod notum est Dei, manifestum erat in illis*; sciebantque quid bonum, quid malum esset, per quæ de aliis judicabant. Id illis exprobrans dicebat: *In quo judicas alium, teipsum condemnas* (*Matth. 7. 2*). Quantum ad Judæos, cum iis, quæ supra dicta sunt, lex aderat, nec solum ratiocinatio vel conscientia. Cur autem hoc affert, *Accusantibus vel etiam excusantibus*? Si enim legem habent scriptam, et opus exhibent, quid est quod accusare possit ratiocinium? At non de illis tantum dicitur illud, *Accusantibus*, sed etiam de tota natura. Tunc enim adsunt ratiocinia; alia accusant, alia defendunt: atque in illo tribunali non habet opus homo alio accusatore. Deinde timorem augens, non dixit, Peccata hominum, sed, *Occulta hominum*. Postquam enim dixit: *Existimas qui judicis eos qui talia faciunt, et facis ea, quod effugies judicium Dei?* ut ne talem accipias calculum, qualem ipse fers, sed intelligas, sententiam Dei tua longe exactiorem esse, subjunxit, *Occulta hominum*; et adjecit, *Secundum evangelium meum, per Jesum Christum*. Homines enim rerum manifestarum tantum judices sedent. Atqui supra de Patre tantum loquebatur: cum autem illos timore emollivisset, de Christo sermonem induxit; neque hunc simpliciter, sed etiam hic eum Patrem memorasset, sic illum induxit: et prædicationis dignitatem per illos attollit: Hæc enim, inquit, prædicatio hæc prænuntiat, quæ antevergens natura exhibuit.

6. *Judicium futurum quam tremendum. Offensio Dei gravior quam ultio.* — Vidistin' quam prudenter ipsos et evangelio et Christo admoveans alligaverit, et os-

tenderit nostra non esse præsentiam limitibus circumscripta, sed ultra procedere? Id quod etiam supra probavit, dicens, *Theaurizas tibi iram in die iræ*, et hic rursus, *Judicabit Deus occulta hominum*. Unusquisque igitur in suam conscientiam veniens, et peccata recogitans, rationem accurate ab se repetat, ne tunc cum mundo damnemur. Horrendum quippe est iudicium illud, tremendum tribunal, terroris plenæ rationes reddendæ, fluvius ignis manat. *Frater non redimit, redimet homo* (*Psal. 48. 8*)? Recordare eorum quæ in evangelio dicuntur, angelorum circumcursantium, clausi thalami, lampadum non extinctarum, potestatum in fornaces trahentium. Et illud tecum reputa, si nostrum cujuscumque occultum facinus aliquod in medium hodie afferretur in ecclesia tantum, annon mallet interire et terram sibi dehiscere potius, quam tot nequitiae testes habere? Quid ergo tunc patiemur, cum coram orbe toto omnia afferentur in tanto, tam splendido theatro, et notis et ignotis omnia conspicientibus? At vae mihi, undenam territare vos cogor? Ab hominum existimatione, cum a timore Dei oporteret, et ab ejus condemnatione? Quinam, quæso tecrimus, cum vincti, dentibus stridentes, in exteriores tenebras ducemur? Imo quid faciemus, quod omnium terribilissimum est, cum Deo occurreremus? Si quis enim sensum et mentem habeat, certe jam gehennam sustinuerit, cum a facie Dei expulsus erit: quia vero id illi grave non est, ideo ignem comminatus est. Etenim oporteret, non cum punimur, sed cum peccamus, dolere. Audi ergo Paulum dolentem et flentem de peccatis, pro quibus pœnas daturus non erat. *Non enim sum dignus, inquit, vocari apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam* (*1. Cor. 15. 9*). Audi et Davidem, a supplicio quidem exemptum, sed quia se putabat Deum offendisse, ultionem in se evocantem et dicentem: *Sit manus tua super me et domum patris mei* (*2. Reg. 24. 17*). Gravius quippe est offendere Deum, quam puniri. Nunc autem tam misere affecti sumus, ut nisi gehennæ timor adsit, quid boni facere vix eligamus. Quapropter, etsi non alia de causa, ideo gehenna digni fuerimus, quod illam magis quam Christum timeamus. Verum non ita beatus Paulus, sed contrario modo. Quia vero nos aliter affecti sumus, ideo ad gehennam damnamur. At si Christum ut par est amaremus, sciremus utique gehenna gravius esse amatum offendere: quia vero non amamus, supplicii tanti magnitudinem non novimus. Et hæc de re maxime doleo et lugeo. Atqui quid non fecit Deus, ut diligeretur a nobis? quid non molitus est? quid prætermisit? Ipsum nihil nos lædentem contumelia affecimus, imo mille beneficiis ab illo acceptis, vocantem et undique attrahentem aversati sumus; et neque sic ille nos ultus est, verum accurrit ipse, ac fugientes detinuit; at nos excussimus, et ad diabolum transfugimus: neque sic tamen ille destitit, sed sexcentos misit, qui nos advocarent, prophetas, angelos, patriarchas; nos autem non modo legatio-



nem illam non admisimus, sed venientes contumelia affecimus. Neque tamen ille nos respuit; sed instar vehementissimorum amatorum, qui despiciuntur, circueiens apud omnes conquerebatur, apud cælum, terram, Jeremiam, Michæam; non ut oneri esset, sed ut sese purgaret: ac cum prophetis ipse illos adibat, qui sibi adversabantur, rationes reddere paratus, et rogans ut secum rationes inirentur, et surdos ad colloquium alliciens. *Popule mi*, inquit, *quid feci tibi? aut in quo contristavi te? responde mihi* (*Mich. 6. 3*). Post hæc omnia prophetas occidimus, lapidavimus, innumera alia perpetravimus mala. Quid ergo horum causa fecit? Non ultra prophetas, non angelos, non patriarchas, sed ipsum Filium misit. Veniens Filius occisus est: neque tamen ille amorem extinxit, sed magis accendit, et post occisum Filium hortando perseverat, precatur, nihilque non agit, ut ad illum convertamur. Clamat vero Paulus, dicens: *Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo per nos exhortante: reconciliamini Deo* (*2. Cor. 5. 20*).

7. At nihil horum nos reconciliavit. Ille vero neque sic nos dereliquit, sed pergit semper et gehennam comminari, et regnum polliceri, ut nos vel sic attrahat: nos autem quasi stupidi adhuc manemus. Quid hac feritate deterius? Si enim homo talia fecisset, annon in servitutem ejus sæpe versi essemus? Deum autem id facientem aversamur? O ignaviam! o ingratum animum! qui semper in peccatis et sceleribus vivimus; si vero quandoque tantillum boni faciamus, instar ingratorum servorum, accurate illud examinamus et computamus pro mercede accipiendam, si tamen id mercedem mereatur. Atqui major est merces, cum non mercedis causa hoc facis. Nam illa dicere et accurate computare, mercenarii potius est, quam grati famuli. Oportet enim omnia propter Christum facere, non propter mercedem: ideo enim gehennam comminatus est, et regnum promisit, ut a nobis amaretur. Amemus itaque illum ut amare oportet: hoc magna merces est, hoc regnum et voluptas, hoc deliciae et gloria et honor, hoc lux, hoc immensa beatitudo, quam nec oratio declarare, nec mens capere possit. Verum nescio quo pacto in hujusmodi sermonem deductus sim, qui jubeam homines, nec principatum, nec gloriam præsentem despicientes, regnum præsens propter Christum despiciere; etiamsi illi magni et generosi viri ad hanc amoris mensuram pertigerint. Audi igitur quomodo Petrus pro illo ardeat, illumque et animæ et vitæ sæpe et omnibus præferat. Et cum illum abnegasset, non propter supplicium lugebat, sed quia dilectum negaverat: quod omni supplicio

acerbius ipsi erat. Hæcque omnia ante Spiritus gratiam exhibuit: sæpeque instabat, dicens, *Quo vadis?* et antea, *Ad quem ibimus?* ac rursus, *Sequar te quocumque ieris* (*Joan. 13. 36. et 6. 69; Matth. 8. 19*). Omnia enim ipse illis erat, ac neque cælum neque regnum cælorum dilecto præferebant. Tu enim mihi illa omnia es, inquit. Et quid miraris, si Petrus ita affectus erat? Nam audi quid propheta dicat: *Quid enim mihi est in cælo? et a te quid volui super terram* (*Psal. 72. 25*)? Id est, non eorum quæ sursum, nec quæ deorsum sunt aliud volo præter te. Hoc amor est, hoc dilectio: si ita amemus, nec præsentia, nec futura quidquam esse præ amore illo putabimus, et hinc regnum consequemur, in ejus amore lætantes. Et quomodo, inquires, hoc erit? Si cogitemus quomodo illum contumelia affecerimus post innumera collata bona, ipse vero hortando perseveraverit: quoties illum prætereamus, ipse vero nos non negligat, sed accurrat et alliciat atque ad se trahat. Si enim hæc et similia cogitaverimus, hunc succendere amorem poterimus. Nam si qui ita amat esset homo vilis, qui vero ita amatur rex esset; nonne hic amoris magnitudinem revereretur? Certe maxime. Cum vero contra, ineffabilis illa pulchritudo et gloria et divitiæ ejus, qui nos amat, tales sint, nos vero admodum viles, quomodo non mille suppliciiis digni fuerimus, ita viles et abjecti, qui a tanto et tam admirando supra modum amamur, et illius amorem sic repudiamus? Ille nullo nostrorum eget, nec tamen nos amare desinit; nos ejus bonis admodum egemus, ac neque sic ejus amorem retinemus, sed divitias illi præferimus, et hominum amicitias, corporis quietem, potentiam, gloriam; dum ille nihil nobis anteponit? Unum quippe Filium habuit, unigenitum et genuinum, neque illi pepercit in nostri gratiam; nos autem multa illi præferimus. Annon ergo gehennam et supplicium mereamur, etsi illud duplo, triplo, imo sexcenties majus esset? Quid enim dicere possimus, quando tantæ præcepta Christi legibus præferimus, et salutis nostræ non parcamus, dum nequitiae opera ei, qui omnia pro nobis passus est, præferimus? Et qua venia hæc digna fuerint? qua defensione? Nulla. Stemus igitur deinceps, non per præcipitia acti; sed respiscamus, et hæc omnia nobiscum reputantes, gloriam referamus ei per opera; verbis enim tantum non sufficit: ut et gloria ab illo manante fruamur, quam utinam nos consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA VI

CAP. 2. v. 17. *Ecce tu Judæus cognominaris, et requiescis in lege, et gloriaris in Deo, 18. et nosti voluntatem, et probas utilia, instituta ex lege.*

1. Postquam dixerat nihil deesse Græco seu gentili

ad salutem, dummodo legem servet, et admirandam illam comparisonem fecerat: quæ honorabilia apud Judæos erant ponit, ex quibus adversus Græcos efferebantur. Et primo ipsum nomen, quod admodum

ὕπερ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀπολογήσεται, καὶ μετὰ τῶν προφητῶν καὶ αὐτὸς προσήει τοῖς ἀποστρεφόμενοις αὐτὸν, εὐθύνας ἔτοιμος ὢν παρασεῖν, καὶ εἰς τὸν λόγον ἀξίων καθεῖναι, καὶ πρὸς ἅπαντα κεκωφωμένους εἰς τὴν πρὸς αὐτὸν διάλεξιν ἔλκων. *Λαὸς γὰρ μου, φησί, τί ἐποίησά σοι; ἢ τί ἐλύπησά σε; ἀποκρίθητί μοι.* Μετὰ ταῦτα ἅπαντα ἀπεκτείνωμεν τοὺς προφήτας, ἐλιθάσαμεν, μυρία ἕτερα εἰργασάμεθα κακά. Τί οὖν ἀντι τούτων; Οὐκέτι προφήτας, οὐκέτι ἀγγέλους, οὐκέτι πατριάρχας, ἀλλ' αὐτὸν ἐπεμψε τὸν Υἱόν. Ἀηρήθη καὶ ὁ Υἱὸς ἐλθὼν, καὶ οὐδὲ οὕτως ἔβασε τὸν ἔρωτα, ἀλλ' ἀνήψε μειζρόνως, καὶ ἐπιμένει παρακαλῶν καὶ μετὰ τὸ τὸν Υἱὸν ἀναιρεθῆναι τὸν αὐτοῦ, καὶ δεόμενος, καὶ πάντα ποιῶν ὑπὲρ τοῦ πρὸς αὐτὸν ἐπιστρέψαι. Καὶ βοᾷ Παῦλος λέγων· *Υπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν· καταλλάττετε τῷ Θεῷ.*

Ζ'. Ἄλλ' οὐδὲν τούτων ἡμᾶς κατήλλαξεν. Ὁ δὲ αὐτὸς οὕτως ἡμᾶς κατέλιπεν, ἀλλὰ μένει καὶ γένναν ἀπειλῶν, καὶ βασιλείαν ἐπαγγελλόμενος, ἵνα κἄν οὕτως ἡμᾶς ἐφελκῶσται· ἡμεῖς δὲ ἀναλήτως ἐτι διακείμεθα. Τί ταύτης τῆς θηρωδίας χεῖρον γένοιτ' ἂν; Εἰ γὰρ ἀνθρώπος ταῦτα ἐποίησεν, οὐκ ἂν αὐτοῦ πολλάκις ἐγενόμεθα δοῦλοι; τὸν δὲ Θεὸν ποιῶντα ἀποστρεφόμεθα; Ὡς τῆς βραθυμίας! Ὡς τῆς ἀγνομῶσύνης! οἱ διαπαντὸς μὲν ἐν ἀμαρτίαις καὶ πονηρίαις ζῶμεν, ἂν δὲ ποτέ τι καὶ ποιήσωμεν μικρὸν ἀγαθόν, κατὰ τοὺς ἀγνώμονας τῶν οἰκετῶν μετὰ πολλῆς τῆς καπηλείας ἐξετάζομεν, καὶ ἀκριβολογούμεθα περὶ τῆς ἀντιδόσεως, εἰ γε ἔχει μισθὸν τινα τὸ γινόμενον. Καὶ μὴν μείζων ὁ μισθὸς, ἂν μὴ ἐπ' ἐλπίδι μισθῶν ποιῆς· τὸ γὰρ ταῦτα λέγειν καὶ ἀκριβολογεῖσθαι, μισθωτοῦ μᾶλλον ῥήματά ἐστιν, ἢ εὐγνώμονος οἰκέτου. Δεῖ γὰρ πάντα διὰ τὸν Χριστὸν ποιεῖν, οὐ διὰ τὸν μισθόν· καὶ γὰρ καὶ γένναν διὰ τοῦτο ἠπειλήσε, καὶ βασιλείαν ἐπηγγέλατο, ἵνα φιλήται παρ' ἡμῶν. Φιλήσωμεν τοίνυν αὐτὸν, ὡς φιλεῖν χρή· τοῦτο γὰρ ὁ μέγας μισθὸς, τοῦτο βασιλεία [471] καὶ ἡδονή, τοῦτο τρυφή καὶ δόξα καὶ τιμὴ, τοῦτο φῶς, τοῦτο ἢ μυριομακαριότης\*, ἢ οὐ λόγος παραστῆσαι δύναται, οὐ νοῦς καταλαβεῖν. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πῶς εἰς τούτους παρήχθη τὸς λόγους, ἀνθρώποις μὴδὲ ἀρχῆς καὶ δόξης καταφρονοῦσι τῆς παρουσίας διὰ τὸν Χριστὸν βασιλείας κελύων καταφρονεῖν· καίτοι γε οἱ μεγάλοι καὶ γενναῖοι ἄνδρες; ἐκείνοι καὶ εἰς τοῦτο τὸ μέτρον τῆς ἀγάπης ἔφθασαν. Ἄκουσον γοῦν πῶς ὁ Πέτρος περὶ αὐτοῦ περικαίεται, καὶ ψυχῆς καὶ ζωῆς καὶ πάντων αὐτὸν προτιθεῖς· καὶ ἦν ἵκα δὲ αὐτὸν ἠρνήσατο, οὐ διὰ τὴν κόλασιν ἐπέμβει, ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν ποθοῦμενον ἠρνήσατο, ὁ πάσης κολάσεως αὐτῷ πικρότερον ἦν. Καὶ ταῦτα ἅπαντα πρὸ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος ἐπεδεί-

\* Alii ἢ μεγάλη μακαριότης.

[510] θ'. Μὴ τοίνυν ἐπιπλήξῃς καὶ σὺ, μηδὲ παύσασθαι μετ' ἐκεῖνου· ἕως μὲν γὰρ ἂν ἱστηκας, ἐκείνον διασῶσαι· ἂν δὲ παύσῃς καταβρέξῃς ἀνθυβρίσαι, τίς ὑμᾶς ἀναστήσει λοιπὸν; ἐκείνους θείεις; Ἀλλ' οὐ δυνήσεται κείμενος. Ἀλλὰ σὺ ἐπιμοι μετ' ἐκεῖνου; Καὶ πῶς, οὐκ ἀρκέσας σεαυτῷ χεῖρην, ἰσχύσεις ἐτέρῳ; Στῆθι τοίνυν γενναίως, ἀσπίδα προβαλλόμενος, καὶ νεκρὸν ὄντα ἔλασσε τῆς μάχης τὸν σὸν ἀδελφὸν διὰ τῆς μακροθυμίας; σὲ αὐτὸν ὁ θυμὸς; Μὴ τρώσης καὶ σὺ, ἀλλὰ πρότερον ἐκβαλε βέλος. Ἄν γὰρ οὕτως ἀλλήλους μὲν, ταχέως πάντας ὑγιεῖς ἐσόμεθα· ἂν δὲ κατ' ὀπλιζόμεθα, οὐδὲ τοῦ διαδόλου χρεῖα λοιπὸν ἐπιμετέραν ἀπόλειαν. Ἄπας μὲν γὰρ ὁ πόλεμος, μάλιστα δὲ ὁ ἐμφύλιος. Οὗτος δὲ καὶ τοῦ ἐμφυλίου πώτερος, ὅσον μείζονα τῆς πολιτείας ἡμῖν τὰ διὰ τα, μᾶλλον δὲ καὶ τῆς συγγενείας αὐτῆς. Διὰ ποτε τὸν Ἄβελ ὁ ἀδελφός, καὶ αἷμα ἐξέχει συγγενῶν; οὗτος ἐκεῖνον παρανομώτερος ὁ φόνος, ὅσην τῆς ἀγχιστείας μείζω, καὶ τὰ τοῦ θανάτου χρεῖα. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ τὸ σῶμα ἔτρωσε, σὺ δὲ τὴν ψυχῆς τὸ ξίφος ἠκόνησας. Ἀλλ' ἔπαθεσ πρώτος Ἄβελ οὐ τὸ παθεῖν, ἀλλὰ τὸ ποιῆσαι κακῶς, καὶ τὸ παθεῖν κακῶς. Σκόπει δὲ· Ἐσφαξεν ὁ Κάϊν, ἐστὶν Ἄβελ· τίς οὖν ἦν ὁ νεκρός; Ὁ μετὰ τὸν θάνατον Φωνῆ γὰρ, φησὶ, *τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ ἀδελφοῦ βοᾷ πρὸς με*· ἢ ὁ ἐν τῷ ζῆν τρέμων καὶ τὸν Οὗτος γὰρ, οὗτος νεκροῦ πάντος ἐλεεινότερος; ἢ πῶς βέλτιον τὸ ἀδικεῖσθαι, καὶ μὴ χεῖρον τὸ ἀδικεῖν, καὶ μὴ μέχρις αἵματος ἰσχύση. Ἐπληξέ καὶ κατέβαλε τὸν ἀδελφὸν ἐπειδὴ ὁ μὲν ἐστεφανοῦτο, ὁ δὲ ἐκολάζετο· ἀνηρέθη καὶ παρὰ τὸ δίκαιον ὁ Ἄβελ, ἀλλ' ὁ μὲν τελευτῶν καὶ ἀνήρει καὶ ἐχειροῦτο· ὁ δὲ καὶ ζῶν ἐσφάξεν καὶ ἠλίσκετο, καὶ τὸνναντίον οὐπερ ἦθ ἐσκαύετο. Ἀνήρει γὰρ, ἐπειδὴ ἀγαπώμενον εἶδεν δοκῶν καὶ τῆς ἀγάπης ἐκβάλλειν αὐτόν· ἐπέτει φ' ἵπτερον μείζονως, καὶ ἀποθανόντα μᾶλλον ὁ θεὸς ἐπέζητει, *Ποῦ ἐστὶν Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου*; Οὐ γὰρ ἐσθεσας τὸν πόθον τῷ φθόνῳ, ἀλλ' ἀνήψων· οὐκ ἠλάττωσας τὴν τιμὴν τῆς σφαγῆς, ἀλλ' ἔλαττωσας. Πρὸ τούτου μὲν γὰρ σοι καὶ ὑπέταξαι ὁ θεός· ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν ἀνείλες, καὶ τετελευτή τιμωρήσεται· τοσοῦτον ἔμοι παρ' αὐτοῦ τὸ φιλεῖν οὖν ἦν ὁ καταδικασθεῖς; ὁ κολάζων, ἢ ὁ κολαζόμενος; ὁ τοσαύτης ἀπολαύων παρὰ τῷ θεῷ τιμῆς, ἢ ὁ τιμῆς καὶ παραδόξῳ διδόμενος τιμωρῆς; Οὐκ ἐφ' αὐτὸν ζῶντα, φησίν· οὐκοῦν φοβήθητι τελευτῆ μετὰ τὸ ἐκχεῖν τὸ αἷμα διηνεκεῖ· ζῶν σοι δοῦναι καὶ οὐκ ἠνείχου· διὰ τοῦτο τελευτήσας, δεσπότη

\* Mss. καὶ ἤρει, καὶ ἐχειροῦτο [A. omittit hanc, καὶ ἰ

vicem custodimus, et alii ab aliis cavemus, ad aurem proximo loquimur, et alio superveniente tacemus, ac de medio omnia tollimus et supprimimus : quod non fidentium, sed admodum caventium est. Verum hoc facimus, inquires, non ut injuriam inferamus, sed ut ne patiamur. Ideo lugeo, quod cum inter fratres vivamus, custodia opus habeamus, ne lædamur, et tot ignes accendamus, ac custodias speculasque ponamus. In causa autem est mendacium frequens, dolus, caritas de medio sublata, inexpiabile bellum. Ideo multos inveneris, gentilibus magis fidentes, quam Christianis. Atqui hæc quanto pudore digna, quantis lacrymis, quantis ejulatibus? Et quid faciam, inquires? moribus asper ille talis est et improbus. Et quorsum abiit philosophia tua? quorsum apostolicæ leges, quæ jubent alterum alterius onera portare? Nam si fratre uti nescis, quo pacto bene uti poteris alieno? si membrum tuum contrectare nescis, quomodo extraneum attrahere tibi que conjungere valeas? Sed quid faciam? Ex amaritudine ad lacrymas fundendas mire propensus sum, fontes ex oculis emitto, secundum prophetam illum, bella innumera hoc in campo videns externis bellis graviora. Ille namque barbaros irruentes videns, dicebat: *Ventre meo doleo* (*Jer. 4. 19*): ego vero sub uno Imperatore instructos videns, deinde contra se mutuo stantes, mordentes, discerpentes alios aliorum membra, alios pecuniarum, alios gloriæ causa, alios sine causa ac temere irridentes ac subsannantes, et mille vulnera sibi mutuo infligentes, mortuos is, qui in bello, gravius cæsos, fratrumque nomen nudum et vacuum relictum, lamentum nullum reperio hac tragœdia dignum. Revereamini igitur, revereamini hanc mensam, cujus participes sumus omnes, Christum pro nobis occisum, sacrificium huic mensæ impositum. Prædones unius salis participes, non ultra prædones sunt erga eos, quibuscum communicant, sed mensa mores mutat, et feris ipsis effratorum, ovibus mansuetiorum reddit. Nos vero qui talis mensæ, talis cibi participes sumus, alii adversus alios arma sumimus, cum oporteret contra diabolum nos omnes oppugnantem armis instrui. Ideoque nos infirmiores, ille fortior quotidie evadit. Non enim mutuo omnes contra illum armamur, sed cum illo contra fratres stamus, et illo duce in tali acie utimur, cum oporteret illum solum oppugnare. Nunc autem illo relicto, contra fratres tela vertimus. Quæ tela, inquires? Quæ ab ore et lingua proficiunt. Non enim sagittæ et tela tantum, sed etiam verba acerbiora quam sagittæ vulnera infligunt. Et quomodo, inquires, poterimus hoc bellum solvere? Si cogitaveris te, cum contra fratrem loqueris, lutum ex ore effundere; si cogitaveris, quod membrum Christi calumniaris, quod carnes tuas comedis, quod tibi tribunal illud horrendum et incorruptum acerbius reddis; quod telum non eum qui ictus est, sed te qui emisisti occidat. Verum me injuria et malo affectit? Ingemisce, nec male loquaris; lacrymare, non ob injuriam acceptam, sed ob illius perniciem,

ut Dominus tuus Judam lacrymatus est, non quod ipse crucifigeretur, sed quod ille proderet. Injuria et contumelia te affectit? Deum precare, ut illi cito propitius fiat. Frater est tuus, eodem partu natus, membrum tuum, ad eandem vocatus est mensam. Sed magis, inquires, mihi insultat. Igitur major et amplior erit merces. Hac de causa maxime iram depone par est, quia lethalem ille plagam accepit, quia vulneravit illum diabolus.

9. Ne igitur, tu quoque ferias, neque te cum illo dejicias. Donec enim stas, potes et illum servare: si vero te dirumpas ut contumeliam contumelia ulciscaris, quis vos deinceps eriget? illene vulneratus? At non poterit jacens. An tu, qui cum illo cecidisti? Et quomodo qui tibi non potuisti manum porrigere, alteri poteris? Sta igitur generose, clypeum opponens, et mortuum fratrem per patientiam ex pugna extrahe. Ira confodit illum? Ne tu quoque confodias, sed prius telum avelle. Si namque sic mutuo versemur, cito sani omnes erimus; si vero alter contra alterum armetur, non jam diabolo opus erit ad perniciem nostram. Omne quippe bellum perniciosum est, sed maxime intestinum. At hoc bellum intestino deterius est, quanto majora sunt hujus nostræ vitæ rationis, imo etiam cognationis jura. Occidit olim Abelem frater, et cognatum effudit sanguinem: at hæc cædes illa est iniquior, quanto et major est affinitas, et mortis gravior ratio. Ille namque corpus confodit; tu vero contra animam gladium acquisti. Sed tu prior male passus es? Verum non pati, sed facere, male pati est. Attende autem: jugulavit Cain, jugulatus est Abel: uter ergo mortuus erat? Qui post mortem clamabat: nam *Vox sanguinis Abel fratris tui clamat ad me* (*Gen. 4. 10*), inquit; an is qui vivus tremebat timebatque? Hic enim, hic quovis mortuo miserabilior erat. Viden' quod melius sit injuria affici, etiam ad cædem usque? Disce quomodo pejus sit injuria afficere, etiamsi usque ad sanguinem quis prævaleat. Percussit et prostravit fratrem suum ille; sed ille quidem coronabatur, hic contra puniebatur; præter jus occisus et jugulatus est Abel; sed ille moriens accusabat, occidebat, et comprehendebat; ille vivens tacebat, pudore afficiebatur, comprehendebatur: et contra quam volebat res cecidit. Interficiebat enim, quia illum dilectum videbat, exspectans illum a dilectione depellere: auxit magis dilectionem, et morientem Deus magis requirebat, cum diceret: *Ubi est Abel frater tuus* (*Ibid. v. 9*)? Non enim amorem per invidiam exstinxisti, sed potius incendisti: non ex cæde honorem minuisti, sed auxisti. Antea enim illum tibi subdiderat Deus; postquam vero illum occidisti, etiam mortuus ille te ulciscetur: tanta est mea erga illum dilectio. Uter ergo damnatus est, qui punivit, an qui punitus est? qui tantum a Deo honorem assequutus est, an qui novo cuidam et inexpectato supplicio traditus est? Illum, inquit, vivum non timuisti; ergo time mortuum: non inhorruisti gladium impacturus; tremore perpetuo corriperis, postquam sanguinem effudisti: vivens servus

tus erat; jam tremendus tibi dominus effectus est. Hæc ergo cogitantes, dilecti, fugiamus invidiam, extinguamus malitiam, caritatem mutuo retribuentes, ut bona illius decerpamus, et in præsentem et in fu-

tura vita, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA IX.

CAP. 4. v. 23. *Non scriptum est autem propter illum tantum, quia reputatum est illi ad justitiam; 24. sed etiam propter nos, quibus reputabitur, credentibus in eum, qui suscitavit Jesum Dominum nostrum a mortuis.*

1. Postquam multa magnaque de Abrahamo dixerat, necnon de fide ejus, de justitia deque honore quem a Deo acceperat; ne auditor diceret, Et quid hoc ad nos? ille namque est qui justificatus est: nos ille prope patriarcham collocat. Tanta est spiritualium verborum vis. Nam eum qui ex gentibus, qui recens haberet, qui nihil fecerat, non modo nihil minus habere dixit, quam Judæus fidelis, sed nec quam patriarcha: imo vero, si quid admirabile sit dicendum, etiam multo magis. Tanta est enim nostra nobilitas, ut illius fides nostræ fidei sit typus. Nec dixit, Si autem illi reputatum est, verisimile est ut etiam nobis, ne id in syllogismum verteret; sed ex auctoritate divinarum legum loquitur, efficitque ut id totum Scripturæ sententia sit. Cur enim scriptum est, inquit, nisi ut discamus, quod nos quoque sic justificati simus? eidem quippe Deo credidimus pro iisdem rebus, etsi non in iisdem personis. Cum autem fidem nostram dicit, Dei quoque ineffabilem benignitatem dicit, quam semper circumversat, crucem in medium afferens: quod et nunc declaravit his verbis. 25. *Qui traditus est propter peccata nostra, et resurrexit propter justificationem nostram.*

*Resurrectio Christi probatur.* — Vide quomodo, postquam causam mortis dixit, eandem resurrectionis causam afferat. Cur, inquit, crucifixus est? Non ob proprium peccatum, ut liquet ex resurrectione. Si enim peccator erat, quomodo resurrexit? si resurrexit, palam est non peccatore fuisse: si peccator non fuit, cur crucifixus est? Pro aliis. Si pro aliis, omnino resurrexit. Ne diceret enim, Quomodo tot peccatis obnoxii, possumus justificari? ostendit eum, qui peccata omnia delevit; ut et ex fide Abrahæ, per quam ille justificatus est, et ex fide salutaris passionis, per quam a peccatis liberati sumus, sermonem confirmaret. Postquam autem ejus mortem dixerat, de resurrectione loquitur. Non enim ideo mortuus est, ut supplicio obnoxios haberet, et damnatos, sed ut beneficeret: ideo enim mortuus est et resurrexit, ut justos efficeret. (Cap. 5.) 1. *Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum. Quid sibi vult illud, Pacem habeamus? Quidam ita explicant: Ne seditones moveamus, contententes ut legem introducamus. Mihi autem videtur de vivendi ratione nobiscum hic disseri. Quia enim ubi plura de fide disseruerat et de justitia per opera, hanc adjecit; ne quis putaret hæc dicta igna-*

væ occasionem fore, ait: *Pacem habeamus*; id est, Ne ultra peccemus, nec ad priora revertamur: hoc enim est, bellum habere contra Deum. Et quomodo inquires, fieri potest, ut ne ultra peccemus? Quomodo illud prius fieri potuit? Si enim tot peccatis obnoxii, ab omnibus per Christum liberati sumus; multo magis illius ope fiet, ut in hoc statu maneamus. Non par enim res est pacem, quæ non erat, accipere, et datam servare; quia acquisitio facilius est, quam conservatio: attamen quod difficilius erat, facile fuit et in opus exiit. Ergo id, quod facilius est, nullo negotio perficiemus, si hæreamus ei, qui illa nobis perfecit. Hic vero non facilitatem tantum mihi indicare videtur, sed etiam id, quod rationabile sit. Si enim nos debellatos reconciliavit, in reconciliatione persistere par est, et hanc illi vicem rependere, ut ne videatur ille pravos et ingratos cum Patre reconciliasse. 2. *Per ipsum enim, inquit, habuimus accessum ad fidem.* Si ergo procul positus accessum præbuit, multo magis prope stantes retinebit.

2. Tu vero mihi consideres velle, quomodo ubique duo illa ponit, et quæ ab ipso, et quæ a nobis sunt. Sed quæ ab ipso, sunt varia et diversa: nam mortuus propter nos, reconciliavit nos, adduxit, gratiam dedit ineffabilem; nos vero fidem solam attulimus: ideo ait: *In fide in hanc gratiam, in qua stamus.* Quam, quæso, gratiam? Qua dignamur Dei cognitione, qua ab errore liberamur, qua veritatem cognoscimus, qua omnia per baptismum bona consequimur: ad hoc enim nobis accessum præbuit ut hæc accipiamus dona. Neque enim fecit tantum, ut peccatorum remissionem obtineremus, sed et ut innumeras consequeremur dignitates. Neque hic stetit, sed etiam alia promisit, ineffabilia illa mentem et rationem superantia bona. Ideo utraque posuit. Cum enim dicit, *Gratiam*, præsentia significavit, quæ accepimus; cum autem dicit: *Et gloriamur in spe gloriæ Dei*, futura revelavit omnia. Ac bene dixit, *In qua stamus.* Talis quippe est gratia Dei; finem non habet, non novit terminum, sed ad majora semper procedit: quod apud homines non est. Exempli causa: accepit quis principatum et gloriam et potentiam, sed non in hac perpetuo stetit, verum cito ab illa exiit; atque etiamsi nemo auferat, mors superveniens omnino tollet. Quæ vero Dei sunt, non talia: non enim homo, non tempus, non rerum conditio, non ipse diabolus, non mors adveniens, ab iis nos depellere poterit; sed quando morimur, tunc illa firmiter tenemus, et in progressu semper pluribus fruimur. Quapropter, si non credis futuris, a præsentibus, et ab iis quæ jam accepisti, crede illis. Ideo enim ait: *Et gloriamur in spe gloriæ Dei*

φοβερός. Ταῦτ' οὖν ἐνοουῦντες, ἀγαπητοί, φύγω-  
[1] φθόνον, σβέσωμεν κακίαν, ἀγάπην ἀντιδιδόντες  
ς, ἵνα τὰ ἐκ ταύτης καρπωσώμεθα ἀγαθὰ, καὶ κατὰ

τὸν παρόντα βίον, καὶ κατὰ τὴν μέλλουσαν ζωὴν, χάριτι  
καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ  
δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

## ΟΜΙΛΙΑ Θ'.

*ῥάση δὲ δι' αὐτὸν μόνον, δεῖ ἐλογίσθη αὐτῷ  
δικαιοσύνην· ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει  
ᾄσθαι, τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγγεγραμμέ-  
νῳ τὸν Κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν.*

ἰλλὰ καὶ μεγάλα περὶ τοῦ Ἀβραάμ εἰπῶν, καὶ περὶ  
τεως αὐτοῦ καὶ τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς παρὰ  
ὑ τμησ, ἵνα μὴ λέγη ὁ ἀκροατῆς, Καὶ τί πρὸς  
ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ δικαιωθείς· Ἰσθησιν ἡμᾶς  
οῦ πατριάρχου πάλιν. Τοσαύτη τῶν πνευματικῶν  
δύναμις. Τὸν γὰρ ἐξ ἐθνῶν, τὸν ἄρτι προσελθόν-  
οῦδὲν ἐργασάμενον, οὐ μόνον τοῦ Ἰουδαίου τοῦ  
οῦδὲν ἐφησεν ἑλαττον ἔχειν, ἀλλ' οὔδὲ τοῦ πα-  
ου· μᾶλλον δὲ, εἰ χρῆ τι θαυμαστὸν εἰπεῖν, καὶ  
πλέον. Τοσαύτη γὰρ ἡμῶν ἡ εὐγένεια, ὡς τὴν  
πίστιν τῆς ἡμετέρας τύπον εἶναι. Καὶ οὐκ εἶπεν,  
αἶνω ἐλογίσθη, εἰκὸς δεῖ καὶ ἡμῖν, ἵνα μὴ ποιήσῃ  
λλογισμὸν· ἐξ ἀσθεντίας δὲ τῶν θείων φθέγγεται  
καὶ τῆς Γραφῆς ἀπόφρασιν αὐτὸ ὅλον ποιεῖ. Διὰ  
ἐγράφη, φησὶν, ἀλλ' ἢ ἵνα ἂ μάθωμεν, δεῖ καὶ  
ἕτω δικαιώμεθα; τῷ γὰρ αὐτῷ Θεῷ πεπιστεύκα-  
ἐρ τῶν αὐτῶν πραγμάτων, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ τῶν  
προσώπων. Εἰπὼν δὲ τὴν πίστιν ἡμῶν, λέγει καὶ  
ἰ Θεοῦ φιλανθρωπίαν τὴν ἀφατον, ἣν ἀεὶ περιστρέ-  
ν σταυρὸν εἰς μέσον φέρων· ὃ καὶ νῦν ἐδήλωσεν  
"Ὁς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν,  
ἵσθη διὰ τὴν δικαιοσύνην ἡμῶν.

πῶς τὴν αἰτίαν εἰπὼν τοῦ θανάτου, τὴν αὐτὴν  
δειξὶν ἀναστάσεως ποιεῖται. Διὰ τί γὰρ ἐσταυ-  
ρησίν; Οὐ δι' οἰκειαν ἀμαρτίαν· καὶ δῆλον ἐκ τῆς  
σεως. Εἰ γὰρ ἦν ἀμαρτωλὸς, πῶς ἀνέστη; εἰ δὲ  
εἰς δὴλον δεῖ ἀμαρτωλὸς οὐκ ἦν· εἰ δὲ ἀμαρτω-  
ε ἦν, πῶς ἐσταυρώθη; Δι' ἐτέρους. Εἰ δὲ δι' ἐτέ-  
άντως ἀνέστη. Ἴνα γὰρ μὴ λέγῃς, Πῶς τοσοῦτοις  
ἡμασιν ὄντες ὑπεύθυνοι δυνάμεθα δικαιωθῆναι;  
τὸν πάντα ἀπαλείψαντα τὰ ἀμαρτήματα, ἵνα καὶ  
πίστεως τοῦ Ἀβραάμ, δι' ἧς ἐδικαιώθη, καὶ ἐκ  
ἰ πάθους τοῦ σωτηρίου, δι' οὗ τῶν ἀμαρτημάτων  
ιγημεν, βεβαιώσῃ τὸν λόγον. Εἰπὼν δὲ αὐτοῦ τὸν  
ν, λέγει καὶ τὴν [512] ἀνάστασιν. Οὐ γὰρ διὰ  
πέθανεν, ἵνα ὑπευθύνους ἐξη κολάσει, καὶ κατα-  
ἀλλ' ἵνα εὐεργετήσῃ· ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ ἀπέθανε  
ἵστη, ἵνα δικαίους ἐργάσῃται. *Δικαιοθέτες οὖν  
τεως, εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς τὸν Θεόν διὰ τοῦ  
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τί ἐστιν, Εἰρήνην  
ρ;* Τινὲς μὲν φασίν, δεῖ Μὴ δὴ στασιάζωμεν φι-  
ῶντες τὸν νόμον εισαγαγεῖν· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ περὶ  
ίας ἡμῖν λοιπὸν διαλέγεσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὰ  
πίστεως διαλεχθεὶς καὶ τῆς διὰ τῶν ἔργων δικαιο-  
αυτὴν προῦθηκεν· ἵνα μὴ τις νομίσῃ βραθυμίας  
ν εἶναι τὰ λεγόμενα, φησὶν· *Εἰρήνην ἔχωμεν·  
εὐ· Μὴκέτι ἀμαρτανώμεν, μηδὲ πρὸς τὰ πρότερα  
θε· οὗτο γὰρ ἐστὶ πόλεμον ἔχειν πρὸς τὸν*

θεόν. Καὶ πῶς δυνατόν, φησὶ, τὸ μηκέτι ἀμαρτανεῖν;  
Πῶς τὸ πρότερον ἐγένετο δυνατόν; Εἰ γὰρ τοσοῦτων  
ἔντες ὑπεύθυνοι, πάντων ἀπηλλάγημεν διὰ τοῦ Χριστοῦ,  
πολλῷ μᾶλλον ἐν οἷς ἐσμεν μέναι δι' αὐτοῦ δυνησόμεθα.  
Οὐ γὰρ ἐστὶν ἴσον μὴ οὔσαν εἰρήνην λαβεῖν, καὶ δοθεῖ-  
σαν κατασχεῖν, ἐπειδὴ περ ἡ κτήσις τῆς φυλακῆς χαλε-  
πώτερον· ἀλλ' ὁμως γέγονε τὸ χαλεπώτερον εὐκολον,  
καὶ εἰς ἔργον ἐξέβη. Οὐκοῦν ἔσται καὶ τὸ εὐκολώτερον  
ἡμῖν εὐκατόρθωτον, ἂν ἔχῳμεθα τοῦ καὶ ἐκεῖνα ἡμῖν  
ἡνυκτός. Ἐνταῦθα δὲ οὐ τὸ εὐκολον αἰνίττεσθαι μοι  
δοκεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐλογον. Εἰ γὰρ αὐτὸς ἡμᾶς  
κατήλλαξεν ἐκπεπολεμημένους, εὐλογον μένειν ἐπὶ τῆς  
καταλλαγῆς, καὶ ταύτην ἀποδοῦναι αὐτῷ τὴν ἀμοιβήν,  
ἵνα μὴ δόξῃ σκαιούς καὶ ἀγνώμονας κατηλλαχέναι τῷ  
Πατρὶ. Δι' αὐτοῦ γὰρ, φησὶ, καὶ τὴν προσαγωγὴν  
ἐσχῆκαμεν ἐπὶ πίστει. Εἰ τοίνυν μακρὰν ὄντας προσ-  
ῆγαγε, πολλῷ μᾶλλον ἐγγὺς γενομένους καθέξει.

β'. Σὺ δὲ μοι σκόπει πῶς πανταχοῦ τὰ δύο τίθησι, καὶ  
τὰ παρ' αὐτοῦ καὶ τὰ παρ' ἡμῶν. Ἀλλὰ τὰ μὲν αὐτοῦ  
ποικίλα καὶ πολλὰ καὶ διάφορα· καὶ γὰρ ἀπέθανε δι'  
ἡμᾶς, καὶ κατήλλαξεν ἡμᾶς, καὶ προσήγαγε, καὶ χάριν  
ἔδωκεν ἀφατον· ἡμεῖς δὲ τὴν πίστιν εἰσηνέγκαμεν μόν-  
ον· διὸ φησὶν, *Ἐν ἐπὶ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην,  
ἐν ἣ ἐστήκαμεν.* Ποίαν, εἰπέ μοι, χάριν; Τὸ καταξιο-  
θῆναι τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως, τὸ τῆς πλάνης ἀπαλλαγῆ-  
ναι, τὸ τὴν ἀλήθειαν ἐπιγνώσκειν, τὸ πάντων ἐπιτυχεῖν  
τῶν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀγαθῶν· εἰς τοῦτο γὰρ ἡμᾶς  
προσήγαγεν, ἵνα ταῦτα λάθωμεν τὰ δῶρα· οὐδὲ γὰρ  
ἀπλῶς ἵνα ἀμαρτημάτων ἀφεσις γένηται καὶ ἀπαλλαγὴ  
μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ μυρίων ἀπολαύσωμεν ἀξιώματων.  
Καὶ οὐδὲ ἐν τοῦτοις ἔσθη, ἀλλὰ καὶ ἕτερα ἐπιγγεῖλατο,  
τὰ ἀπόβρητα ἐκεῖνα καὶ νοῦν καὶ λόγον ὑπερβαίνοντα  
ἀγαθὰ. Διόπερ ἀμφοτέρω τῆσιν· τῷ μὲν γὰρ εἰπεῖν,  
*τὴν χάριν*, τὰ παρόντα ἐδήλωσεν ἄπερ ἐλάδομεν· τῷ  
δὲ εἰπεῖν, *Καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ  
Θεοῦ*, τὰ μέλλοντα ἐξεκάλυψεν ἅπαντα. Καὶ καλῶς εἶ-  
πεν, *Ἐν ἣ ἐστήκαμεν.* Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις·  
οὐκ ἔχει τέλος, οὐκ οἶδε πέρασ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μείζονα  
ἀεὶ πρόεισιν· ὅπερ ἐπ' ἀνθρώπων οὐκ ἐνι. Οἷόν τι λέγω·  
Ἐλαδὲ τις ἀρχὴν καὶ δόξαν καὶ δυναστείαν, ἀλλ' οὐχ  
ἔσθηκεν ἐπὶ [513] ταύτης διήνεκῶς, ἀλλὰ ταχέως αὐτῆς  
ἐκπίπτει, κἂν μὴ ἄνθρωπος ἀφέληται, θάνατος ἐπελθὼν  
ἀφαιρήσεται πάντως. Τὰ δὲ τοῦ Θεοῦ οὐ τοιαῦτα· οὔτε  
γὰρ ἄνθρωπος, οὐ χρόνος, οὐ περίσταςις πραγμάτων,  
οὐκ αὐτὸς ὁ διάβολος, οὐχ ὁ θάνατος ἐπελθὼν ἐκβαλεῖν  
αὐτῶν ἡμᾶς δυνησεται· ἀλλ' ὅταν ἀποθάνωμεν, τότε  
ἀκριδέστερον αὐτὰ κατέχομεν, καὶ πλείονων ἀεὶ προῦν-  
τες ἀπολαύομεν. Ὄστε εἰ διαπιστεῖς τοῖς μέλλουσιν, ἀπὸ  
τῶν παρόντων καὶ ὧν ἔλαβες ἤδη, καὶ ἐκεῖνοις πιστεύου.  
Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπε, *Καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς  
δόξης τοῦ Θεοῦ*, ἵνα μάθῃς οἶαν ψυχὴν τὸν πιστὸν ἔχειν  
δεῖ. Οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ τῶν δεδομένων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ  
τῶν μελλόντων ὡς δεδομένων κεκληρονομεῖσθαι χρῆται

ἵνα, minus recte.

καρτέων ἡγῶν τῶν ἁγίων παραστῆσαν. Ἐπεὶ οὖν  
καὶ ἡ τῶν μελλόντων ἐπιπέδω βεβαία καὶ σφραγὶς ὡς  
ἡ τῶν ἀποβῆσαντων, καὶ ἐπὶ ἐκείνῃ, φησὶ, ἡμεῖς περι-  
βύθη· καὶ τὸν ἀπὸ ἡμῶν πῦρ ἐκάλει· εἰ γὰρ εἰς τὴν  
τοῦ Θεοῦ ἐπιπέδω ἡμῶν, πάντως ἐκθίβεται, εἰ καὶ μὴ  
εἰ φησὶ, ὅτι εἰ ἀπὸ. Καὶ εἰ ἀπὸ, φησὶ, ὅτι τὰ  
μελλόντα τῶν ἁγίων ἀπὸ κινήσεως; Ἄρα μὲν οὖν τὰ  
παρόντα καὶ ἐπιπέδω ἡμῶν καὶ ἀποβῆσαντων, καὶ τῶν ἐπὶ  
ἐκείνῃ ἐπιπέδω ἡμῶν· οὐ καὶ ἐκείνῃ· ὅτι μὲν οὖν εἰ,  
ἀλλὰ καὶ ἀποβῆσαντων ἐν ταῖς θλίψεσιν. Ἐπιπέδω οὖν  
τοῦ ἁγίου τὰ μελλόντα, ὅσοι καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων οὖν  
ἐπιπέδω ἡμῶν φησὶ. Ἐπιπέδω ἡ τῶν ἁγίων ἁγία,  
καὶ ὅσοις οὖν ἐπὶ τῶν ἁγίων.

Ἐπεὶ μὲν γὰρ τῶν ἁγίων παραστῆσαν εἰ μὲν ἀπὸ τῶν  
πολλῶν ἔργων καὶ ἁγιότητος καὶ ἀεικαυχίας, εἰ δὲ πλείονα  
καὶ τὰ ἐπιπέδω τῶν ἁγίων περιβύθη· ἐπιπέδω δὲ οὐκ  
ἔστιν, ἀλλὰ τῶν ἐπιπέδω τὰ παλαιότερα οὐκ ἔστιν ἡμῶν  
ἔργων. Ἐπιπέδω γὰρ οὐκ ἔστι μὲν εἰς ταπεινότητα, ἡ  
τὰ φησὶ ἐπὶ ἐπιπέδω, καὶ τὰ μὲν ἁγία ἐν χερσίν, τὰ δὲ  
ἁγία ἐπὶ ἐπιπέδω, τῶν δὲ τῶν ἀποβῆσαντων ἐπι-  
πέδω, καὶ πρὸ τῶν τῶν ἁγίων ἁγία, ὅσοις οὖν τὰ  
ἐπιπέδω, ἐπιπέδω ἁγία καὶ ἐπὶ τῶν θλίψεσιν καὶ περιβῆσαν.  
καὶ οὐκ εἶπε, ἀλλὰ περιβῆσαν ἁγία, ἀλλὰ, περιβῆσαν,  
φησὶ, ἡμῶν, ἐπὶ τῶν ἁγίων περιβῆσαν κατὰ τὸν εἰ-  
πέδω. Ἐπεὶ ἐπιπέδω ἁγία ἔστιν εἶναι καὶ περιβῆσαν τὸ  
εἰρημένον, εἰ τῶν ἁγίων παλαιότερα, καὶ ἐπὶ αὐτοῖς καὶ ἐν  
βασίλει ἁγία, καὶ ἁγία ἁγία καὶ οὐκ ἁγία περιβῆσαν  
ἁγία, οὐκ εἶπε, ἀλλὰ περιβῆσαν ἁγία, ἀλλὰ, περιβῆσαν,  
φησὶ, ἡμῶν, ἐπὶ τῶν ἁγίων περιβῆσαν κατὰ τὸν εἰ-  
πέδω. Ἐπεὶ ἐπιπέδω ἁγία ἔστιν εἶναι καὶ περιβῆσαν τὸ  
εἰρημένον, εἰ τῶν ἁγίων παλαιότερα, καὶ ἐπὶ αὐτοῖς καὶ ἐν  
βασίλει ἁγία, καὶ ἁγία ἁγία καὶ οὐκ ἁγία περιβῆσαν  
ἁγία, οὐκ εἶπε, ἀλλὰ περιβῆσαν ἁγία, ἀλλὰ, περιβῆσαν,  
φησὶ, ἡμῶν, ἐπὶ τῶν ἁγίων περιβῆσαν κατὰ τὸν εἰ-  
πέδω. Ἐπεὶ ἐπιπέδω ἁγία ἔστιν εἶναι καὶ περιβῆσαν τὸ  
εἰρημένον, εἰ τῶν ἁγίων παλαιότερα, καὶ ἐπὶ αὐτοῖς καὶ ἐν  
βασίλει ἁγία, καὶ ἁγία ἁγία καὶ οὐκ ἁγία περιβῆσαν  
ἁγία, οὐκ εἶπε, ἀλλὰ περιβῆσαν ἁγία, ἀλλὰ, περιβῆσαν,  
φησὶ, ἡμῶν, ἐπὶ τῶν ἁγίων περιβῆσαν κατὰ τὸν εἰ-  
πέδω. Ἐπεὶ ἐπιπέδω ἁγία ἔστιν εἶναι καὶ περιβῆσαν τὸ  
εἰρημένον, εἰ τῶν ἁγίων παλαιότερα, καὶ ἐπὶ αὐτοῖς καὶ ἐν  
βασίλει ἁγία, καὶ ἁγία ἁγία καὶ οὐκ ἁγία περιβῆσαν  
ἁγία, οὐκ εἶπε, ἀλλὰ περιβῆσαν ἁγία, ἀλλὰ, περιβῆσαν,  
φησὶ, ἡμῶν, ἐπὶ τῶν ἁγίων περιβῆσαν κατὰ τὸν εἰ-  
πέδω.

γ'. Οὐδεὶς γοῦν τῶν ὀρθῶς βεβαιωμένων ἀπιστεῖ περὶ τῶν  
μελλόντων, ὡς περὶ οὖν τῶν ἡμελημένων πολλοὶ πονηρῶν  
πειζόμενοι συνεῖδῃσι, οὐδὲ κρίσιν οὐδὲ ἀντίδοσιν εἶναι  
βυβλόνται. Τί οὖν; ἐν ἐπιπέδω ἡμῶν τὰ ἀγαθὰ; Ἐν ἐπι-  
πέδω μὲν, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπίναις, αἱ διαπίπτουσι καὶ κα-  
ταεισχύουσι πολλάκις τὸν ἐπιπέδω, τοῦ προσδοκηθέν-  
τος προσδοκῆσαι τελευτήσαντος, ἡ ζώντος μεταβληθέν-  
τος. Ἀλλ' οὐ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα, ἀλλὰ βεβαία καὶ ἀκί-  
νητος ἡ ἐπιπέδω. Ὁ γὰρ ἐπαγγελιάμενος αἰετὶ ζῆ, ἡμεῖς τε  
οἱ μέλλοντες αὐτῶν ἀπολαύσεσθαι, καὶ ἀποθάνωμεν,  
ἀναστήσομεθα πάλιν, καὶ οὐδὲν ὄλωσεν ἐστὶν ὁ δυνάται  
ἡμῶν καταεισχύουσι, ὡς εἰρή καὶ μάτην καὶ ἐπὶ σαθραῖς  
ἐπαρθένας ἐπιπέδω. Ἀπαλλάξας τοίνυν αὐτοὺς ἰκανῶς  
ἀπαρθεῖσθαι ἀπάτης διὰ τούτων τῶν βημάτων, οὐκ

ἔστι μὲν τῶν παρόντων· τὸν λόγον. ἀλλὰ  
μελλόντων οὐκ ἔστιν, εἰδὼς τῶν ἀποβῆσαντων  
τὰ παρόντα ἁγιότητος καὶ οὐκ ἁγιότητος.  
Καὶ τῶν οὖν τῶν παρόντων τῶν ἁγίων ἀποβῆσαντων. Τῶν  
τῶν ἁγίων, Τί οὖν, εἰ μὴ βούλεται ἡμεῖς χάρι-  
τος Θεοῦ; ἔτι μὲν τῶν ἁγίων καὶ μὲν καὶ τῶν ἁγίων  
ἁγίων· οὐδὲν δὲ ἐπὶ καὶ βουλήσεται; Ἀπὸ τῶν  
τῶν ἁγίων. Πῶς τῶν ἁγίων; Τῶν ἁγίων  
ἁγίων ἐπιπέδω.

Τί παρῆς φησὶ; Πνεῦμα ἁγίου Θεοῦ,  
εἰπὼν, Ἡ ἐπιπέδω ἐν καταεισχύσει, ἐπιπέδω τῶν  
ἁγίων οὖν, λέγει, Ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ  
ἔστι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. Καὶ οὐκ εἶ-  
πε, ἀλλ' ἐπιπέδω ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν  
ἁγίων ἐπιπέδω. Ὁ γὰρ μέγιστος ἔστι Θεός  
ἁγίων, οὐκ οὐδέποτε καὶ τῶν καὶ θαλάσσης, ἀλλ'  
τῶν ἀπῆσαντων ἀπῆσαντων ἔστι, καὶ ἀγίαστος ἐξ  
τοῦ γὰρ οὗτος Θεός καὶ ἀδελφός τοῦ Χριστοῦ  
επιπέδω. Τί δὲ ἐστὶ τῶν; Τὸ Πνεῦμα τὸ ἁγίον  
οὐκ ἔστιν ἀπῆσαντων ἁγίων μετὰ τοῖς πῶντος ο  
καρτέων, οὐκ ἐν πρὸ τῶν πῶντος οὐκ  
ἀγαθὰ τῶν ἁγίων τῶν ἁγίων τῶν ἀγίων Θεοῦ  
εἶπεν, ὅτι οὐκ ἔστι καὶ κατὰ μικρὸν ἁγίων  
τῶν, ἀλλ' ὁ ἁγίος τῶν ἁγίων τῶν ἀγαθῶν ἐξ  
τῶν πρὸ τῶν ἀγίων. Ὅσοι καὶ μὴ οἱ  
ἁγίων, μὴ ἀπῆσαντων, ἔχον μεγάλης συνή-  
δικάζοντος τῶν ἀγίων. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ αἰετὶ  
Ἡ ἐπιπέδω οὐ καταεισχύσει, οὐ κατὰ τῶν ἀπῆσαντων  
ματῶν, ἀλλὰ τῶν ἀγίων τοῦ Θεοῦ τὸ πῶν ἀνέστη  
δὲ τοῦ Πνεύματος τῶν ἁγίων, μεταβαίνει πάλιν  
ἐπὶ τὸν σταυρὸν, λέγει οὕτως· Ἐπεὶ γὰρ ὁ  
ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἁγίων  
ἔθανε. [515] Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τις ἀπῆσαντων  
ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμῶν  
Συνίστησι δὲ τῶν ἁγίων ἀγάπη ἐπὶ τῶν  
ἁγίων δὲ λέγει, τοιοῦτον ἐστὶν· Εἰ γὰρ ὑπὲρ ἀπῆσαντων  
τοῦ οὐκ ἀνέλοιτό τις ταχέως ἀποθάνειν, ἁγίων  
Δεσπότη σου τῶν ἀγίων, ὅταν μὴ ὑπὲρ ἁγίων  
τῶν, ἀλλ' ὑπὲρ ἀμαρτωλῶν καὶ ἐχθρῶν φαίνη  
ρωθεῖς· ὅπερ καὶ μετὰ ταῦτα φησὶν· Ὅτι, εἰ  
τωλῶν ἡμῶν ὄντων, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀ  
πολλῶν οὖν μᾶλλον, δικαιωθέντες τῶν ἐπὶ  
αὐτοῦ, σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἐπὶ  
γὰρ ἐχθρῶν ὄντες κατηλλάρημεν τῶν Θεῶν  
θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῶν μᾶλλον κατα-  
τες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Καὶ δοκεῖ μὲν  
λογία εἶναι τὰ εἰρημένα, οὐκ ἐστὶ δὲ τῶν μετὰ ἀ  
προσέχοντι. Σκόπει δὲ· Βούλεται πιστώσασθαι π  
μελλόντων αὐτοῦ· καὶ πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν τοῦ  
γνώμης ἐντρέπει, εἰπὼν, ὅτι ἐπιπέδω φησὶ κα  
Ἐπεὶ δὲ ἐπιπέδω Θεός, δυνατός ἐστι καὶ π  
ἔπειτα ἀπὸ τῶν χάριτος τῶν δοθείσης, εἶτα ἀπὸ τ  
ψων, ὅτι ἰκαναὶ εἰς ἐπιπέδω ἡμῶν ἀγαγεῖν· καὶ  
Πνεύματος πάλιν, ὅπερ ἐλάδομεν· λοιπὸν δὲ  
τοῦ θανάτου καὶ τῶν ἡμετέρων κακίας τῶν ἁγίων  
τοῦτο κατασκευάζει. Καὶ δοκεῖ μὲν, ὅπερ ἐφθην  
ἐν εἶναι τὸ εἰρημένον, εὐρίσκειται δὲ καὶ δύο κα  
καὶ πολλῶν πλείονα ὄντα· πρῶτον μὲν, ὅτι ἀ  
δεύτερον δὲ, ὅτι ὑπὲρ ἀσθενῶν· τρίτον δὲ, ὅτι  
λαξεν, ὅτι ἔσωσεν, ὅτι ἐδικαίωσεν, ὅτι ἀθανάτους  
σεν, ὅτι υἱὸς εἰργάσατο καὶ κληρονόμος. Οὐ τοῖν

\* Mss . μέχρι τοῦ παρόντος.

ut discas, quam oporteat esse fidelis hominis animam. Neque enim de datis tantum, sed etiam de iis, quæ danda sunt, ac si jam data essent, certiores esse oportet: gloriatur enim quis super iis, quæ jam accepit. Quia igitur et futurorum spes ita firma et explorata est, ut eorum quæ jam data sunt; Et in illa similiter, inquit, gloriamur: ideoque illa gloriam vocavit. Si enim ad Dei gloriam conferant, omnino evenient; etsi non propter nos, propter ipsum tamen. Et quid dico, inquires, futura bona digna esse, ut ob ea gloriemur? Ipsa quoque præsentia mala satis sunt, ut de iis nos congratulari oporteat: ideo subiunxit: 3. *Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus.* Cogita igitur quanta sint futura, quando de iis, quæ tristia esse videntur, altum sapimus: tantum est Dei donum, et sic in illo nihil ingratum est.

*Certamina pro Christo voluptatem afferunt.* — In rebus exterioribus certamina laborem habent, dolorem et miseriam; coronæ vero et præmia in voluptatem conjiciunt: hic vero non sic, sed certamina non minorem quam præmia voluptatem afferunt. Quia enim multæ tunc erant tentationes, regnum autem in spe erat, et graviora præ manibus, bona autem in expectatione; hoc autem infirmiores frangebant: ideo ante coronas jam illis præmia largitur, dicens oportere in tribulationibus gloriari. Nec dixit, Oportet vos gloriari; sed, Nos gloriamur, inquit, in propria persona adhortationem inducens. Deinde quia dictum illud novum inopinatumque esse videbatur, quod cum fame luctantem, cum catenis, cum tormentis, cum contumeliis et opprobriis gloriari oporteret, illud demum probat; quodque majus est, hæc gloriatione digna dicit, non tantum propter illa futura, sed propter præsentia: nam ipsæ per sese tribulationes bonæ sunt. Quare? Quia ad patientiam excitant. Quapropter cum dixisset, *Gloriamur in tribulationibus*, causam adjecit dicens: *Scientes, quod tribulatio patientiam operatur.* Vide rursus contentionem Pauli, quomodo in contrarium sermonem vertit. Quia enim tribulationes efficiebant, ut illi animum desponderent circa futura, et desperarent, dicit propter illas ipsas fidendum, nec de futuris desperandum esse. *Tribulatio enim patientiam operatur*, inquit, 4. *patientia vero probationem, probatio vero spem*, 5. *spes autem non confundit.* Non modo enim tribulationes spem hujusmodi non tollunt, sed etiam adstruunt. Ante futura enim magnum fructum tribulatio habet, nempe patientiam, et quod probatum faciat eum, qui tentatur. Confert autem etiam aliquid ad futura: facit enim, ut spes in nobis vireat. Nihil quippe ita apparat ad bene sperandum, ut bona conscientia.

3. Nemo itaque eorum, qui probe vixerunt, de futuris desperat; ut et multi qui bonam vitam non curant, mala gravati conscientia, neque iudicium neque retributionem esse vellent. Quid ergo? an in spe nobis bona sunt? In spe certe; sed non humana, quæ cadit et sæpe sperantem pudefacit, illo a quo præsidium sperabatur vel mortuo, vel vivente qui-

dem, sed mutato animo. Verum nostra non sunt talia; sed firma semper et immota spes est. Qui enim promisit, semper vivit; nos vero, qui bonis illis fruemur, etsi moriamur, at resurgemus: et nihil omnino est, quod nos confundere possit, ut qui frustra et temere fluxam spem amplexi simus. Cum ergo his dictis ab omni prorsus dubitatione illos liberasset, hic non sistit gradum, sed futura rursus inducit, guarus infirmiores, qui præsentia querunt, neque his contentos esse. Illis autem futuris fidem facit per ea, quæ jam data sunt. Ne quis enim dicat: Quid ergo, si nobis nolit Deus gratificari? quod enim possit et maneat et vivat, omnes scimus: unde vero scimus quod etiam volet? Ab iis, quæ facta sunt. Quænam facta sunt? Anior ille, quem circa nos exhibuit.

*Donum Spiritus sancti maximum omnium.* — Quid fecit, inquires? Spiritum sanctum dedit. Quapropter cum dixisset, *Spes non confundit*, hujus rei demonstrationem addidit, dicens: *Quia gratia Dei diffusa est in cordibus nostris.* Non dixit, *Data est*, sed, *diffusa est in cordibus nostris*, largitatem indicans. Quod enim maximum erat donum, hoc dedit: non cælum, terram et mare, sed quod his omnibus pretiosius erat, angelos ex hominibus, filios Dei et fratres Christi fecit. Quid hoc est? Spiritus sanctus. Nisi autem vellet nos post labores magnis donare coronis, non ante labores tot bona dedisset: nunc vero amoris sui fervorem per hæc indicat, quod non sensim et pedetentim nos honoraverit, sed fontem honorum simul dederit; et hoc ante certamina. Quapropter, etiamsi non sis admodum dignus, ne desperes, cum apud iudicem patronum habeas, nempe caritatem. Ideo ille cum dixisset, *Spes non confundit*, non operibus nostris, sed Dei dilectioni totum retulit. Postquam Spiritum datum dixit, transit rursus ad crucem, sic dicens: 6. *Adhuc enim Christus, cum infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est.* 7. *Vix enim pro justo quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori.* 8. *Commendat autem caritatem suam Deus erga nos.* Id est: Si enim pro viro virtute prædito, nemo forte mori velit, cogita Domini tui dilectionem, qui non pro virtute præditis, sed pro peccatoribus et inimicis crucifixus visus est; id quod etiam postea dicit: *Quia si, cum nos peccatores essemus,* 9. *Christus pro nobis mortuus est; multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum.* 10. *Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius.* Hæc dicta repetita videntur, non sunt tamen, si quis attente consideret. Considera autem: vult illis fidem facere de futuris: et primo a justi sententia illos pudefacit, cum dicit, *Adhuc certior factus est ille, quia quod promisit Deus potest exsequi; deinde a gratia data; postea a tribulationibus, quia possunt illæ nos in spem inducere: ac rursus a Spiritu, quem accepimus, demumque a morte et a pristina nequitia nostra illud probat. Et videtur quidem, ut dixi, unum idemque esse quod*



Πῶς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσε; Παρ' ἐλπίδα τὴν ἀνθρωπίνην, ἐπ' ἐλπίδι τῇ τοῦ Θεοῦ. Δείκνυσι γὰρ καὶ τὸ μεγαλεῖον τοῦ πράγματος, καὶ οὐκ ἀφήσιν ἀπιστηθῆναι τὸ λεγόμενον· ἄπερ ἐναντία ἀλλήλοις ἐστίν, ἀλλ' ἡ πίστις αὐτὰ συνεκέρρασε. Εἰ δὲ περὶ ἐκείνων ἔλεγε τῶν ἐκ τοῦ Ἰσραήλ, περιττὸς οὗτος ὁ λόγος· ἐκεῖνοι γὰρ οὐ κατὰ πίστιν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν ἐτέχθησαν. Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἰσαὰκ εἰς μέσον ἄγει· οὐ γὰρ ὑπὲρ ἐκείνων ἐπίστευσε τῶν ἐθνῶν, ἀλλὰ τοῦ ἀπὸ τῆς στείρας γυναικὸς ἑσομένου. Εἰ τοίνυν μαθὸς ἐστὶ τὸ πατέρα πολλῶν ἐθνῶν γενέσθαι, ἐκείνων τῶν ἐθνῶν ὑπὲρ ὧν ἐπίστευσε δῆλον ἐστὶ. Ἴνα γὰρ μάθῃς, ὅτι περὶ τούτων φησὶν, ἀκουσον τῶν ἐξῆς· *Καὶ μὴ ἀσθενήσῃς τῇ πίστει, οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα νεκρωμένον, ἑκατοσταέτης που ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μητέρας τῆς Σάρρας*. Εἶδες πῶς τίθησι καὶ τὰ κωλύματα, καὶ τὴν ὑψηλὴν τοῦ δικαίου γνώμην πάντα ὑπερβαίνουσαν; Παρ' ἐλπίδα, φησὶ, τὸ ἐπαγγελθέν. Τοῦτο κώλυμα πρῶτον· οὐδὲ γὰρ εἶχεν αὐτὸς ἕτερον Ἀβραὰμ οὕτω λαβόντα παῖδα ἰδεῖν. Οἱ μὲν γὰρ μετ' αὐτὸν, εἰς αὐτὸν ἔβλεπον· ἐκεῖνος δὲ εἰς οὐδένα, ἀλλ' εἰς τὸν Θεὸν μόνον· διὸ καὶ, Παρ' ἐλπίδα, ἔλεγεν. Εἶτα τὸ σῶμα νεκρωμένον· δεύτερον τοῦτο· καὶ ἡ νέκρωσις τῆς μητέρας Σάρρας· τοῦτο καὶ τρίτον καὶ τέταρτον. *Εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ*. Οὐδὲ γὰρ ἀπόδειξιν ἔδωκεν, οὔτε σημεῖον ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ ῥήματα ἦν ψιλὰ μόνον, ἐπαγγελλόμενα ἄπερ οὐχ ὑπισχνεῖτο ἡ φύσις. Ἀλλ' ὅμως *οὐ διεκρίθη*, φησὶν. Οὐκ εἶπεν, ὅτι οὐκ ἠπίστησεν, ἀλλ', *οὐ διεκρίθη*· τουτέστιν, οὐδὲ ἐνεδοίασεν, οὐδὲ ἀμφέβαλε, καὶ τοσοῦτων ὄντων τῶν κωλυμάτων. Ἀπὸ τούτων μαθάνομεν, ὅτι κἀν μυρία ὁ Θεὸς ἀδύνατα ἐπαγγέλλεται, μὴ καταδέχεται δὲ ὁ ἀκούων, οὐ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ἐστὶν ἡ ἀσθένεια, ἀλλὰ τῆς ἀνοίας· τῆς τοῦ μὴ δεχομένου. Ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει. Ὅρα Παύλου φιλοσοφίαν. Ἐπειδὴ γὰρ περὶ τῶν ἐργαζομένων καὶ τῶν πιστευόντων ἦν ὁ λόγος, δείκνυσι τὸν πιστεύοντα ἐργαζόμενον μᾶλλον ἢ ἐκεῖνον, καὶ πλείονος δεόμενον δυνάμει καὶ πολλῆς τῆς ἰσχύος, καὶ οὐ τὸν τυχόντα ὑπομένοντα πόνον. Καὶ γὰρ ἐξευτέλιζον τὴν πίστιν ὡς οὐκ ἔχουσιν πόνον. [505] Πρὸς τοῦτο τοίνυν ἰστάμενος δείκνυσι, ὅτι οὐ μόνον ὁ σαρραοσύνην κατορθῶν ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἀλλὰ καὶ ὁ πίστιν ἐπιδεικνύμενος, δυνάμει δέεται πλείονος. Ὅσπερ γὰρ ἐκεῖνος χρεῖαν ἔχει ἰσχύος, ἵνα τοὺς τῆς ἀκολασίας διακρούσῃται λογισμοῦ· οὕτω καὶ οὗτος χρεῖαν ἔχει δυνατῆς ψυχῆς, ἵνα τὰς τῆς ἀπιστίας ἐξωθήσῃται ἐνοίας. Πῶς οὖν ἐγένετο ἰσχυρός; Τῇ πίστει, φησὶν, οὐ λογισμοῖς τὸ πρᾶγμα ἐπιτρέψας· ἐπεὶ ἂν κατέπεσε. Πῶς δὲ αὐτὴν τὴν πίστιν κατώρθωσε; *Δούς δόξαν ἐφ' Θεῷ, φησὶ, καὶ πληροφορηθεὶς, ὅτι ὁ ἐπήγγελται, δυνατὸς ἐστὶ καὶ ποιῆσαι*. Ἄρα τὸ μὴ περιεργάζεσθαι, δοξάζειν ἐστὶ τὸν Θεόν, ὡσπερ οὖν τὸ περιεργάζεσθαι, πλημμελεῖν. Εἰ δὲ τὰ κάτω περιεργάζομενοι καὶ ζητούντες οὐ δοξάζομεν, πολλῶ μᾶλλον τὴν τοῦ Δεσπότης γέννησιν πολυπραγμονοῦντες, ὡς ὑβρίζοντες τὰ ἔσχατα πεισόμεθα. Εἰ γὰρ τὸν τύπον τῆς ἀναστάσεως οὐ χρὴ ζητεῖν, πολλῶ μᾶλλον τὰ ἀπὸρρητα ἐκεῖνα καὶ φρικτά. Καὶ οὐκ εἶπε πιστεύσας ἀπλῶς, ἀλλὰ, *Πληροφορηθεὶς*. Τοιοῦτον γὰρ ἡ πίστις, τῆς ἀπὸ λογισμῶν ἀποδείξεως, σαφιστέρη, *αὐ μᾶλλον πείθει*· οὐ γὰρ ἐστὶ λογισμὸν ἕτερον ἐπι-

εισελθόντα αὐτῇ διασαλεῦσαι λοιπόν. Ὁ μὲν γὰρ λόγος πειθόμενος καὶ μεταπεισθῆναι δύναται· ὁ δὲ τῇ πίστει βεβαιούμενος ἀπετείχετο λοιπόν αὐτοῦ τὴν ἀκοὴν τοῖς λυμαινομένοις αὐτὴν λόγοις. Εἰπὼν τοίνυν, ὅτι ἀπὸ πίστεως ἐδικαιώθη, δείκνυσι, ὅτι καὶ ἐδόξασε τὸν Θεὸν ἀπὸ τῆς πίστεως· ὁ βίου μάλιστα ἐστὶν ἴδιον. *Λαμπράτω γὰρ ὑμῶν τὸ φῶς ἐμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Ἴδου τοῦτο τῆς πίστεως ὄν ἐφάνη. Πάλιν δὲ ὡσπερ τὰ ἔργα δεῖται δυνάμει, οὕτω καὶ ἡ πίστις. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ πολλάκις καὶ τὸ σῶμα μερίζεται τὸν ἰδρώτα· ἐκεῖ δὲ τῆς ψυχῆς γυμνῆς ἐστὶ τὸ κατόρθωμα. Ὅστε μείζων ὁ πόνος, ὅταν μὴδὲ τὸν διανεμόμενον πρὸς αὐτὴν ἔχη· τοὺς ἀγῶνας.

5'. Εἶδες πῶς πάντα, ἄπερ ἦν ἔργων, ἔδειξε μετὰ πλείονος περιουσίας τῇ πίστει προσόντα, οἷον τὸ καυχᾶσθαι πρὸς τὸν Θεόν, τὸ δυνάμει δέεσθαι καὶ πόνου, τὸ δοξάζειν πάλιν τὸν Θεόν; Εἰπὼν δὲ, Ὅτι ὁ ἐπήγγελται, δυνατὸς ἐστὶ καὶ ποιῆσαι, δοκεῖ μοι καὶ περὶ τῶν μελλόντων προαναφωνεῖν· οὐ γὰρ τὰ παρόντα ἐπηγγεῖλατο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα· ταῦτα γὰρ τύπος ἐκείνων. Ἄρα ἀσθενούς δικαιοῦς τὸ μὴ πιστεύειν, καὶ μικρὰς καὶ ταιλαιπύρου. Ὅστε ὅταν ἡμεῖς ἐγκαλῶσι τὴν πίστιν τινὲς, ἀντεγκαλῶμεν ἡμεῖς τὴν ἀπιστίαν αὐτοῖς, ὡς ταιλαιπύροις καὶ μικροψύχοις καὶ ἀνοήτοις καὶ ἀσθενέσι καὶ ὄντων οὐδὲν ἀμεινον διακειμένοις. Ὅσπερ γὰρ τὸ πιστεύειν ὑψηλῆς καὶ μεγαλοφυοῦς ψυχῆς· οὕτω τὸ ἀπιστεῖν ἀλογωτάτης καὶ εὐτελοῦς καὶ πρὸς τὴν τῶν κτηνῶν ἄνοιαν κατενηνεγμένης. Διόπερ ἐκείνους ἀφέντες, τὸν πατριάρχην ζηλώσωμεν, καὶ δοξάσωμεν τὸν Θεόν, καθάπερ ἐκεῖνος ἔδωκεν αὐτῷ δόξαν. *Τι δὲ ἐστίν, ἔδωκεν αὐτῷ δόξαν*; Ἐγενόησεν [506] αὐτοῦ τὴν δικαιοσύνην, τὴν ἀπειρον δύναμιν· καὶ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ ἐννοίαν λαβών, οὕτως ἐκληροφορήθη περὶ τῶν ὑποσχέσεων. Δοξάσωμεν τοίνυν αὐτὸν καὶ ἡμεῖς καὶ διὰ πίστεως· καὶ διὰ ἔργων, ἵνα καὶ μισθὸν λάβωμεν τὸ παρ' αὐτοῦ δοξασθῆναι· τοὺς δοξάζοντας γὰρ με δοξάσω, φησὶ. Καίτοι· εἰ καὶ μηθεὶς ἔκειτο μισθός, αὐτὸ τοῦτο δόξα ἦν τὸ καταξιωθῆναι δοξάζει Θεόν. Εἰ γὰρ εἰς βασιλείας εὐφημίας λέγοντες ἀνθρωποι, αὐτῷ τούτῳ καλλωπίζονται μόνον, κἀν μὴδὲν ἢ καρπώσασθαι ἕτερον ἐνόησον πόσης ἂν εἴη δόξης τὸ δι' ἡμᾶς τὸν Δεσπότην δοξάζεσθαι τὸν ἡμέτερον, ὡσπερ οὖν καὶ κολάσεως τὸ ποιεῖν αὐτὸν βλασφημεῖσθαι δι' ἡμᾶς· καίτοι καὶ τοῦτο αὐτὸ τὸ δοξάζεσθαι, δι' ἡμᾶς βούλεται γίνεσθαι· αὐτὸς γὰρ οὐ δεῖται τοῦ πράγματος. Πόσον γὰρ οἶε τὸ μέσον εἶναι Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων; Ἄρα ὅσον ἀνθρώπων καὶ σκυλῆκων; Ἀλλ' οὐδὲν οὐδέπω εἰρηκα, καὶ τοσοῦτον τὸ μέσον θεῖς· οὐδὲ γὰρ εἰπεῖν δυνατὸν ὅσον. Ἄρ' οὖν θελήσεις; σὺ παρὰ σκύληξιν δόξαν ἔχειν μεγάλην καὶ λαμπράν; Οὐδαμῶς. Εἰ τοίνυν ὁ δόξης ἔρων σὺ οὐκ ἂν θαλῆσαις τοῦτο· ὁ τοῦ πάθους ἀπληλαγμένος τοῦτου, καὶ τοσοῦτον ἀνώτερος ὢν, πῶς ἂν ἐδεήθη τῆς παρὰ σοῦ δόξης; Ἀλλ' ὅμως καὶ μὴ δεόμενος, φησὶν

\* Cod. unus, πρὸς αὐτὴν ἔχη, quod conjecti Savil. Editi πρὸς αὐτὸν ἔχειν.

cham, et ait : 18. *Qui contra spem in spem credidit, ut faceret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei : Sic erit semen tuum.*

*Abraham quomodo contra spem in spem credidit.* — Quomodo contra spem in spem credidit? Contra spem humanam, in spem Dei. Ostendit enim rei magnitudinem, nec sinit dicto fidem abrogari : quæ inter se contraria sunt fide ipsa temperante. Si vero de iis, qui ex Ismaele orti erant, loquutus fuisset, superfluum hic sermo esset : illi namque non secundum fidem, sed secundum naturam orti sunt. Sed etiam Isaac in medium adducit : non enim pro illis gentibus credidit, sed pro eo, qui ex sterili muliere nasciturus erat. Si ergo merces est, quod multarum gentium pater fiat, de illis gentibus intelligitur pro quibus credidit. Ut enim discas ipsum de illis loqui, audi ea quæ sequuntur : 19. *Et non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum jam fere centum esset annorum, et emortuam vulvam Saræ.* Viden' ut impedimenta ponat, et altum justum animum omnia superantem? *Præter spem*, inquit, quod promissum erat. Hoc primum impedimentum : neque enim habuit ille alterum Abrahamum, quem videret ita suscepisse filium. Nam qui post illum fuere, ad illum respexere ; ille autem ad nullum, sed ad Deum solum : ideoque, *Præter spem*, dixit. Deinde corpus emortuum ; hoc secundum est ; et emortua vulva Saræ ; hoc tertium et quartum. 20. *In repromissione autem Dei non hæsitavit diffidentia.* Neque enim demonstrationem dedit, neque signum fecit Deus, sed verba erant simplicia solum, promittentia ea, quæ natura non pollicebatur. Attamen, *Non hæsitavit*, inquit. Non dixit, Non discredidit ; sed, *Non hæsitavit* ; id est, non dubitavit, etiamsi tot impedimenta essent. Hinc discimus quod, etiamsi Deus innumera impossibilia promittat, nec qui audit admittat illa, infirmitas illa non ex rerum natura, sed a non admittentis stultitia proficiscatur. *Sed confortatus est fide.* Vide Pauli philosophiam. Quia enim de operantibus et credentibus sermo erat, ostendit eum, qui credit, magis operari quam illum, et majori virtute opus habere multaque fortitudine, nec parvum subire laborem. Etenim illi fidem vilipendebant, ut quæ laborem non sustineret. Adversus illud stans ergo ostendit eum, qui temperantiam servat aut aliquid simile, sed etiam eum, qui fidem exhibet, majori virtute opus habere. Sicut enim ille fortitudine opus habet, ut lasciviæ cogitationes depellat : ita et hic forti anime, ut incredulitatis cogitationes eliminat. Quomodo igitur fortis effectus est? Fide, inquit, neque ratiociniis rem permisit ; nam ita concidisset. Quomodo autem credidit? *Dans gloriam Deo*, inquit, 21. *plenissime sciens, quia quæcumque promisit, potens est et facere.* Ergo non curiose scrutari, est Deum glorificare ; ut curiose inquirere, est scelus perpetrare. Si vero cum inferiora disquirimus et scrutamur, Deum non glorificamus ; multo magis cum Domini generationem curiose scrutamur, ut qui contumeliam inferamus, extrema patiemur. Si enim resurrectionis formam exquirere non

oportet, multo minus arcana illa et horrenda. Nee dixit, *Credens, simpliciter* ; sed *Plenissime sciens*. Nam huiusmodi fides est clarior quam demonstratio per syllogismos, magisque persuadet ; neque potest aliud accedens ratiocinium illam submovere. Etenim is, qui verbis persuadetur, potest sententiam mutare ; qui vero fide firmatus est, auditum suum munivit adversus illa pestifera ratiocinia. Cum dixisset ergo illum ex fide justificatum fuisse, ostendit illum per fidem gloria affectisæ Deum : quod per bonam vitam maxime fieri solet : nam, *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est* (Matth. 5. 16). Ecce hoc ad fidem pertinere visum est. Rursus sicut opera virtute et robore opus habent, ita et fides. Hic enim plerumque corpus etiam in partem sudoris venit ; illic vero animæ solius est opus. Ita ut major sit labor, corpore non simul pugnante.

6. *Fidei vis magna.* — Viden' ut omnia, quæ in operibus exstant, cum majori copia in fide esse demonstrat ; exempli causa, gloriari apud Deum, fortitudine et labore opus habere, Deum rursus glorificare? Cum dixit autem, posse Deum quod promiserat facere, videtur mihi futura prænuntiare : non enim præsentia solum, sed et futura promisit : hæc enim illorum typus erant. Non credere ergo mentis est infirmæ, exiguæ et miseræ. Itaque si nobis quidam fidem vitio vertant, illis contra vitio vertamus incredulitatem, ut miseris, pusillanimibus, stultis et infirmis, et asinis nihilo melius habentibus. Sicut enim credere est sublimis et magni animi : sic non credere irrationalis et vilissimi et ad jumentorum amentiam dejecti. Ideoque, missis illis, patriarcham imitemur, et glorificemus Deum, ut ipse Deo gloriam dedit. Quid sibi vult illud, *Dedit illi gloriam*? Illius iustitiam cogitavit, immensam potentiam ; et convenientem de illo sententiam sibi assumpsit, sic certior factus est de promissis. Et nos igitur illum glorificemus et per fidem et per opera, ut et in mercedem ab illo glorificemur : nam ait, *Eos qui me glorificant, glorificabo.* Quamquam etsi nulla proposita esset merces, hoc ipsum, quo dignaremur Deum glorificare, gloria esset. Nam si ii homines, qui reges laudibus celebrant, hoc ipso ornantur et ipsi, etsi nihil aliud carpere valeant : cogita quanta gloria fuerit, si Dominus noster propter nos glorificetur ; et contra quantum supplicium mereamur, si propter nos ille blasphemetur : quamquam ille in nostri gratiam vult glorificari : ille quippe glorificatione non eget. Quantum enim esse putas Deum inter et homines discrimen? an quantum inter homines et vermes? Verum nihil dixi, tantum afferens discrimen? neque enim dici potest quantum. An velles tu a vermibus gloriam accipere magnam? Minime. Si ergo tu, qui gloriam amas, non hoc velles ; qui ab hoc affectu liber est, et hoc longe superior, quomodo tua egeat gloria? Attamen etsi illa non egeat, se dicit illam propter te cupere. Si enim servus propter te fieri dignatus est, quid miraris, si eadem de causa alia suscipit? Nihil enim indignum so

putat, quod ad nostram salutem conducat. Hæc cum sciamus, omne peccatum, per quod ille blasphematur, fugiamus. Nam ait, *Ut a facie serpentis, a peccato fuge* (Eccli. 21. 2). Si ad illud accedas, mordebit te: neque enim illud ad nos venit, sed nos illud sponte adimus. Deus quippe id ita providit, ut ne diabolus per suam tyrannidem superet; alias enim nemo contra illum robur staret. Ideo illum semovit, quasi latronem quemdam et tyrannum; ac nisi quempiam inveniat nudum et solum in latibulis suis, non audet irruere: nisi nos per desertum iter facientes viderit, non audet accedere; desertus autem ille diaboli locus nihil aliud est, quam peccatum. Opus ergo habemus scuto fidei, galea salutis, gladio spiritus; non modo ne malum patiamur, sed etiam ut, si insilire velit, ejus caput abscindamus. Frequentibus egemus precibus, ut sub pedibus nostris conteratur. Impudens enim est et execrandus, etsi ab inferiori loco pugnet; at tamen sic etiam vincit. In causa autem est, quod nos non studeamus plagis illius esse superiores: neque enim potest admodum efferri, sed deorsum repit. Hujusque figura est serpens. Si autem illum sic a principio constituit, multo magis nunc. Si ignoras autem quid sit ex inferiore loco pugnare, ego tibi hujusce belli modum explicare conabor. Quid ergo est, ex inferiore loco pugnare? A rebus inferioribus decertare, a voluptate, a divitiis, a sæcularibus omnibus. Ideo, si quempiam viderit ad cælum volantem, primo quidem in illum insilire non poterit; secundo, etiamsi id tentet, cito cadet; neque enim pedes habet, ne formides; non habet alas, ne timeas: supra terram repit et supra res terrenas. Nihil ergo tibi cum terra sit commune, nec labore indigebis. Neque enim adversam pugnam novit, sed tamquam serpens in spinis occultatur, in divitiarum fallacia frequenter latitans. Si spinas excideris, formidolosus facile fugiet; si incantare in illum scias divinas illas incantationes, statim vulnerabitur. Sunt enim nobis, sunt, inquam, incantationes spirituales, nomen Domini nostri Jesu Christi, crucis potentia. Hæc incantatio non modo draconem a latibulo ejicit et in ignem conjicit, sed etiam vulneribus medetur.

7. Quod si multi hoc dicentes sanati non sunt, id ex illorum modica fide, non ex dicti infirmitate provenit. Nam ipsum Jesum multi pellebant et premebant, nec quidpiam lucrabantur: at quæ sanguinis fluxu laborabat, nec tacto quidem corpore, sed tantam fimbria, diuturnos sanguinis fontes cohibuit (*Matth. 9. 22*). Hoc nomen et daemones et passionibus et morbis est terribile. Hoc igitur nomine ornemur, hoc nos muniamus. Sic Paulus magnus effectus est, etsi eadem qua nos natura constans; sed fides illum alium ex alio fecit, et tanta erat potestate, ut vestimenta etiam ejus magnam haberent virtutem. Qua igitur excusatione digni fuerimus, si cum illorum umbra et vestimenta mortem depellerent, nec orationes quidem nostræ passionibus reprimant? Quid igitur in causa est? Magna animi differentia, licet quæ ad naturam spectant, æqualia et communia sint: nam

eodem ille quo nos modo natus et educatus est, et in terra habitavit aeremque respiravit: sed in illa alia longe meliora et præstantiora erant quam nostra, zelus, fides, caritas. Imitemur ergo illum: id ægamus, ut per nos loquatur Christus: id illa maxime a nobis desiderat, atque ideo hoc organum apparavit, nec vult ut inutile maneat, sed semper manibus tractare cupit. Cur ego non apparatus illud ad manum artificis, sed etiam chordas demittis, et voluptate molliores efficis, atque inutilem ipsi paras totam citharam, cum oporteret illam stringere et ad cantus tendere, ac spirituali sale constipare? Si enim hac ratione aptatam Christus viderit, per nostram animam pulsabit. Quo facto, angelos videbis saltantes, et archangelos et Cherubim. Digni ergo inculpatis manibus efficiamur: rogemus eum, in corde nostro pulset: imo neque rogatu opus habet, tactu solum dignum efficit illud, et ipse prior ad te accurret. Nam si procrastinantibus occurrit (Pauli enim nondum talis effecti encomium texuit), cum paratum viderit, quid non faciet? Quod si Christus insonuerit, Spiritus omnino adveniet, erimusque cælo præstantiores, non solem et lunam habentes corpori impressos, sed solis, lunæ et angelorum Dominum inhabitantem et ambulantem in nobis.

*Caritas signis omnibus præferenda.* — Hæc autem dico, non ut mortuos suscitemus, non ut leprosos mundemus; sed ut signum his omnibus majus exhibeamus, caritatem: ubicumque enim hoc bonum fuerit, statim Filius adest cum Patre, et Spiritus gratia advenit. Nam ait: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum* (*Matth. 18. 20*). Quod magni affectus est admodum amantium, cum amati utrinque adsunt. Equis ita miser est, inquit, qui nolit Christum medium habere? Nos qui mutue rixamur. Et fortasse me quispiam irridebit ac dicet: Quid ais? nos omnes vides intra eodem parietes, in uno eodemque ecclesiæ septo, in eodem ovili concordissime versantes, neminem pugnantem, sub eodem pastore, simul clamantes, simul dictæ audientes, simul orationes emittentes; et pugnam seditionemque memoras? Pugnam memoro, nec insanio. Video enim illa, quæ video, scioque nos in eodem septo esse unaque pastorem: ideoque maxime lugeo, quia cum tot res nos una congregent, seditionem excitamus. Equam seditionem, inquit, hic vides? Hic quidem nullam; sed concione soluta alius alium accusat, alius aperte contumeliam infert, alius invidet, alius vel avarus et rapax, vel violentus est, alius turpi amore tenetur, alius sexcentos consoit dolos. Et si possent animæ nostræ detegi, tunc hæc omnia accurate nossetis, ac me non insipire videretis.

8. Annon videtis in exercitiis, pacis tempore, milites armæ ponentes, iis nudatos et inermes et ad hostium castra transmeantes? At ubi armis sese muniant, et custodiæ sunt et speculæ, insomnes noctes, assidui ignes, hæc non pacem indicant, sed bellum. Id ipsum apud nos videre est: nos enim in-

quidem, sed non tam acerbe: ac rursus, *Concupiscentiam nescivissem*; non omnimodam ignorantiam significans, sed clarissimam cognitionem non adfuisse denotans: dixitque, *Operata est in me omnem concupiscentiam*; non hoc sensu, quod mandatum concupiscentiam effecerit; sed quod augmentum concupiscentiæ peccatum per mandatum induxerit: ita et hic non omnimodam ignorantiam significat dicens: *Quod enim operor non intelligo*: quomodo enim in lege Domini sibi complaceret secundum interiorem hominem? Quid ergo significat, *Non intelligo*? In tenebris sum, inquit, abripior, damnum sustineo, nescio quomodo supplantor. Quod et nos dicere solemus: Nescio quomodo ille veniens surripuit; non ignorantiam proflentes, sed fraudem quamdam, circumventionem et insidias declarantes. *Non enim quod volo, id facio, sed quod odi, facio*. Quomodo ergo non nosti id quod facis? Si enim bonum expetis, si malum odisti, id perfectæ cognitionis est. Unde liquet illum hoc dixisse, *Quod nolo*, non liberum arbitrium tollens, neque necessitatem quamdam et vim inducens. Si enim non sponte, sed ex necessitate peccamus, certe supplicia pro factis illata non ratione nituntur. Sed sicut cum dixit, *Non intelligo*, non ignorantiam significavit, sed id quod dicebamus: sic illud additum, *Quod nolo*, non necessitatem denotat, sed quod facta non laudet. Nisi enim hoc sibi vellet cum dicit, *Quod nolo facio*, cur non addidit, Sed ex necessitate cogor, et vi hoc facio? hoc enim voluntati et potestati oppositum est. Nunc autem hoc non dicit, sed hujus loco posuit, *Quod odi*; ut discas ipsum quando dixit, *Quod nolo*, potestatem sibi non ademisse. Quid est ergo illud, *Quod nolo*? Quod non laudo, quod non probo, quod non amo; ad cuius rei comparisonem sequentia addidit, *Sed quod odi, hoc facio*. 16. *Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi quod bona sit*.

2. Viden' interim non corruptam mentem, sed in opere nobilitatem suam servantem? Quod si nequitiam adit, ut odio habens adit, id quod legis et naturalis et scriptæ maxima laus fuerit. Quod enim bona sit lex, inquit, hinc palam est, quod me ipsum accusem, quod legi non obsequutus sim, et quod factam rem odio habeam. Atqui si lex causa peccati esset, quo pacto is, qui ipsi consentiret, jussum ejus odio haberet? *Consentio enim legi*, inquit, *quia bona est*. 17. *Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod inhabitat in me peccatum*. 18. *Novi enim quod non inhabitet in me, id est, in carne mea, bonum*. Hic instant ii, qui carnem calumniantur et illam a Dei officiiis amovent. Quid ergo dicemus? Ea que de lege nuper dicebamus, quod ut illic totum ad peccatum refert, sic et hoc loco. Non enim dixit, Caro illud operatur; sed contrarium, *Jam non ego illud operor, sed quod inhabitat in me peccatum*. Quod si dicat, quod non habitat in ipsa bonum, nondum hoc carnis crimen est: non enim quod bonum non habitat in ipsa, hoc probat illam non esse bonam. Nos autem minorem quidem fatemur anima carnem ipsique inferiorem, non illi contrariam nec

adversantem, nec malam; sed ut citharæ citharam, ut gubernatori navem, sic illam animæ subicimus: quæ non sunt adversaria agentibus et iis utentibus, sed admodum convenientia, non parisi tamen cum artifice honoris. Ut ergo qui dicit, Non in cithara, non in navi ars residet, sed in gubernatore et in citharædo, non ipsa improbat, sed ostendit quantum intersit inter illa et artificem: sic et Paulus cum dicit, *Non habitat in carne mea bonum*: non corpus calumniatur, sed animæ excellentiam declarat: ipsa enim est, cui et gubernatio et citharæ usus committitur. Quod et Paulus hic declarat, animæ auctoritatem tribuens: et in hæc duo hominem dividens, animam et corpus, dicit quidem carnem ratione et intelligentia destitutam agi et non agere; animam vero sapientiores esse, quæ possit intelligere quæ agenda, quæ non agenda sint; neque tamen posse equo pro arbitrio suo imperare: id quod non carnis modo, sed etiam animæ crimen fuerit, quæ novit quidem quid sit agendum, sed quod sibi agendum videtur non exequitur. *Nam velle adest mihi*, inquit, *perficere autem bonum non invenio*. Hic rursus cum dixit, *Non invenio*, non ignorantiam significat, non dubitationem, sed damnum quoddam et insidias peccati; quod et apertius declarans addit: 19. *Non enim quod volo bonum, hoc facio; sed quod nolo malum, hoc facio*. 20. *Si ergo quod ego nolo, hoc facio, non jam ego operor illud, sed quod inhabitat in me peccatum*. Viden' quomodo et naturam animæ et naturam carnis a crimine liberans, totum in malam operationem transfert? Si enim non vult malum, liberatur anima; si ipse non illud operatur, liberatur et corpus, et solius mali propositi totum est. Non enim idipsum natura sunt anima, corpus et propositum; sed illa quidem sunt opera Dei, hoc autem propositum ex nobis ipsis et motus quispiam est, quocumque illam ducere voluerimus. Nam voluntas quidem naturalis est et a Deo; talis vero voluntas a nobis et propositi nostri est. 21. *Invenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quia malum mihi adjacet*. Obscurum est hoc dictum: quid ergo sibi vult? Laudo legem, inquit, secundum conscientiam, et illam mihi volenti facere bonum patronam invenio, quæ voluntatem meam intendat: sicut enim in ipsa mihi complaceo, sic et illa sententiam meam laudat. Viden' quomodo bonorum malorumque cognitionem a principio nobis inditam ostendit, legemque Moysis laudare illam dicit, et laudari ab illa? Neque enim supra dixit, *Doceor a lege*; sed, *Consentio legi*; neque dixit, *Erudior ab illa*, sed, *Mihi complaceo in illa*. Quid sibi vult illud, *Complaceo mihi*? Bene habere confiteor, sicut et illa me volentem facere bonum. Itaque illud et velle bonum et nolle malum, jam ab initio fundatum est: lex autem veniens, et in malis accusatrix fuit plurimorum, et in bonis laudatrix majorum. Viden' ubique extensionem quamdam et augmentum ipsius testificantem tantum, et præterea nihil? Illa enim laudante, et me complacente et volente bonum, malum adhuc adjacet, et actio ejus non sublata est. Itaque lex proponenti bonum quid facere.

naturalia damna accepit, equus molestior et effrenis factus est: at Christus veniens, per baptismum leviorum illum nobis reddidit, ala Spiritus illum excitans.

4 *Christianæ vitæ perfectio.* — Ideo non eadem nobis et priscis illis stadia sunt, quandoquidem non ita facilis tunc cursus erat. Ideoque ille non modo postulat, ut a cædibus puri simus, ut illis præceptum erat, sed etiam ab ira; neque ab adulterio tantum, sed etiam ab impudico aspectu abstinere jubet; neque ut a perjurio solum abstineamus præcipit, sed etiam a juramento; et inimicos perinde atque amicos diligere jubet: atque in cæteris omnibus longiora fecit stadia. Si non pareamus, gehennam comminatus est: ostendens hæc non requiri quasi ex ardentiore certantium æmulatione, ut virginitas et voluntaria paupertas, sed omnino exigi: nam necessaria prorsus esse; ita ut qui non faciat, extremas det pœnas. Ideo dicebat: *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum (Matth. 5. 20).* Qui vero regnum illud non videt, in gehennam omnino incidet. Ideo Paulus dicebat: *Peccatum enim vobis non dominatur: non enim estis sub lege, sed sub gratia; et hic iterum: Ut serviamus in novitate spiritus, non in vetustate literæ.* Non enim est litera damnans, id est, lex vetus, sed spiritus adjvans. Ideo apud priscos illos, si quis virginitatem coleret, res mira prorsus erat; nunc autem ubique terrarum sparsa res est: tunc pauci viri mortem spernebant; nunc in vicis et in urbibus martyrum cætes innumeri, non virorum tantum, sed etiam mulierum. Deinde postquam hæc dixerat, objectionem rursus emergentem solvit, in solutione id quod vult probans: quapropter solutionem non statim inducit, sed per contradictionem, ut ex solutionis necessitate occasionem optata dicendi arripiat, minusque onerosam accusationem inducat. Quia enim dixit, *In novitate spiritus, non in vetustate literæ,* subjungit: 7. *Quid ergo dicemus? lex peccatum est? Absit.* Etenim prius dixerat, *Passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris; et, Peccatum vobis non dominabitur: non enim estis sub lege, sed sub gratia; et, Cujus non est lex, neque transgressio est; et, Lex autem subintravit, ut abundaret delictum; et, Lex iram operatur.* Quia igitur hæc omnia legem calumniari videbantur, quasi hanc suspicionem corrigens, objectionem ponit et ait: *Quid ergo? lex peccatum est? Absit.* Antequam ad probationem veniat, id respicit, ut auditorem sibi conciliet, et offensum curet. Nam cum audisset, ac de affectu ipsius certior factus esset, cum illo quærit quid dubii inesset, nec suspectum habet dicentem: quapropter objectionem illam prius attulit. Neque enim dixit, *Quid ergo dixerim? sed, Quid dicemus?* ac si in consilio et in cœtu Ecclesiæ rem ageret, et quasi objectio illa, non abs se, sed a dictorum serie, et a rerum veritate prodiret. Quod enim litera occidat, et quod spiritus vivificet, et hoc nemo negabit, inquit; clarum est, nemoque contradixerit. Si ergo hæc la confesso sunt, quid dicemus de lege? an quod sit

peccatum? Absit. Solve igitur difficultatem. Viden' ut secum adversarium statuat, et assumpta doctoris dignitate, ad solutionem veniat? Quæ est illa solutio? Peccatum certe non est, inquit. *Peccatum autem non cognovissem, nisi per legem.* Vide sapientiam gradem. Id quod lex non est, ex objectionem posuit, ut hoc sublato, et hoc in Judæi gratiam, persuadeat illi, quod minus est admittere. Quid vero est illud minus? Quod *Peccatum non cognovissem, nisi per legem. Et concupiscentiam,* inquit, *non cognovissem, nisi lex dixisset, Non concupisces.* Vides quomodo paulatim non modo legem accusare peccatum dicat, sed etiam illud sensim introducere? non tamen culpa sua, sed ex ingrato Judæorum animo id evenire demonstrat. Etenim Manichæorum etiam ora obturare conatus est, qui legem incusabant. Cum dixisset enim, *Peccatum non cognovissem, nisi per legem; et concupiscentiam novissem, nisi lex diceret, Non concupisces,* adjecit: & *Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.*

5. Viden' quomodo legem a criminationibus liberet? *Occasione accepta,* inquit, peccatum, non lex, auxit concupiscentiam, et contra evenit, quam lex optaret: id quod infirmitatis erat, non malitiæ. Cum enim aliquid concupiscimus et prohibemur, magis attollitur cupiditatis flamma; verum non per legem; illa namque prohibuit, ut te abduceret; sed peccatum, id est, segnitias tua et mala voluntas, bono in contrarium usa est. At non culpa hoc medici, sed ægroti, qui pharmaco male usus est. Non enim ille legem dedit, ut concupiscentiam accenderet, sed ut exstingeret; contrarium autem evenit; at non ipsius, sed nostra culpa. Si quis enim febricitanti et potum frigidum intempestive cupienti, non potestatem bibendi faceret, et sic perniciosam cupiditatem augeret, non ideo posset jure reprehendi: medici quippe erat prohibere, ægri vero abstinere. Quid enim, si peccatum occasionem ab ipsa lege acceperit? Plerique enim improbi a bonis præceptis iniquitatem suam augent: siquidem et diabolus Judam ita perdidit, in amorem pecuniæ conjiciens, furemque rerum pauperibus destinatarum esse suadens: non enim concubitum ipsi marsupium id effecit, sed a animi nequitia. Et Eva item Adamum ad comedendum de ligno impulit, atque ex paradiso ejecit: at non in causa fuit lignum, etsi ab ipso occasio fuerit. Quod si vehementius de lege loquatur, ne mireris: ad illud enim quod urget Paulus consistit, non permittens ut vel iis, qui aliter suspicantur, hæc dicta occasionem præbeant, male autem studio curans rem præsentem corrigere. Ne igitur hæc dicta nuda examines, sed adde causam, ob quam ita loquitur, ac Judaicam insaniam considera, perpetuamque illorum contentionem, quam evertens studebat. Videtur autem multum contra legem spirare, non ut illam calumniaretur, sed ut illorum contentionem solvat. Si enim crimen est legis, quod propter illam peccatum occasionem sumat, invenietur id etiam in Novo Testamento. In illo quippe leges sunt innumeræ de multis majoribusque rebus; et idipsum



Χριστός, ἔλθων, διὰ τοῦ βαπτίσματος κορυφώτερον τὸ ἐποίησεν τῷ πτερῷ διεγείρων τοῦ Πνεύματος. ἀ δὴ τοῦτο οὐδὲ τὰ αὐτὰ κείται τοῖς παλαιοῖς; καὶ ἄμματα, ἐπειδὴ οὐδὲ οὕτω τότε εὐκολός ὁ δρόμος καὶ αὐτὸς οὐχὶ φόνων ἀπαιτεῖ καθαροὺς εἶναι ὡσπερ τοὺς ἀρχαίους, ἀλλὰ καὶ ὀργῆς· οὐδὲ ἴσως, ἀλλὰ καὶ ἀκολάστου βΨεως ἀπῆλλάχθαι κελύει· ἰορκίας, ἀλλὰ καὶ εὐορκίας ἐκτὸς εἶναι, καὶ μετὰ τὸν καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾶν ἐπιτάττει· καὶ ἐν τοῖς δὲ ἄπαισι μακροτέρους; ἐποίησε τοὺς διαύλους, πεπιθώμεθα, καὶ γένναν ἠπειλήσε, δεικνύς ὅτι φιλοτιμίας τῶν ἀγωνιζομένων τὰ ζητούμενα, ἢ παρθενία καὶ ἡ ἀκτημοσύνη, ἀλλὰ πάντως αὐτὰ καὶ δεῖ. Καὶ γὰρ τῶν ἀναγκαίων ἐστὶ καὶ κατῶν, καὶ ὁ μὴ ποιήσας τὴν ἐσχάτην δίδωσι δίκην. το ἔλεγεν· *Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ἡλέορ τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ ἴσως εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Ὁ δὲ τὴν αὐτὴν οὐχ ὕψων, εἰς γένναν πεσεῖται πάντως. Διὰ τὸ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Ἀμαρτία γὰρ ὅμων οὐ τει· οὐ γὰρ ἔστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν· αὐθα πάλιν· Ὅστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καιρὸν νόμοις, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος.* Οὐ τι γράμμα καταδικάζον, τουτέστιν, ὁ νόμος ὁ ἴσως; ἀλλὰ πνεῦμα βοηθῶν. Διὰ τοῦτο ἐπὶ μὲν τῶν νόμων εἰ ποῦ τις ἐφάνη παρθενία ἀσκῶν, σφόδρα τὸν ἦν· νῦν δὲ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης τὸ ἐξπαρταί· καὶ θανάτου τότε μὲν ὀλίγοι μόνον ἀνδρες, νῦν δὲ καὶ ἐν κώμαις καὶ πόλεσι δῆ- τῶν ἀπειροί, οὐκ ἐξ ἀνδρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰκῶν συνεστηχότες. Εἶτα ἐπειδὴ ταῦτα εἶπεν, ἰν πάλιν ἀνακύπτουσαν λύει, ἐν τῇ λύσει κατα- ν ὁ βούλεται. Διόπερ οὐδὲ προηγουμένης εἰς- ν λύσειν, ἀλλ' ἐξ ἀντιλογίας, ἵνα τῇ ἀνάγκῃ τῆς ἀφορμῆν εἰς τὸ εἰπεῖν ἂ βούλεται λάθῃ, καὶ θέστερον ποιήσῃ τὴν κατηγορίαν. Ἐπειδὴ γὰρ *Ἐν καιρὸν τῆς πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι ἴσως, ἐπήγαγε· Τί οὖν ἐροῦμεν; ὁ νόμος ἀμαρ- ἡ γέννοιο.* Καὶ γὰρ πρὸς τοῦτο ἦν εἰρηκῶς, ὅτι *ἡμματα τῶν ἀμαρτιῶν τὰ διὰ τοῦ νόμου ἐτηρ- ν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν· καὶ, Ἀμαρτία ὅμων οὐ τει· οὐ γὰρ ἔστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν·* , *Ὁ γὰρ οὐκ ἐστὶ νόμος, οὐδὲ παράδοσις· ἴσως δὲ παρσιήλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παρὰ· καὶ, Ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται.* Ἐπεὶ ἴτα πάντα ἐδόκει διαβολὴν φέρειν τῷ νόμῳ, ὡς μενος τὴν ἐκ τούτων ὑπόνοιαν, τίθησι καὶ ἀντί- καὶ [548] φησι· *Τί οὖν; ὁ νόμος ἀμαρτία; νοιτο.* Πρὸς τῆς κατασκευῆς ἀπηγόρευσε, τὸν ἦν οἰκειόμενος, καὶ τὸν σκανδαλιζόμενον ἴων. Λοιπὸν γὰρ ἀκούσας, καὶ περὶ τῆς διαθέ- ὑτοῦ πληροφορηθεὶς, ζητεῖ μετ' αὐτοῦ τὸ δο- ναὶ ἄπορον, καὶ οὐχ ὑποπτέουσι τὸν λέγοντα· ἴσως τὴν ἀντίθεσιν προλαβῶν ἐκείνην τέθεικεν. ἴσως εἶπε, Τί οὖν εἶποιμι ἂν; ἀλλὰ, *Τί ἐροῦμεν;* λῆς καὶ γνώμης προκειμένης, καὶ Ἐκκλησίας ὑγκεκροτημένης, καὶ οὐ παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ παρὰ τῆς εἰρημένων ἀκολουθίας καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἴσως τῆς ἀντιθέσεως φανείσης. Ὅτι μὲν γὰρ τὸ ἴσως ἀποκτείνει, οὐδεὶς ἀντερεῖ, φησί· καὶ ὅτι τὸ ἴσως ζωοποιεῖ, καὶ τοῦτο δῆλον, καὶ οὐδεὶς ἂν φιλο- ἴσως. Εἰ τοίνυν ταῦτα ὡμολογημένα, τί ἂν εἶποι- ἴσως τοῦ νόμου; ὅτι ἀμαρτία; Μὴ γέννοιο. Αὐτὸν

οὖν τὴν ἀπορίαν. Εἶδες πῶς μετ' αὐτοῦ τὸν ἀντιδικὸν ἴσως, καὶ τὸ τοῦ διδάσκοντος ἀξίωμα λαβῶν, ἐπὶ τὴν λύσειν ἔρχεται; Τίς οὖν ἡ λύσις; Ἀμαρτία μὲν οὐκ ἐστὶ, φησὶν. *Ἀμαρτιαν δὲ οὐκ ἂν ἔγνω, εἰ μὴ διὰ νόμον.* Ὅρα σοφίας ἐπίτασιν. Ὅπερ οὐκ ἐστὶν ὁ νόμος, ἐξ ἀντιθέσεως τέθεικεν, ἵνα ἀναιρῶν τοῦτο, καὶ ταύτην χαριζόμενος τῷ Ἰουδαίῳ, παῖσῃ τὸ ἐλαττον αὐτὸν κατα- δέξασθαι. Τί δὲ ἐστὶ τὸ ἐλαττον; Ὅτι *τὴν ἀμαρτιαν οὐκ ἔγνω, εἰ μὴ διὰ νόμον.* Τὴν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ἤδειν, φησὶν, *εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν.* Οὐκ ἐπιθυμή- σεις. Ὅρᾳ πῶς κατὰ μικρὸν οὐχὶ μόνον κατήγορον αὐτὸν ὄντα δείκνυσι τῆς ἀμαρτίας, ἀλλὰ καὶ ἡρέμα κατα- κευαστικόν; οὐ μὴν παρὰ τὴν αἰτίαν τὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν ἀγνωμόνων Ἰουδαίων ἀπαφαίνει τοῦτο συμβαῖνον. Καὶ γὰρ καὶ Μανιχαίων ἐσπούδακεν ἐμφράξει τὰ στόματα τῶν κατηγορούντων τοῦ νόμου. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι *τὴν ἀμαρτιαν οὐκ ἔγνω, εἰ μὴ διὰ νόμον, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἤδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν· Οὐκ ἐπιθυμήσεις, ἐπήγαγεν· Ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἀμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς, κατεργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν.*

ε'. Εἶδες πῶς αὐτὸν ἀπέλλαξεν ἐγκλημάτων; Ἀφορμὴν γὰρ λαβοῦσα, φησὶν, ἡ ἀμαρτία, οὐκ ὁ νόμος, ἠδύσσε τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὸναντίον οὐπερ ἐβούλετο ὁ νόμος, γέγονεν· ὅπερ ἀσθενείας ἦν, οὐ πονηρίας. Ὅταν γὰρ τινος ἐπιθυμῶμεν, εἶτα κωλυώμεθα, αἴρεται μᾶλλον τῆς ἐπιθυμίας ἢ φλόξ. Ἀλλ' οὐ παρὰ τὸν νόμον τοῦτο- αὐτὸς μὲν γὰρ ἐκώλυσε ὥστε ἀπαγαγεῖν· ἡ δὲ ἀμαρ- τία, τουτέστιν, ἡ βλάβη ἢ ἡ σῆ καὶ ἡ γνώμη ἢ πονηρία, τῷ καλῷ πρὸς τὸ ἐναντίον ἐχρήσατο. Ἀλλ' οὐ τοῦ ἱατροῦ τοῦτο ἐγκλημα, ἀλλὰ τοῦ ἀρρώστου τῷ φαρμάκῳ κακῶς χρησαμένου. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἔδωκε τὸν νόμον, ἵνα ἀνάψῃ τὴν ἐπιθυμίαν, ἀλλ' ἵνα σθέσῃ· τὸναντίον δὲ ἐξέβη· ἀλλ' οὐκ ἐκείνου, ἀλλ' ἡμῶν ἢ κατηγορίας. Οὐδὲ γὰρ, εἰ τις τῷ πυρέττοντι, καὶ ψυχοποσίας ἀκαί- ρως ἐπιθυμοῦντι, μὴ παρασχῶν ἐμφορηθῆναι, τῆς ὀλεθρίας ταύτης ἔδοντῆς αὐξήσῃ τὴν ἐπιθυμίαν, ἐγκα- λοῖτο ἂν δικαίως· τοῦ γὰρ ἱατροῦ τὸ κωλύσαι ἦν μόνον, τὸ δὲ ἀποσχέσθαι τοῦ κάμνοντος. Τί γὰρ, εἰ ἡ ἀμαρτία [549] τὴν ἀφορμὴν ἐξ αὐτοῦ ἔλαβε; Πολλοὶ γὰρ καὶ τῶν πονηρῶν ἐξ ἀγαθῶν ἐπιταγμάτων τὴν αὐτῶν πονηρίαν αὐξοῦσιν· ἐπεὶ καὶ ὁ διάβολος οὕτω τὸν Ἰούδαν ἀπ- ὄλεσε, εἰς φιλοχρηματίαν ἐμβαλὼν, καὶ κλέπτειν τὰ τῶν πενήτων ποιήσας· ἀλλ' οὐ τὸ πιστευθῆναι τὸ γλωσσό- κομον αὐτὸν τοῦτο εἰργάσατο, ἀλλ' ἡ τῆς γνώμης πονη- ρία. Καὶ ἡ εὐα δὲ τὸν Ἀδὰμ ἀπὸ τοῦ ξύλου παρασκευά- σασα φαγεῖν, ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ παραδείσου· ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖ τὸ δένδρον αἰτίον, εἰ καὶ δι' αὐτοῦ ἡ ἀφορμὴ γέγονεν. Εἰ δὲ σφοδρότερον κέρχεται τῷ λόγῳ τῷ περὶ τοῦ νόμου, μὴ θαυμάσης· πρὸς γὰρ τὸ κατεπεῖγον ὁ Παῦλος ἴσταται, οὐκ ἀφελὲς μὲν οὐδὲ τοῖς ἄλλως ὑποπτέουσι τὰ λεγόμενα λαθῆν παρασχέειν, πολλὴν δὲ σπουδὴν ποιούμενος τὸ παρὸν διορθῶσαι. Μὴ τοίνυν γυμὰ ἐξέταξέ τὰ ἐντεῦθεν λεγόμενα, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπόθεσιν προστίθει, δι' ἣν ταῦτα εἰπεῖν προάγεται, καὶ τὴν μανίαν λογίζου τὴν Ἰουδαϊκὴν, καὶ τὴν εὐτονον αὐτῶν φιλονεικίαν, ἣν καταλύσαι ἔσπευδε. Δοκεῖ δὲ πολὺς κατὰ τοῦ νόμου πνεῖν, οὐκ ἵνα ἐκείνον διαβάλλῃ, ἀλλ' ἵνα τούτων ἐκλύσῃ τὸν τόνον. Εἰ γὰρ ἐγκλημα τοῦ νόμου, τὸ δι' αὐτοῦ τὴν ἀμαρτίαν ἀφορ- μὴν λαβεῖν, εὐρεθῆσεται καὶ ἐν τῇ Καινῇ τοῦτο συμβαῖνον. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ Καινῇ νόμοι μυρίοι, καὶ περὶ πολλῶν μ:ζόνων πραγμάτων· καὶ τὸ αὐτὸ ἴδαι τις ἂν ἐκδύσσει

κακεί, οὐκ ἐπὶ τῆς ἐπιθυμίας μόνον, ἀλλ' ἐπὶ πάσης ἀπλῶς κακίας. *Εἰ γὰρ μὴ ἤλθοι, φησί, καὶ ἐδάξασα αὐτοῖς, ἀμαρτίαν οὐκ εἶχον.* Οὐκοῦν ἐντεῦθεν ἡ ἀμαρτία τὴν ὑπόθεσιν ἔλαβε, καὶ ἡ μείζων κόλασις. Καὶ πάλιν περὶ τῆς χάριτος Παῦλος διαλεγόμενος, φησί: *Πόσω δοκεῖτε χειρὸς ἀξιώθησεται τιμωρίας ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας;* Οὐκοῦν καὶ ἡ χειρὸν τιμωρία τὴν ἀφορμὴν ἐντεῦθεν ἔχει ἀπὸ τῆς μείζονος εὐεργεσίας. Καὶ τοὺς Ἕλληνας δὲ φησὶ διὰ τοῦτο ἀναπολογήτους εἶναι, ὅτι καὶ λόγῳ τιμηθέντες, καὶ τῆς κτίσεως τὸ κάλλος καταμαθόντες, καὶ ἀπ' αὐτῆς δυνάμενοι πρὸς τὸν Δημιουργὸν χειραγωγηθῆναι, τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐκ εἰς δέον ἐχρήσαντο. Ὅρα πανταχοῦ τοῖς πονηροῖς τὰς ἀφορμὰς τοῦ μείζονος κολάζεσθαι ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν γινόμενας πραγμάτων. Ἄλλ' οὐ δῆπου διὰ τοῦτο κατηγορήσομεν τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ ταύτας μὲν ὀχυρωσάμεθα μείζονας καὶ μετὰ ταῦτα, τὴν δὲ γνώμην τῶν εἰς τὰναντία τοῖς ἀγαθοῖς κεκρημένων διαβαλοῦμεν. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐπὶ τοῦ νόμου ποιῶμεν. Ἄλλὰ τοῦτο μὲν βράδιον καὶ εὐκόλον· τὸ δὲ ἄπορον ἐκεῖνόν ἐστι. Πῶς φησὶ, *Τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἤδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔειπεν· Οὐκ ἐπιθυμήσεις;* Εἰ γὰρ οὐκ ἤδει τὴν ἐπιθυμίαν πρὶν ἢ λάβῃ τὸν νόμον ὁ ἄνθρωπος, πόθεν ὁ κατακλυσμός γέγονεν; πόθεν τὰ Σόδομα ἐνεπρήσθη; Τί οὖν φησὶ; Τὴν ἐπιτεταμένην. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, *Κατειργάσατο ἐν ἔμοι ἐπιθυμίαν*, ἀλλὰ, *Πᾶσαν ἐπιθυμίαν*, τὸ σφοδρὸν ἐνταῦθα αἰνιττόμενος. Καὶ τί τοῦ νόμου τὸ κέρδος, εἰ τὸ πάθος ἠῤῥησε, φησὶν; Οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ πολὺ τὸ βλάβος· ἀλλ' οὐ τοῦ νόμου τὸ ἐγκλημα, ἀλλὰ τῆς βλάβου τῶν δεξαμένων. Ἡ γὰρ ἀμαρτία αὐτὸ κατειργάσατο, ἀλλὰ διὰ νόμου· ἀλλ' οὐ τοῦτο τοῦ νόμου [550] σπουδάζοντος, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον. Ἰσχυροτέρα οὖν γέγονεν ἡ ἀμαρτία, καὶ σφόδρα· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἐγκλημα τοῦ νόμου πάλιν, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων ἀγνωμοσύνης. *Χωρὶς γὰρ νόμου ἡ ἀμαρτία νεκρά*· τουτέστιν, οὐχ οὕτω γνώριμος. Ἦδραν μὲν γὰρ καὶ οἱ πρὸ τοῦ νόμου, ὅτι ἡμάρτανον, ἀκριβέστερον δὲ ἔμαθον μετὰ τὴν τοῦ νόμου δόξιν. Διὰ τοῦτο καὶ μείζονος ἦσαν κατηγορίας ὑπεύθυνοι. Οὐδὲ γὰρ ἴσον ἦν φύσιν ἔχειν κατήγορον, καὶ μετὰ τῆς φύσεως καὶ τὸν νόμον φανερώσει διαγορευόμενα ἅπαντα. *Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ.* Πότε, εἶπέ μοι; Πρὸ Μωυσέως. Ὅρα πῶς δεῖξαι τὸν νόμον σπουδάζει, καὶ ἀφ' ὧν ἐποίησε, καὶ ἀφ' ὧν οὐκ ἐποίησε βαρῆσαντα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. Ὅτε γὰρ χωρὶς νόμου ἔζων, φησὶν, οὐχ οὕτω κατεδικαζόμεν. *Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἀμαρτία ἀνέζησεν, ἐγὼ δὲ ἀπέθανον.* Τοῦτο δοκεῖ μὲν εἶναι κατηγορία τοῦ νόμου· εἰ δὲ τις ἀκριβῶς ἐξετάσει, καὶ ἐγκώμιον αὐτοῦ φανείται ὄν. Οὐ γὰρ μὴ οὐσαν ὑπεστήσατο, ἀλλὰ χρυπτομένην ἔδειξεν ὅπερ καὶ ἔπαινός ἐστι τοῦ νόμου, εἰ γὰρ πρὸ τούτου μὲν ἀνεπαισθήτως ἡμάρτανον, τούτου δὲ ἐλθόντος, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον ἐκαρπώσαντο, τοῦτο γοῦν αὐτὸ ἀκριβῶς ἔμαθον, ὅτι ἡμάρτανον· ὅπερ οὐκ ἂν εἴη μικρὸν εἰς κακίας ἀπαλλαγὴν. Εἰ δὲ μὴ ἀπῆλάνθησαν τῆς κακίας, οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸν πάντα ὑπὲρ τούτου ποιήσαντα νόμον, ἀλλὰ πᾶσα ἡ κατηγορία τῆς ἐκείνων γνώμης ἐστὶ παρ' ἐλπίδα πᾶσαν διαφθαρείσης.

ς'. Οὐδὲ γὰρ κατὰ λόγον ἦν τὸ γινόμενον, τὸ διὰ τῶν ὑπερλότων βλάπτεσθαι· διὸ καὶ ἔλεγε: *Καὶ εὐρέθη μοι ἡ ἐντολή ἢ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον.* Οὐκ εἶπε, *Τίγνονε θάνατος, οὐδὲ, Ἔτεκε θάνατον, ἀλλ', Εὐρέθη, τὸ κατὰ τὴν παράδοξον τῆς ἀτοπίας οὕτως ἐρμηνεύων,*

καὶ τὸ πᾶν εἰς τὴν ἐκείνων περιτρεπῶν κεφαλῆν. Ἄν γὰρ τὸν σκοπὸν αὐτῆς ἐθέλης ἰδεῖν, εἰς ζωὴν ἦγε. φησὶ, καὶ διὰ τοῦτο ἐδόθη· εἰ δὲ θάνατος ἐντεῦθεν ἐξῆλθε, τῶν λαθόντων τὴν ἐντολὴν τὸ ἐγκλημα, οὐ τῆς ἐπὶ τῆς ζωῆς ἀγούσης. Σαφέστερον δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ διὰ τῶν ἐξῆς ἐδήλωσεν, εἰπὼν· *Ἡ γὰρ ἀμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς, ἐξηπάτησέ με, καὶ δι' αἰτίας ἀπέκτεινεν.* Εἶδες πῶς πανταχοῦ τῆς ἀμαρτίας ἔχεται, τὸν νόμον ἀπαλλάττων κατηγορίας ἀπάσης; Διὸ καὶ ἐπήγαγε λέγων· *Ὅστε ὁ νόμος ἄγιος, καὶ ἡ ἐντολή ἀγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή.* Ἄλλ', εἰ βούλοσθε, καὶ τῶν παραποιούντων τὰς ἐξηγήσεις ταύτας εἰς μέσον τὸν λόγον ἀγάγωμεν· οὕτω γὰρ σαφέστερα ἔσται τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα. Τινὲς γὰρ ἐνταῦθα οὐ περὶ τοῦ νόμου Μωυσέως αὐτὸν φασὶ λέγειν τὰ λεγόμενα, ἀλλ' οἱ μὲν περὶ τοῦ φυσικοῦ, οἱ δὲ περὶ τῆς ἐντολῆς τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ δοθείσης. Καὶ μὴν πανταχοῦ σκόπησ' τῷ Παύλῳ τοῦτον ἀναπαύσαι τὸν νόμον, πρὸς δὲ ἐκείνους οὐδένα λόγον ἔχει· καὶ μάλα εἰκότως· τοῦτο γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι δεδοκίχτες καὶ φρίττοντες, ἐφ' ἰσχυροῦ τῇ χάριτι. Τὴν δὲ ἐντολὴν τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ οὐκ ἄν νόμον φαίνεται ποτε καλέσας, οὔτε αὐτὸς οὔτε ἄλλος οὐδεὶς. Ἴνα δὲ [551] καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν εἰρημίων τοῦτο σαφέστερον γένηται, ἐπεξέλωμεν τοῖς ῥήμασι· μικρὸν ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀναγαγόντες. Περὶ γὰρ πολιτείας ἀκριβῶς· αὐτοῖς διαλεχθεὶς, ἐπήγαγε λέγων· *Ἡ ἀγροσίτε, ἀδελφοί, ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῆ;* Ὅστε ὑμεῖς ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ. Οὐκοῦν εἰ περὶ τοῦ φυσικοῦ ταῦτα εἰρηται, εὐρεθησόμεθα νόμον μὴ ἔχοντες φυσικόν· εἰ δὲ τοῦτο ἀληθές, τῶν ἀλόγων ἔσμεν ἀνοητότεροι. Ἄλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. Περὶ γὰρ τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ οὐδὲ φιλονεικεῖν ἀναγκαῖον, ἵνα μὴ περιττὸν ἀναδεξόμεθα πόλεμον, πρὸς τὰ ὁμολογημένα ἀποδοῦμενοι. Πῶς οὖν φησὶ, *Τὴν ἀμαρτίαν οὐκ ἔγνω, εἰ μὴ διὰ νόμου;* Οὐ τὴν καθόλου λέγων ἀγνοίαν, ἀλλὰ τὴν ἀκριβεστέρην γνώσιν. Εἰ γὰρ περὶ τοῦ φυσικοῦ τοῦτο εἰρηται, πῶς ἂν τὸ ἐξῆς ἔχει λόγον; *Ἐγὼ γάρ, φησὶν, ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ.* Οὔτε γὰρ ὁ Ἀδὰμ, οὔτε ἄλλος ἄνθρωπος οὐδεὶς οὐδέποτε φαίνεται χωρὶς νόμου ζήσας φυσικόν· ὁμοῦ τε γὰρ αὐτὸν ἐπλαττεν ὁ Θεός, καὶ ἐκείνον ἐνετίθει τὸν νόμον αὐτῷ, σύνοικον ἀσφαλῆ παρακαθιστάς τῇ φύσει πάση. Χωρὶς δὲ τούτων οὐδαμῶς φαίνεται ἐντολὴν τὴν φυσικὸν νόμον καλέσας· τοῦτον δὲ καὶ ἐντολὴν, καὶ δικαίαν, καὶ ἀγίαν καλεῖ, καὶ νόμον πνευματικόν. Ὁ δὲ φυσικὸς οὐκ ἀπὸ Πνεύματος ἦμῖν ἐδόθη· καὶ γὰρ καὶ βάρβαροι καὶ Ἕλληνες καὶ πάντες ἄνθρωποι τοῦτον τὸν νόμον ἔχουσιν. Ὅθεν δῆλον, ὅτι περὶ τοῦ Μωσαϊκοῦ καὶ ἄνω καὶ κάτω καὶ πανταχοῦ διαλέγεται. Διὸ καὶ ἄγιοι αὐτὸν καλεῖ λέγων· *Ὅστε ὁ μὲν νόμος ἄγιος καὶ ἡ ἐντολή ἀγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή.* Εἰ γὰρ καὶ ἀκάθαρτοι γέγονασιν οἱ Ἰουδαῖοι μετὰ τὸν νόμον, καὶ ἰδοῦναι καὶ πλεονέκται, οὐ καταργεῖ τοῦτο τοῦ νόμου τὴν ἀρετὴν, ὥσπερ τοῦ Θεοῦ τὴν πίστιν οὐκ ἀναρρεῖ ἡ ἀπιστία αὐτῶν. Ὅστε ἐξ ἁπάντων τούτων δῆλον, ὅτι περὶ τοῦ Μωσαϊκοῦ ταῦτα διαλέγεται νόμον. *Τὸ οὖν ἀγαθόν, φησὶν, ἔμοι γέγονε θάνατος; Μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἡ ἀμαρτία, ἵνα φανῇ ἡ ἀμαρτία.* Τουτέστιν, ἵνα δεῖχθῇ ὅσον κακὸν ἡ ἀμαρτία, ἡ βλάβος προαίρεσις καὶ ἡ ἐπὶ τὸ χειρὸν ὁρμὴ, καὶ αὕτη δὲ ἡ πρῶξις καὶ ἡ διεφθαρμένη γνώμη· τοῦτο γὰρ πάντων αἰτίον τῶν κακῶν.

\* Allii, πολιτείας ἀκριβοῦς.

hic accidere videas, non in concupiscentia tantum, sed etiam in omni malitia. Nam *Si non venissem*, inquit, *et loquutus fuisset eis, peccatum non haberent* (Joan. 15. 22). Igitur hinc peccatum et poena major occasionem accepit. Et rursus de gratia Paulus disserens, ait: *Quanto putatis majori dignus supplicio erit is, qui Filium Dei conculcavit* (Hebr. 10. 29)? Ergo gravius supplicium hinc occasionem accipit, a majori nempe beneficio. Ac gentiles ideo ait inexcusabiles esse, quod ratione praediti, et creaturae pulchritudinem edocti, cum ea possint ad Creatorem deduci, sapientia Dei, ut par erat, non usi sint. Vide quomodo ubique a bonis rebus improbi majoris supplicii occasiones accipiant. Verum non ideo beneficia Dei accusabimus; sed illa postea magis admirabimur, illorumque consilia magis criminabimur, qui bonis in contrariam partem usi fuerint. Hoc itaque et circa legem faciamus. Verum illud quidem facile est; sed hanc dubitandi causa est: Quomodo ait Paulus, *Concupiscentiam nescivissem, nisi lex diceret, Non concupisces*? Si enim concupiscentiam nescivisset homo, antequam legem acciperet, undenam diluvium accidit? undenam Sodoma exusta fuit? Quid ergo sibi vult? Concupiscentiam auctam et majorem. Ideo non ait, *Effecit in me concupiscentiam, sed, Omnem concupiscentiam, vehementiam hic subindicans. Ecqua, inquit, legis utilitas, si passionem auxit*? Nulla, sed multum damnum: verum non legis culpa est, sed segnitiei eorum, qui legem acceperunt. Peccatum enim illud effecit, sed per legem; verum lege non illud, sed contrarium curante. Longe itaque fortius fuit peccatum: verum non illud legis culpa fuerit, sed illorum ingrati animi. *Absque lege enim peccatum mortuum erat*: id est, non ita notum. Sciebant enim ii, qui ante legem erant, se peccavisse, accuratius vero id noverunt post datam legem: ideoque majori erant crimini obnoxii. Neque enim perinde erat naturam accusatricem habere, atque cum natura legem etiam omnia aperte dictantem. 9. *Ego autem vivebam sine lege quondam*. Quandonam, obsecro? Ante Moysen. Vide quam nitatur ostendere, legem tam ab iis quae fecit, quam ab iis quae non fecit, humanam aggravasse naturam. Cum enim sine lege vivebam, inquit, non sic condemnabar. *Ubi autem venit mandatum, peccatum revixit*. 10. *Ego autem mortuus sum*. Hoc videtur legis accusatio esse; sed si quis accuratius examinaverit, laus ejus esse videbitur. Non enim peccatum, quod non esset, produxit, sed occultum ostendit: quod legis laus est: siquidem antea sine ullo sensu peccabant; ubi autem illa venit, si non aliud, hoc saltem lucrati sunt, quod accusate didicerint se peccavisse: quod non parum fuerit, ut sese a peccato eximerent. Quod si sese a malitia non exemerint, nihil hoc ad legem, quae pro hac re omnia fecit; sed omnis accusatio in illorum voluntatem cadit, quae praeter spem omnem corrupta fuit.

6. Non enim rationi consonum erat, quod ab iis, quae utilia esse poterant, laederentur. Ideo dicebat: *Et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam,*

*esse ad mortem*. Non dixit, *Factum est mors*, neque. *Peperit mortem*; sed, *Inventum est*, novam et inopinatam absurditatem sic explicans, et totum in illorum caput rejiciens. Si enim scopum ejus, inquit, respicere voluisses, ad vitam ducebat, et propterea datum fuerat; quod si mors inde evenit, ejus qui mandatum accepit culpa est, non vero mandati ad vitam ducentis. Clarius autem hoc ipsum per sequentia declaravit his verbis: 11. *Nam peccatum, occasione accepta per mandatum, seduxit me, et per illud occidit*. Viden' ut ubique peccatum insectatur, legem ab omni crimine liberans? Ideo subjungit: 12. *Itaque lex sancta est, et mandatum sanctum, justum et bonum*. Sed, si placet, eorum, qui has expositiones adulterant, sermonem in medium afferamus: sic enim clariora erunt quae diximus. Quidam enim dicunt ipsum non de lege Moysis hic agere; sed alii dicunt de lege naturali, alii de praeepto quod in paradiso datum est. Atqui ubique scopus Pauli est, ut hanc legem abroget, illarumque nullam habet rationem, et jure merito. Hanc enim Judaei legem timentes, et exhorrescentes, contra gratiam contendebant. Praeeptum autem in paradiso datum, nusquam visus est legem appellasse, neque ille, neque alius quispiam. Ut autem ex ipsius dictis hoc clarius evadat, verba percurramus, dicta paulo altius resumentes. Cum de vitae instituto accuratius illis loquutus fuisset, haec subjunxit: *An ignoratis, fratres, quia lex dominatur in homine quanto tempore vivit? Itaque vos mortui estis legi*. Igitur si de naturali lege id dicat, inveniatur naturalem legem non habere: quod si hoc fuerit, brutis irrationabilioribus sumus. Sed non ita se res habet, non ita certe. De lege enim in paradiso data non contendendum, ut ne inutile bellum assumamus, contra ea quae in confesso sunt nos accingentes. Quomodo igitur ait: *Peccatum non cognovissem, nisi per legem*? Non omnimodam dicit ignorantiam, sed accuratorem cognitionem intelligit. Si enim hoc de naturali lege dictum esset, quomodo sequentia rationi consentanea essent? *Ego enim, inquit, vivebam sine lege quondam*. Neque enim Adam neque quivis homo umquam videtur sine naturali lege vixisse: ubi enim illum efformavit Deus, illam ipsi legem indidit, contubernalem illam faciens universae naturae. Praeter haec autem nusquam deprehenditur legem naturalem praeeptum appellare; legem vero Moysis et mandatum et justum et sanctum vocat, et legem spirituales. Naturalis vero non a Spiritu nobis data est: nam et barbari et Graeci et omnes homines hanc legem habent. Unde palam est, illum ubique locorum de lege Mosaica disserere. Ideoque illam sanctam vocat, dicens: *Itaque lex quidem sancta est, mandatum sanctum, justum et bonum*. Licet enim Judaei post legem impuri, injusti, avari fuerint, id tamen legis virtutem non irritam fecit, ut Dei fidem non tollit eorum incredulitas. Ex his itaque omnibus planum est, hanc de lege Mosaica disserere. 13. *Quod ergo bonum erat, inquit, mihi factum est mors? Absit: sed peccatum, ut appareat peccatum*. Id est, ut ostendatur quantum malum sit peccatum, ignava voluntas.

et ad peiora impetus, ipsaque actio ac mens corrupta : hæc enim causa malorum omnium est. Auget autem illud, ostendens Christi gratiæ magnitudinem, docensque a quanto malo humanum genus liberaverit, quod malum per medicorum pharmaca pejus evadebat, et per eos qui illud arcebant, augebatur. Ideo subjungit : *Ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.* Viden' ubique quomodo huic se complicit? Et per quæ illud accusat, rursus magis ostendit legis virtutem. Neque enim parum præstitit, cum ostendit quantum malum sit peccatum, illiusque virus omne revelavit et in medium protulit: hoc enim declaravit, dicens : *Ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.* Id est, ut appareat quantum malum, quanta pernicietas sit peccatum : hoc autem per mandatum ostensum est. His excellentiam quoque gratiæ ostendit supra legem, non vero pugnam. Neque enim hoc respicias, quod ii, qui legem acceperunt, deteriores facti sunt ; sed id consideres, legem non modo non augere malitiam voluisse, sed eam quæ prius erat excindere studuisse. Quod si non potuerit, illam tamen coronato a voluntate ; Christi vero virtutem magis adora, quia tam varium, tam expugnatum difficile malum delevit, et radicitus evulsit. Cum autem peccatum audis, ne putes esse vim quamdam existentem, sed malam actionem, semper accedentem et recedentem, quæ non erat antequam fieret, et postquam facta est, rursus deletur. Ideo namque et lex data est : lex vero nunquam ad naturalium interitum datur, sed ad emendationem mali secundum voluntatem actus.

7. *Quæ naturæ coherent, non mutari possunt. Voluptas desinit in mortem, virtus in vitam.*—Hoc externi quoque legislatores sciunt, necnon universa hominum natura. Ea enim tantum coercent mala, quæ ex seguitie facta sunt, non vero ea, quæ naturæ coherentia sunt, se excindere profitentur : neque enim id fieri potest. Nam quæ naturalia sunt, immota manent, ut sæpe vobis in aliis colloquiis dixi. Quapropter his missis certaminibus, moralem rursus sermonem exequiamus : imo vero hæc illorum certaminum maxima pars est. Nam si nequitiam depellamus, virtutem inducamus ; et hinc clare ostendemus vitium non esse naturæ malum, et eos qui unde mala sint quærun, non modo verbis, sed etiam operibus poterimus ad silentium cogere, quod cum ejusdem simus naturæ, a malitia eorum exempti simus. Ne vero illud consideremus, laboriosam esse virtutem, sed potius posse illam a nobis exerceri ; si vero studeamus, eam nobis omnino facilem fore. Si autem mihi nequitiae voluptatem opponas, ejus quoque finem dico : in mortem enim illa desinit, quemadmodum virtus in vitam nos manuducit. Imo, si videtur, utramque etiam ante finem examinemus : videbimus enim nequitiam multum doloris secum ferre, virtutem vero multam voluptatem. Quid enim, quæso, miserabilius prava conscientia ? quid dulcius bona spe ? Nihil enim, nihil certe nos ita pungit et premit, ut expectatio mala : nihil ita nos erigit, ac pene volatiles reddit, ut conscientia bona : id quod ex iis, quæ

apud nos eveniunt, edisci potest. Nam ii, qui in carcere clausi tenentur, et sententiam se damnatos expectant, etiamsi abundanti cibo fruuntur, miserius vivunt, quam ii, qui per vicos stipem cogunt, nullius sibi mali conscii : expectatio namque malorum non sinit eos voluptatem, quam præ manibus habent, advertere. Ecquid de vincis loquor ? Is qui liberi sunt et divites, malorum tamen coacti, meliore conditione sunt artifices, qui ex diurno labore vivunt. Gladiatores quoque, quos in cauponis videmus ebrietati, voluptati et ventri operam dantes, omnium miserimos esse dicimus, quia longe major voluptate illa est expectatæ mortis calamitas. Quid si illis hæc vita dulcis esse videatur, memento dicti, quo vos frequenter alloquor, nihil mirum esse, si is qui in nequitia vivit, amaritudinem doloremque non fugiat. Ecce enim res ita detestanda amabilis videtur iis, qui in illa versantur. Sed non ideo illos beatos dicimus, verum hoc ipso miseros prædicamus, quod quo malorum devenerint nesciant. Quid vero dixeris de mæchis, qui propter modicam voluptatem ad indecoram servitutem, ad pecuniarum sumptum, et perpetuum timorem se dedunt, et vitam Caini subeunt, imo illa graviorem, dum et præsentia timeant et futura formidant, et amicos, inimicos, scios, inscios suspectos habent ? Ac neque cum dormiunt, ab hoc angore liberi sunt : dum mala conscientia somnia ipsis confingit terroribus plena, quibus illi pavidi torquentur. At non sic habet vir temperatus et castus, sed in tranquillitate et libertate multa hanc transigit vitam. Confer igitur modicæ voluptati multos illos terrorum fluctus, et brevi continentis labori vitæ perpetuæ tranquillitatem, et videbis hanc illa suaviorem esse. Qui vero rapere vult, et alienas invadere pecunias, annon, quæso, innumeros sustinet labores, circumcursans, servis, liberis, ostiariis adularis, terrenis, comminans, impudenter agens, vigilans, tremens, anxius, omnia suspecta habens ? At non talis est, qui pecunias contemnit : hic enim multa fruitur voluptate, in tranquillitate et securitate vitam agens. Quod si quis cæteras nequitias partes percurrerit, magnos tumultus, multos scopulos videbit. Quodque majus est, in virtute quidem prima laboriosa sunt, quæ vero sequuntur, suavia ; ita ut hinc labor minuatur : in nequitia vero secus : post voluptatem dolores et supplicia accidunt, ita ut hinc voluptas evanescat. Quemadmodum enim, qui coronas expectat, onerosa præsentia ne quidem sentit : sic is, qui post voluptatem supplicia expectat, non potest parvam lætitiæ excerpere, metu omnia turbante ; imo si quis rem accurate examinet, ante supplicium expectatum in ipso ausu suo dolorem experitur.

8. *Concupiscentiæ malum.*—Et, si placet, hoc in iis qui aliena rapiunt exploremus, vel etiam in iis, qui quomodocumque divites sunt : missisque timoribus, periculis, tremore, angore, cura, et similibus, supponamus esse quempiam sine ullo negotio divitem, et de facultatum custodia securum, quod tamen esse nequit ; attamen id supponatur ; quam ille volupta-

Αὐξεί δὲ αὐτὴν, δεικνύς τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος τὴν ὑπερβολὴν, καὶ διδάσκων οἶον κακοῦ τῆ τῶν ἀνθρώπων ἀπήλλαξε γένος, ὃ καὶ διὰ τῶν ἱατρικῶν φαρμάκων χεῖρον ἐγένετο, καὶ διὰ τῶν κωλυόντων ἠύξετο· διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· *Ἴνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἀμαρτωλὸς ἡ ἀμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς*. Εἶδες πανταχοῦ πῶς ταύτῃ συμπλέκεται; Καὶ δι' ὧν αὐτῆς κατηγορεῖ, δείκνυσαι πάλιν μερίζωνας τοῦ νόμου τὴν ἀρετὴν. Οὐδὲ γὰρ μικρὸν ἤνυσσε δείξας ὅσον ἡ ἀμαρτία κακὸν, καὶ πάντα τὸν ἴδον αὐτῆς ἐκκαλύψας, καὶ εἰς μέσον προθεῖς· τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰπὼν· *Ἴνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἀμαρτωλὸς ἡ ἀμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς*. Τουτέστιν, ἵνα φανῆ ἡλικὸν κακὸν, ἡλικὸς βλεθρὸς ἡ ἀμαρτία· τοῦτο δὲ διὰ τῆς ἐντολῆς ἐδείχθη. Ἐκ τούτων καὶ τὴν ὑπεροχὴν δείκνυσαι τῆς χάριτος πρὸς τὸν νόμον· τὴν [552] ὑπεροχὴν, οὐ τὴν μάχην. Μὴ γὰρ τοῦτο ἴδης, ὅτι χεῖρους ἐγένοντο οἱ δεξάμενοι, ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι οὐ μόνον εἰς ἐπίτασιν τὴν κακίαν ἀγαγοῦσι οὐκ ἤθελον ὁ νόμος, ἀλλὰ καὶ τὴν προϋπάρχουσαν ἐκκόψαι ἐσπούδαζεν. Εἰ δὲ οὐκ ἴσχυσε, στεφάνου μὲν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς γνώμης· προσκύνει δὲ μερίζωνας τοῦ Χριστοῦ τὴν δύναμιν, ὅτι ποικίλον οὕτω κακὸν καὶ δυσκαταγώνιστον ἠφάνισέ τε καὶ πρόρριζον ἐκτεμοῦσα ἀνέσπασεν. Ἀμαρτίαν δὲ ὅταν ἀκούσης, μὴ δύναμιν τινα ἐνυπόστατον νομίσης, ἀλλὰ τὴν πράξιν τὴν πονηρὰν, ἐπιγινομένην τε καὶ ἀπογινομένην αἶ, καὶ οὕτε πρὸ τοῦ γενέσθαι οὖσαν, καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι πάλιν ἀφανίζομένην. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ νόμος ἐδόθη· νόμος δὲ οὐδέποτε ἐπ' ἀναιρέσει τῶν φυσικῶν δίδεται, ἀλλ' ἐπὶ διορθώσει τῆς κατὰ προαίρεσιν πονηρᾶς πράξεως.

ζ'. Καὶ τοῦτο καὶ οἱ ἐξῶθεν ἴσασι νομοθέται, καὶ πᾶσα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις. Τὰ γὰρ ἐκ βῆθυμίας γινόμενα κακὰ ἀναστέλλουσι μόνον, οὐ τὰ τῆ φύσει συγκεκληρωμένα ἐπαγγέλλονται ἐκκόπτειν· οὐδὲ γὰρ δυνατὸν. Τὰ γὰρ τῆς φύσεως ἀκίνητα μένει, ὃ πολλάκις πρὸς ὑμᾶς καὶ ἐν ἐτέραις εἴρηκα διαλέξεσι. Διόπερ τοὺς ἀγῶνας τούτους ἀφέντες, τὸν ἡθικὸν πάλιν γυμνάσωμεν λόγον· μᾶλλον δὲ καὶ τοῦτο τὸ μέρος τῶν ἀγῶνων ἐκεῖνων ἐστίν. Ἄν γὰρ κακίαν ἐκβάλ[λ]ωμεν, καὶ ἀρετὴν εἰσαγάγωμεν· καὶ διὰ τούτων σαφῶς διδάξομεν, ὅτι οὐ φύσει πονηρὸν ἡ κακία, καὶ τοὺς ζητοῦντας πῶθεν τὰ κακὰ, οὐκ ἀπὸ λόγων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν πραγμάτων δυνησόμεθα βραδίως ἐπιστομίσει, τῆς μὲν αὐτῆς κοινωνοῦντες αὐτοῖς φύσεως, ἀπηλλαγμένοι δὲ τῆς πονηρίας αὐτῶν. Μὴ γὰρ τοῦτο δὴ ἴδωμεν, ὅτι ἐπίπονον ἡ ἀρετὴ, ἀλλ' ὅτι κατορθωθῆναι δυνατόν· ἐὰν δὲ σπουδάσωμεν, καὶ κοῦφον ἡμῖν ἔσται καὶ εὐκόλον. Εἰ δὲ τὴν ἡδονὴν μοι λέγεις τῆς κακίας, λέγε καὶ τὸ τέλος αὐτῆς· εἰς γὰρ θάνατον αὕτη καταστρέφει, καθάπερ ἡ ἀρετὴ εἰς ζωὴν ἡμᾶς χειραγωγεῖ. Μᾶλλον δὲ, εἰ δοκεῖ, καὶ πρὸ τοῦ τέλους· ἐκότερον αὐτῶν ἐξετάσωμεν· ὁφόμεθα γὰρ τὴν μὲν κακίαν πολλὴν ἔχουσαν τὴν ὀδύνην, τὴν δὲ ἀρετὴν τὴν ἡδονὴν. Τί γὰρ ἀλγεινότερον, εἰπέ μοι, συνειδότης πονηροῦ; τί δὲ ἤξιον ἐλπίδος χρηστῆς; Οὐδὲν γὰρ οὕτως, οὐδὲν κόπτειν ἡμᾶς εἴωθεν καὶ πιέζειν, ὡς προσδοκία πονηρᾶ· οὐδὲν οὕτως ἀνέχει, καὶ μικροῦ πέτεσθαι ποιεῖ, ὡς συνειδὸς ἀγαθόν. Καὶ τοῦτο ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν γινόμενων ἔστι καταμαθεῖν. Τῶν γὰρ διὰ τοῦ στενωποῦ χωροῦντων ἐπαιτῶν, καὶ μηδὲν ἐαυτοῖς συνειδότης πονηρῶν, οἱ τὸ δεσμοτήριον οἰκοῦντες καὶ καταδίκην ἀναμένοντες, κἂν μυρία τροφῆς ἀπολαύσωσιν, ἀλγεινότερον ζῶσιν· ἡ γὰρ προσδοκία τῶν δεινῶν οὐκ ἀφήσει τῶν ἐν χερσίν ἡδέων αἰσθάνεσθαι. Καὶ τί λέγω τοὺς δεσμώ-

τας; Τῶν γὰρ ἐξω διατριβόντων καὶ πλουτοῦντων πονηρὰ τε συνειδότης ἐαυτοῖς, ἀμεινόν εἰσι πολλῶν διακείμενοι οἱ κάμνοντες χειροτέχναι, καὶ δι' ὅλης ἡμέρας πόνοις συζῶντες. Καὶ τοὺς μονομάχους δὲ διὰ τοῦτο ταλανίζομεν· [553] καίτοι γε ἐν καπηλείαις ὄρυντες μεθούοντας, τρυφῶντας, γαστριζομένους, καὶ πάντων ἀθλιωτέρους εἶναι φαμεν, ὅτι πολλῶν μεζῶν τῆς ἡδονῆς ἐκείνης ἢ τῆς προσδοκωμένης τελευτῆς συμφορὰ. Εἰ δὲ ἐκεῖνοις ἡδὺς οὗτος ὁ βίος εἶναι δοκεῖ, ἀναμνήσθητε τοῦ λόγου, οὐ συνεχῶς λέγω πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐδὲν θαυμαστὸν μὴ φυγεῖν κακίας πικρίαν καὶ λύπην ἐν κακίᾳ ζῶντα. Ἴδου γὰρ πρᾶγμα οὕτως ἐπάρατον ἐπέραστον τοῖς μετιοῦσιν εἶναι δοκεῖ. Ἄλλ' οὐ διὰ τοῦτο αὐτοὺς μακαρίζομεν, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ταλανίζομεν, ὅτι οὐδὲ οἱ τῶν κακῶν εἰσιν, ἴσασι. Τί δὲ ἂν εἴποις περὶ τῶν μοιχῶν, οἱ διὰ μικρὰν ἡδονὴν καὶ δουλείαν ἀπρεπῆ καὶ χρημάτων δαπάνην καὶ φόβον διηνεκῆ, καὶ βίον ἀπλῶς τὸν τοῦ Κἄιν ὑπομένουσι, μᾶλλον δὲ καὶ ἐκεῖνου πολλῶν χαλεπότερον, καὶ τὰ παρόντα δεδοικότες καὶ τὰ μέλλοντα τρέμοντες, καὶ φίλους καὶ ἐχθροὺς ὑποπτεύοντες, καὶ τοὺς εἰδότες καὶ τοὺς μηδὲν εἰδότες; Καὶ οὐδὲ ἤνικα ἂν καθεύδωσι, ταύτης ἀπαλλάττονται τῆς ἀγωνίας, τοῦ πονηροῦ συνειδότης ὄνειρατα πολλῶν γέμοντα φόβων ἀναπλάττοντος αὐτοῖς, καὶ ἐκδειματοῦντος οὕτως. Ἄλλ' οὐχὶ ὁ σώφρων τοιοῦτος, ἀλλ' ἐν ἀνέσει καὶ ἐλευθερίᾳ πολλῆ τὸν παρόντα διάγει βίον. Ἀντίστησον τοίνυν τῇ μικρᾷ ἡδονῇ τὰ πολλὰ κύματα τῶν φόβων τούτων, καὶ τῷ βραχεῖ πόνῳ τῆς ἐγκρατείας τὴν γαλήνην τῆς διηνεκοῦς ζωῆς, καὶ ὅψει ταύτην ἐκείνης οὖσαν ἡδῶ. Ὁ δὲ ἀρπάζειν βουλόμενος, εἰπέ μοι, καὶ τοῖς ἄλλοτριῶς ἐπιτίθεσθαι χρήμασιν, οὐχ' ἰμυρίου ὑπομένει πόνους, περιτρέχων, κολακίζων δούλους, ἐλευθέρους, θυρωροὺς, φοδῶν, ἀπειλῶν, ἀναίτητων, ἀγρυπνῶν, τρέμων, ἀγωνιῶν, ὑφορώμενος ἅπαντα; Ἄλλ' οὐχὶ ὁ χρημάτων καταφρονῶν τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ οὗτος πάλιν πολλῆς ἀπολαύει τῆς ἡδονῆς, ἐν ἀδείᾳ ζῶν καὶ μετὰ ἀσφαλείας ἀπάτης. Καὶ τὰ ἄλλα δὲ εἰ τις ἐπέλθοι τῆς κακίας μέρη, πολὺν τὸν θόρυβον ὄφεται, πολλοὺς τοὺς σκοπέλους. Καὶ τὸ δὴ μερίζον, ὅτι ἐπὶ μὲν τῆς ἀρετῆς πρῶτα μὲν τὰ ἐπίπονα, μετὰ δὲ ταῦτα τὰ ἡδέα· ὥστε καὶ ταύτῃ τὸν πόνον κουφίζεσθαι· ἐπὶ δὲ τῆς κακίας ἀντιστρόφως· μετὰ τὴν ἡδονὴν αἱ ὀδύνας καὶ αἱ κολάσεις· ὥστε καὶ ἐντεῦθεν τὴν ἡδονὴν ἀφανίζεσθαι. Ὡσπερ γὰρ ὁ στεφάνους ἀναμεινῶν, οὐδενὸς αἰσθάνεται τῶν παρόντων φορτικῶν· οὕτως ὁ μετὰ τὴν ἡδονὴν κολάσεις προσδοκῶν, οὐ δύναται καρποῦσθαι καθαρὰν εὐφροσύνην, τοῦ φόβου πάντα διαταράττοντος. Μᾶλλον δὲ, εἰ τις ἀκριβῶς ἐξετάσει, καὶ πρὸ τῆς κολάσεως τῆς ἐπὶ τούτοις κειμένης πολλὴν καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τολμᾶσθαι τὴν κακίαν ὀδύνην εὐροῖ τις ἂν γινόμενην.

η'. Καὶ εἰ δοκεῖ, τοῦτο ἐπὶ τῶν τὰ ἄλλοτρια ἀρπαζόντων ἐξετάσωμεν, ἡ καὶ τῶν ὀπωσοῦν χρήματα περιβαλλομένων· καὶ φόβους ἀποστήσαντες καὶ κινδύνους καὶ τρόμον καὶ ἀγωνίαν καὶ φροντίδα καὶ πάντα ταῦτα, ὑποθώμεθα εἶναι τινα ἀπραγμόνους πλουτοῦντα, καὶ περὶ τῆς φυλακῆς τῶν δυντῶν θαρροῦντα, ὅπερ ἀμήχανον, πλὴν ἀλλ' ὁμως κείσθω τῷ λόγῳ· ποίαν οὖν οὗτος καρπώσεται ἡδονὴν; Ὅτι πολλὰ [554] περιεβάλ[λ]ητο; Ἄλλ' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο οὐκ ἀφήσιν αὐτὸν εὐφραίνεσθαι· ἔως γὰρ ἂν τῶν ἐτέρων πλείονων ἐπιθυμῆ. ἐπιτείνεται τὰ τῆς βασάνου. Ἢ γὰρ ἐπιθυμία ἔσται τῆς, τότε παρ

et ad peiora impetus, ipsaque actio ac mens corrupta : hæc enim causa malorum omnium est. Auget autem illud, ostendens Christi gratiæ magnitudinem, docensque a quanto malo humanum genus liberaverit, quod malum per medicorum pharmaca pejus evadebat, et per eos qui illud arcebant, augebatur. Ideo subjungit : *Ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum*. Viden' ubique quomodo huic se complicit? Et per quæ illud accusat, rursus magis ostendit legis virtutem. Neque enim parum præstitit, cum ostendit quantum malum sit peccatum, illiusque virus omnerevelavit et in medium protulit: hoc enim declaravit, dicens: *Ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum*. Id est, ut appareat quantum malum, quanta pernicies sit peccatum: hoc autem per mandatum ostensum est. His excellentiam quoque gratiæ ostendit supra legem, non vero pugnam. Neque enim hoc respicias, quod ii, qui legem acceperunt, deteriores facti sunt; sed id consideres, legem non modo non augere malitiam voluisse, sed eam quæ prius erat excindere studuisse. Quod si non potuerit, illam tamen coronato a voluntate; Christi vero virtutem magis adora, quia tam varium, tam expugnatum difficile malum delevit, et radicibus evulsit. Cum autem peccatum audis, ne putes esse vim quamdam existentem, sed malam actionem, semper accedentem et recedentem, quæ non erat antequam fieret, et postquam facta est, rursus deletur. Ideo namque et lex data est: lex vero nunquam ad naturalium interitum datur, sed ad emendationem mali secundum voluntatem actus.

7. *Quæ naturæ coherent, non mutari possunt. Voluptas desinit in mortem, virtus in vitam.*—Hoc externi quoque legislatores sciunt, necnon universa hominum natura. Ea enim tantum coercent mala, quæ ex sequitæ facta sunt, non vero ea, quæ naturæ coherentia sunt, se excindere profitentur: neque enim id fieri potest. Nam quæ naturalia sunt, immota manent, ut sæpe vobis in aliis colloquiis dixi. Quapropter his missis certaminibus, moralem rursus sermonem excutiamus: imo vero hæc illorum certaminum maxima pars est. Nam si nequitiam depellamus, virtutem inducamus; et hinc clare ostendemus vitium non esse naturæ malum, et eos qui unde mala sint quærent, non modo verbis, sed etiam operibus poterimus ad silentium cogere, quod cum ejusdem simus naturæ, a malitia eorum exempti simus. Ne vero illud consideremus, laboriosam esse virtutem, sed potius posse illam a nobis exerceri; si vero studeamus, eam nobis omnino facilem fore. Si autem mihi nequitiae voluptatem opponas, ejus quoque finem dico: in mortem enim illa desinit, quemadmodum virtus in vitam nos manuducit. Imo, si videtur, utramque etiam ante finem examinemus: videbimus enim nequitiam multum doloris secum ferre, virtutem vero multam voluptatem. Quid enim, quæso, miserabilis prava conscientia? quid dulcius bona spe? Nihil enim, nihil certe nos ita pungit et premit, ut expectatio mala: nihil ita nos erigit, ac pene volatiles reddat, ut conscientia bona: id quod ex iis, quæ

apud nos eveniunt, edisci potest. Nam ii, qui in carcere clausi tenentur, et sententiam se damnantem expectant, etiamsi abundanti cibo fruuntur, miserius vivunt, quam ii, qui per vicus stipem cogunt, nullius sibi mali conscii: expectatio namque malorum non sinit eos voluptatem, quam præ manibus habent, advertere. Ecquid de victis loquor? Is qui liberi sunt et divites, malorum tamen conscii, meliore conditione sunt artifices, qui ex diurno labore vivunt. Gladiatores quoque, quos in cauponis videmus ebrietati, voluptati et ventri operam dantes, omnium miserrimos esse dicimus, quia longe major voluptate illa est expectatæ mortis calamitas. Quod si illis hæc vita dulcis esse videatur, memento dicit, quo vos frequenter alloquor, nihil mirum esse, si is qui in nequitia vivit, amaritudinem doloremque non fugiat. Ecce enim res ita detestanda amabilis videtur iis, qui in illa versantur. Sed non ideo illos beatos dicimus, verum hoc ipso miseros prædicamus, quod quo malorum devenerint nesciant. Quid vero dixeris de mœchis, qui propter modicam voluptatem ad indecoram servitutem, ad pecuniarum sumptum, et perpetuum timorem se dedunt, et vitam Caini subeunt, imo illa graviores, dum et præsentia timent et futura formidant, et amicos, inimicos, scios, inscios suspectos habent? Ac neque cum dormiunt, ab hoc angore liberi sunt: dum mala conscientia somnia ipsis confingit terroribus plena, quibus illi pavidi torquentur. At non sic habet vir temperatus et castus, sed in tranquillitate et libertate multa hanc transigit vitam. Confer igitur modicæ voluptati multos illos terrorum fluctus, et brevi continentæ labori vite perpetuæ tranquillitatem, et videbis hanc illa suaviorem esse. Qui vero rapere vult, et alienas invadere pecunias, annon, quæso, innumeros sustinet labores, circumcursans, servis, liberis, ostiariis adultans, terrens, comminans, impudenter agens, vigilans, tremens, anxius, omnia suspecta habens? At non talis est, qui pecunias contemnit: hic enim multa fruitur voluptate, in tranquillitate et securitate vitam agens. Quod si quis cæteras nequitiae partes percurrerit, magnum tumultum, multos scopulos videbit. Quodque majus est, in virtute quidem prima laboriosa sunt, quæ vero sequuntur, suavia; ita ut hinc labor minuatur: in nequitia vero secus: post voluptatem dolores et supplicia accidunt, ita ut hinc voluptas evanescat. Quemadmodum enim, qui coronas expectat, onerosa præsentia ne quidem sentit: sic is, qui post voluptatem supplicia expectat, non potest parvam lætitiæ excerpere, metu omnia turbante; imo si quis rem accurate examinet, ante supplicium expectatum in ipso ausu suo dolore experitur.

8. *Concupiscentiæ malum.*—Et, si placet, hoc in iis qui aliena rapiunt exploremus, vel etiam in iis, qui quomodocumque divites sunt: missisque timoribus, periculis, tremore, angore, cura, et similibus, supponamus esse quempiam sine ullo negotio divitem, et de facultatum custodia securum, quod tamen esse nequit; attamen id supponatur; quam ille voluptatem

8. Ἴνα γὰρ μὴ λέγῃ τις, Σὺ οὖν ὁ λαὸς εἶ; καὶ εἰπεῖ δὴ σὺ ἐκλήθης, τὸ ἔθνος ἐκλήθη; ἐπήγαγεν· *Ὁὐκ ἀπώσατο τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὃν προέβην.* Ὡσαυτὸς ἔλεγεν· Ἐγὼ μετ' ἐμοῦ τρισχιλίους, ἔγω μετ' ἐμοῦ πεντακισχιλίους, ἔγω μυριοὺς. Τί οὖν; ὁ λαὸς εἰς τρισχιλίους καὶ πεντακισχιλίους καὶ μυριοὺς περιέστη τὸ σπέρμα ἐκείνο τὸ μιμούμενον τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ τὴν ἄμμον τὴν θαλαττίνην; καὶ οὕτως ἡμᾶς ἀπατᾶς καὶ παραλογίῃ, τὸν λαὸν ἅπαντα σαυτὸν τιθεῖς, καὶ τοὺς ὀλίγους τοὺς μετὰ σοῦ; καὶ κεναῖς ἡμᾶς ἐφύσθησας ἐλπίσι τὴν ἐπαγγελίαν πεπληρωθῆαι λέγων, πάντων ἀπολλυμένων, καὶ εἰς ὀλίγους τῆς σωτηρίας περιστάσης; Κόμπος τὰῦτα καὶ τύφος, καὶ οὐκ ἀνασχοίμεθα τῶν σοφισμάτων τούτων. Ἴν' οὖν μὴ ταῦτα λέγωσιν, ὅρα πῶς διὰ τῶν ἐξῆς τὴν λύσιν ἐπάγει, τὴν μὲν ἀντιθεσὶν οὐ θεῖς, πρὸ δὲ τῆς ἀντιθέσεως τὴν λύσιν αὐτῆς ἀπὸ παλαιᾶς ἱστορίας κατασκευάζων. Τίς οὖν ἡ λύσις; *Ὁὐκ οἴδατε ἔν Ἡλίῳ, φησὶ, τί λέγει ἡ Γραφή;* ὡς ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ κατὰ τοῦ Ἰσραήλ; *Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, τὰ θυσιαστήρια σου κατέσκαψαν· κἀγὼ ὑπελείψω ἕνα μόνον, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχὴν μου.* Ἄλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμὸς; *Κατέλιπον ἑμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἀνδρας, οἵτινες οὐκ ἐκαμψαν ῥόνον τῇ Βαβυλῶνι.* Ὁὐτως οὖν καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ *λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν.* Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· οὐκ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν· εἰ γὰρ ἀπώσατο, οὐδένα ἂν ἐδέξατο· εἰ δὲ ἐδέξατό τινας, οὐκ ἀπώσατο. Καὶ μὴν, φησὶν, εἰ μὴ ἀπώσατο, πάντας ἂν ἐδέξατο. Οὐδαμῶς. Καὶ γὰρ ἐπὶ Ἡλίῳ ἐν ἑπτακισχιλίοις περιέστη τὰ τῆς σωτηρίας, καὶ νῦν δὲ εἰκὸς πολλοὺς εἶναι τοὺς πεπιστευκότας. Εἰ δὲ ἀγνοοῖτε ὑμεῖς, θαυμαστὸν οὐδὲν, ἐπεὶ καὶ ὁ προφήτης ἐκείνος, ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικούτος ἀνὴρ, ἠγνόει· ἀλλ' ὁ Θεὸς ὑποκινῶν τὰ ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ προφήτου ἀγνοοῦντος. Σκόπει δὲ αὐτοῦ σύνοσις, πῶς ἐν τῷ κατασκευάζειν τὸ προκειμένον, λανθάνοντως τὴν κατηγορίαν αὐτῶν ἀθεῖ. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ πάσης ἐμνήσθη τῆς μαρτυρίας, ἵνα αὐτῶν ἐκπομπέουση τὴν ἀγνωμοσύνην, καὶ δείξῃ τοιοῦτους ἄνωθεν ὄντας. Εἰ [656] γὰρ μὴ τοῦτο ἦθελεν, ἀλλ' ἐν μόνον δεῖξει ἐσπούδαζεν, ὅτι ἐν τοῖς ὀλίγοις ὁ λαὸς, εἶπεν ἂν, ὅτι καὶ ἐπὶ Ἡλίῳ ἑπτακισχιλιοὶ ὑπελείφθησαν· νυνὶ δὲ ἄνωθεν ἀναγινώσκει τὴν μαρτυρίαν ἤσασαν. Πανταχοῦ γὰρ ἐσπούδαζε δεῖξαι οὐδὲν ξένον ποιήσαντας ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ τὰ συνήθη καὶ μεμελετημένα. Ἴνα γὰρ μὴ λέγωσιν, ὅτι Ὡς πλάνον ἀνεύλομεν τὸν Χριστὸν, καὶ ὡς ἀπατεῶνας διώκομεν τοὺς ἀποστόλους, παράγει τὴν μαρτυρίαν τὴν λέγουσαν· *Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήρια σου κατέσκαψαν.* Εἶτα, ὡς τε μὴ ποιῆται τὸν λόγον ἐπαχρῶς, ἐπεὶ καὶ τῆς

μαρτυρίας παραγωγῇ περιτίθεισιν αἰτίαν. Ὁὐ γὰρ ἐς προσηγομένως αὐτῶν κατηγορησάμενος βουδόμενος πράγει, ἀλλ' ὡς ἑτέρα τινα ἀποδείξει σπουδάξων· μὴ ἀποστρεφῆι πάσης αὐτοὺς συγγνώμης καὶ ἀπὸ τῆς ἐμπροσθεν γεγενημένων. Ὅρα γὰρ πῶς ἐπιταρῆν ἡ κατηγορία καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου γίνεται. Οὐδὲ γὰρ Παῦλός ἐστιν ὁ κατηγορῶν, οὐδὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης καὶ Ἰωάννης, ἀλλ' ὁ μάλιστα πάντων παρ' αἰπῆς θαυμασθεῖς, τῶν προφητῶν τὸ κεφάλαιον, ὁ τῷ Θεῷ φίλος, ὁ ὑπὲρ αὐτῶν οὕτω ζηλώσας, ὡς καὶ λιπὴν παραδοθῆναι, ὁ μέχρι σήμερον μηδέπω τελευτησῆς. Τί οὖν οὕτως φησὶ; *Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήρια σου κατέσκαψαν, καὶ ὑπελείφθη ἕνα μόνον, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχὴν μου.* Τί τῆς θηρωδίας ταύτης ὠμότερον γίνονται; ἂν; Δέον γὰρ παρακαλεῖν ὑπὲρ τῶν ἔδη εὐχρημεληθέντων, οἳ δὲ καὶ αὐτὸν ἐβούλοντο ἀκλιθῆναι, ὅπερ ἅπαντα πάσης ἀπεστέρει συγγνώμης αἰτίαι. Οὐδὲ γὰρ τοῦ λιμοῦ κρατυνόντος, ἀλλὰ τῆς εὐστρεφῆς γενόμενης, καὶ τῆς αἰσχύνης λυθείσης, καὶ τῶν ἐμμένων καταισχυθέντων, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δεηθείσης δυνάμεως, καὶ τοῦ βασιλέως ὑποκύψαντος, ἐτόλμησεν ταῦτα ἐκείνοι, ἀπὸ φόβου εἰς φόβους μεταβαίνοντες, καὶ τοὺς διδασκάλους καὶ διορθοῦντας αὐτῶν φρονήτων ἀναιροῦντες. Τί γὰρ ἂν ἔχουεν εἰπεῖν; ἢ καὶ ἐκείνοι πλάνοι; μὴ καὶ ἐκείνων οὐκ ἦθελεν πόθεν ἦσαν; Ἄλλ' ἐλύπου ὑμᾶς; Ἄλλὰ καὶ χριστὸς ἔλεγον. Τί δὲ καὶ τὰ θυσιαστήρια; μὴ καὶ τὰ θυσιαστήρια ἐλύπει; μὴ καὶ αὐτὰ παρώξυνεν; Ὅρα πῶς φιλονεικίας, πόσης ὑβρεως ἐξήνεγκαν δεῖ δείγματα. Διὰ τοῦτο καὶ ἀλλαγὴν φησὶν ὁ Παῦλος, *Θεσσαλονικεῖσι γράφων· τὰ αὐτὰ ἐπάθετε καὶ ἡμεῖς ἐν τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτενῶντων καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας, καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων, καὶ τῷ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ κατὰ ἀνθρώποις ἐναντίων.* Ὅπερ οὖν καὶ ἐνταυθα φησὶν, ὅτι καὶ τὰ θυσιαστήρια κατέσκαψαν, καὶ πῶς προφήτας ἀνέλιπον. Ἄλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμὸς; *Κατέλιπον ἑμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἀνδρας, οἵτινες οὐκ ἐκαμψαν ῥόνον τῇ Βαβυλῶνι.* Τί οὖν ἐκείνα πρὸς τὰ παρόντα, φησὶ; Καὶ σφόδρα μὲν οὖν πρὸς τὰ παρόντα. Δείκνυσιν γὰρ ἐντεῦθεν, ὅτι τοὺς ἀξίους δεῖ σώζειν ὁ Θεὸς εἰσθε, κἀν πρὸς ἅπαν [657] τὸ ἔθνος ἡ ἐπαγγελία κειμένη. Καὶ τοῦτο ἄνωθεν ἔδειξε δι' ὧν ἔλεγεν· *Ἐὰν ἦ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡσεὶ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ ἐγκατάλειμμα σωθήσεται· καὶ, εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπον ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σδομα ἂν ἐγενηθῆμεν.* Δείκνυσιν δὲ καὶ ἐντεῦθεν· διὰ καὶ ἐπάγει λέγων· *Ὁὐτως καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν.*

ε. Ὅρα ἐκάστην λέξιν τὴν οἰκείαν εὐγένειαν διασφραζομένην, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν καὶ τὴν τῶν σωζομένων εὐγνωμοσύνην ἐμφαίνουσιν. Τῷ μὲν γὰρ εἰπεῖν, *Ἐκλογὴν*, εἰδείξεν ἐκείνων τὴν δοκιμὴν· τῷ δὲ εἰπεῖν, *Χάριτος*, εἰδείξεν τοῦ Θεοῦ τὴν δωρεάν. *Εἰ δὲ χάριτι, οὐκέτι ἐξ ἔργων, ἐπεὶ ἡ χάρις οὐδέποτε ἐστὶ χάρις.* Εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκέτι ἐστὶ χάρις, ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκέτι ἐστὶν ἔργον. Πάλιν ἐπιτηρῶν τῇ φιλονεικίᾳ τῶν Ἰουδαίων μετὰ τῶν εἰρημένων, καὶ ἐνταυθα ἐναντιοῦται, καὶ ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἀποστρεφῆι συγγνώμης. Οὐδὲ γὰρ ἔχετε, φησὶν, εἰπεῖν, ὅτι

4 Duo miss. ἀπατεῶνες.

nus meas ad populum non credentem et contradicentem : et, *Provocato vos in non gente* ; non contentus, quod negasset et dixisset, *Absit*, illud rursus resumens probat, et dicit, 2. *Non repulit Deus populum suum*. Atqui illud non est probatio, inquires, sed negatio. Vide igitur probationem priorem et sequentem. Prima quidem erat probare, se quoque ex illis esse : si vero Deus illos repulsurus fuisset, non illum ex hoc genere elegeret, qui prædicationem totam et res totius orbis concediturus erat, atque mysteria omnia, et œconomiam universam. Hæc ergo una est probatio : secunda sequitur, cum dicit : *Populum, quem ante cognoverat* ; id est, quem clare sciebat idoneum esse, et fidem esse accepturum. Nam ter mille et quinque mille et innumeri ex illis crediderant.

4. Ne quis enim diceret : Tunc populus es ? et Quia tu vocatus fuisti, populum dicis fuisse vocatum ? subdidit : *Non repulit populum suum, quem ante cognoverat*. Ac si diceret, Mecum habeo ter mille, quinque mille, et decies mille. Quid ergo ? an in tribus millibus, quinque millibus, decies millibus, consistet semen illud, quod stellas cæli et arenam maris numero æquabat ? et sic nos decipis et circumvenis, cum teipsum et paucos, qui tecum sunt, pro toto populo ponis ; et vana nos inflasti spe, promissionem impletam esse dicens, cum omnes pene perierint et ad paucos salus pervenerit ? Hæc jactantia et fastus sunt : neque hæc sophismata ferre possumus. Ne itaque illa dicerent, vide quomodo per sequentia solutionem afferat, objectionem quidem non ponens, sed, ante illam, solutionem ejus ex veteri historia adstruens. Quænam est igitur solutio ? *An nescitis in Elia quid dicit Scriptura ? quomodo interpellat Deum adversus Israel ?* 3. *Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt : et ego relictus sum solus, et quærunt animam meam* (3. Reg. 19. 10). 4. *Sed quid dicit ei divinum responsum ? Reliqui mihi septem millia, qui non curvaverunt genu ante Baal*. 5. *Sic igitur et in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ fuerunt*. Ac si diceret : Non repulit Deus populum : si enim repulisset, neminem suscepisset ; si vero quosdam suscepit, non repulit. Atqui, inquires, nisi repulisset, omnes suscepisset. Nequaquam : nam Eliæ tempore in septem millibus salus conclusa est ; et nunc verisimile est multos esse qui credunt. Quod si id vos ignoratis, nihil mirum, quando et propheta ille, talis tantusque vir, ignorabat ; sed Deus, ipso ignorante propheta, res suas dispensabat. Perpende autem apostoli prudentiam, quomodo dum propositum suum probat, Judæorum accusationem latenter augeat. Ideoque totum illud testimonium memorat, ut illorum ingratum animum palam faciat, ostendatque illos jam olim tales fuisse. Nisi enim hoc voluisset, sed unum tantum monstrare studuisset, quod in paucis comprehensus esset populus, dixisset utique etiam Eliæ tempore septem mille relictos fuisse : nunc autem a principio testimonium totum legit. Ubique enim ostendere studet, nihil illos novi circa Christum et apostolos fecisse, sed quæ consue-

verant et meditati erant. Ne dicerent enim, Christum ut deceptorem occidimus, et ut fraudulentos persequimur apostolos ; profert testimonium quod dicitur : *Domine, prophetas tuos occiderunt, et altaria tua suffoderunt*. Deinde ne sermo onerosus esset, alteram adducto testimonio addit causam. Neque illam præcipue adducit, quasi illos incusare velit, sed quasi alia quædam velit probare, illosque omni privat venia, vel ab iis quæ prius facta fuerant. Vide namque quam sit vehemens accusatio etiam a prophætæ persona. Neque enim Paulus est qui accusat, neque Petrus nec Jacobus nec Joannes, sed is qui apud illos maxime omnium in admiratione erat, et caput prophetarum, Dei amicus, qui tanto zelo pro illis repletus erat, ut fami traderetur, qui nondum ad hodiernum usque diem mortuus est. Quid igitur hic ait ? *Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua subverterunt, et ego relictus sum solus, et quærunt animam meam*. Quid hac feritate crudelius esse possit ? Cum enim pro sceleribus jam ab se perpetratis precari oportuisset, illi etiam ipsum interficere volebant : quæ omnia illos ab omni prorsus venia excludebant. Neque enim fame prævalente, sed reddita fertilitate, sublato pudore, dæmonibus turpiter profligatis, Deique demonstrata potentia, ac ipso rege succumbente, hæc illi ausi sunt, a cædibus ad cædes properantes, atque doctores suos, qui se corrigere nitentur, occidentes. Quid enim dicere possint ? num quod et illi deceptores essent ? num quod nescirent unde essent ? At vobis molestiam intulerunt ? Verum illi salubria dixere vobis. Cur etiam altaria adorti estis ? an altaria vos læserunt ? an ad iram concitarunt ? Vide quantæ proterviæ, quantæ contumeliæ semper exempla dederint. Ideo alibi Paulus hæc ad Thessalonicenses scribit : *Eadem passi estis, et vos a propriis contribulibus, quæ ipsi a Judæis, qui et Dominum occiderunt et prophetas suos, nosque persecuti sunt, ac Deo non placent, hominibusque adversantur* (1. Thess. 2. 14. 15). Id quod etiam hic dicit : quod altaria diruerint et prophetas occiderint. Sed quid dicit illi oraculum ? *Reliqui mihi septem millia viro- rum, qui genua non flexerunt ante Baal* (3. Reg. 19. 18). At, inquires, quid hæc ad præsentia ? Plurimum sane ad institutum nostrum : illa cum præsentibus admodum consonant. Hinc enim probat Deum semper, etsi gentem totam promissio spectet, illos tantum, qui digni sunt, salute donare. Hoc jam supra ostendit cum dixit : *Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquæ salvabuntur* ; et, *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus* (Rom. 9. 27, 29). Ex his quoque illud ostendit, ideoque subjungit : 5. *Sic et in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ factæ sunt*.

5. Vide quomodo quæque lectio suam servet nobilitatem, ac Dei gratiam et eorum qui salute donantur probitatem commonstret. Cum enim dicit *Electionem*, illorum probitatem ostendit ; cum autem addit, *Gratiæ, Dei donum*. 6. *Si autem gratia, jam non ex operibus : alioquin gratia jam non esset gratia*.



Si vero ex operibus, jam non gratia, siquidem et opus jam non erit opus. Rursum ex his dictis Judæorum contentioni occurrit, illisque adversatur, omni exclusos venia declarans. Non enim, inquit, p̄stestis dicere: Prophetæ quidem vocarunt, Deus hortatus est, res ipsæ clamabant, et ad nos pertrahendos æmulatione ipsa satis erat: verum onerosa jussa erant, kleoque non potuimus accedere, quia opera et gesta requirebantur, ipsaque laboriosa: hoc obtendere non potestis. Quomodo enim hæc a vobis exegisset Deus, queis gratia sua obscurata fuisset? Hæc vero dixit ut ostenderet se illorum salutem admodum desiderare. Neque enim ipsis salus facile obtigisset tantum; sed etiam id Deo maximæ gloriæ fuisset, quo benignitatem suam ostensurus erat. Cur ergo accedere timuisti, cum abs te opera non exigentur? cur contendis et digladiaris, gratia proposita, et legem mihi temere profers? neque enim ex illa salutem consequeris, et donum labefactas. Si enim ex illa te servari posse contendas, hanc Dei gratiam tollis. Deinde ne putarent rem esse peregrinam, prolata illa septem millia virorum ex gratia salutem nacta esse dicit. Cum enim dicit, etiam hoc tempore reliquias secundum electionem gratiæ esse, ostendit illos etiam ex gratia salvos fuisse; neque hinc tantum probatur, sed etiam quod dicat: *Reliqui mihi ipsi*: nam hinc declarat se majorem partem intulisse. Si per gratiam, inquires, cur non omnes salute donamur? Quia non vultis: gratia quippe, licet gratia sit, volentes se servat, non nolentes, qui ipsi perpetuo adversantur, ipsamque propulsant. Viden' quomodo illud semper probet, *Non autem quod verbum Dei exciderit* (Rom. 9. 6), ostendens promissionem ad eos qui digni erant pertigisse: atque hos, licet pauci sint, esse posse populum Dei. Quamquam initio Epistolæ, id cum majore vehementia posuerit, dicens: *Quid enim, si quidam non crediderunt* (Rom. 3. 3)? neque hic gradum sistens, sed addens: *Sit autem Deus verax, omnis autem homo mendax*. Et nunc rursum id alia ratione probat, gratiæque vim ostendit: et semper alios quidem servari, alios perire dicit. Gratias ergo illi agamus, quod ex servatorum numero simus, quodque cum non possemus ex operibus salutem nancisci, ex Dei dono servati simus. Neque verbis tantum gratias agamus, sed etiam operibus et gestis. Hæc quippe sincera est gratiarum actio, cum ea facimus, queis Deus cum gloria celebrandus est; cum illa fugimus, a quibus erepti sumus. Etenim si, postquam regem contumelia affectimus, loco meriti supplicii honore donati, rursum ipsi contumeliam inferamus, ob animum summe ingratum extremas jure dabimus pœnas, et longe majores quam alias prius debitas. Prima quippe contumelia non perinde nos ingratos exhibuit, atque illa, quam post honorem et redintegratam gratiam intulimus. Fugiamus ergo illa, a quibus erepti sumus, neque ore tantum gratias agamus, ne de nobis dicatur: *Populus hic labiis me honorat, corde autem longe est a me* (Isai. 29. 13). Quomodo enim absurdum non fuerit, quando cæli quidem enarrant glo-

riam Dei, te, cujus causa cæli, qui Deum laudant, facti sunt, talia patrare, ob quæ Deus creator tuus blasphemetur? Ideoque non ille solum qui blasphematur, sed tu quoque supplicio obnoxius es. Cæli namque non voce Deum glorificant, sed alios conspectu suo ad id inducunt, et tamen ipsi dicuntur enarrare gloriam Dei. Ita il, qui mirabilem exhibent vitam, licet taceant, Deum gloria celebrant, dum ex conspectu suo alios ad Deum laudandum concitant. Neque enim tantam Deus ex cælis, quantam ex vita pura gloriam refert. Cum ergo gentiles alloquimur, non cælos in medium adducimus, sed homines illos, que brutis antea deteriores eo adduxit Deus, ut cum angelis concertarent: atque per hanc mutationem illorum ora obstruimus.

6. Etenim homo ipso cælo multo melior est, qui potest animam possidere ipso cælo pulchriorem. Cælum quippe, etsi tanto tempore visum, parum profuit ad persuadendum; Paulus vero prædicans bene totum orbem attraxit. Animam quippe possidebat cæli non minorem, quæ omnes ad se trahere posset. Astra quippe anima ipsa terra indigna est; illius autem anima cælo comparanda. Cælum quippe summum serua semper terminum et normam; Paulina vero anima sublimitas omnes transcendit cælos, ac cum ipso Christo conversatur: tantaque erat illius pulchritudo, ut Deus illam prædicaret. Astra cum crearentur, mirabantur angeli; hunc autem ipse Christus miratus est, dicens, *Vas electionis est mihi* (Act. 9. 15). Et hoc quidem cælum nubes sæpe obtegit; Pauli vero animam nulla umquam operuit tentatio, sed in tempestatibus illa ipso meridie splendidior erat, ac perinde lucebat atque ante nubium incursum. Sol etenim in illo splendens non tales emittebat radios, qui possent ex tentationum concursu obscurari, sed tunc maxime illi effulgebant. Ideo dicebat: *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus mea in infirmitate perficitur* (2 Cor. 12, 9). Imitemur ergo illum, et hoc cælum nobis comparatum nihil erit, si voluerimus; neque sol, neque mundus totus: illa enim omnia propter nos facta sunt, non nos propter illa. Ostendamus nos dignos fuisse, ut propter nos ista crearentur. Nam si his indigni videantur, qua ratione regno digni erimus? Et si solis conspectu indigni sunt ii omnes, qui ad blasphemiam Dei vivunt; indigni etiam sunt, qui fruuntur creaturis, quæ illum celebrant. Nam et filius qui patrem contumelia afficit, indignus est qui proborum famulorum ministerio fruatur. Idecirco opera Dei multa fruuntur gloria; nos autem supplicium et pœnas dabimus. Quam miserum ergo fuerit, si creatura, quæ propter te facta est, in libertatem gloriæ filiorum Dei conformetur; nos vero, qui filii Dei facti sumus, ob ingentem ignaviam in perniciem mittamur et gehennam; nos, inquam, propter quos creaturæ magna illa fruuntur felicitate? Ne hoc itaque contingat, si qui animam puram possidemus, illam hoc in statu servemus; imo ejus splendorem augeamus: si vero sordidam habeamus, ne desperemus: etenim ait ille: *Si fuerint peccati vestra*

φῆται μὲν ἐκάλουν, καὶ ὁ Θεὸς παρεκάλει, καὶ τὰ πρᾶγματα ἐδοῦν, καὶ ἡ παρασχίλωσις ἰκανὴ ἡμᾶς ἐπισπάσασθαι ἦν· φορτικὰ δὲ τὰ ἐπιταττόμενα, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἤδυνήθημεν προσελθεῖν, ἐπειδὴ ἔργων ἐπίδειξιν ἀπητούμεθα, καὶ κατορθώματα ἐπίπωνα· οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἔστιν εἰπεῖν. Πῶς γὰρ ἂν ταῦτα ἀπήτησεν ὁ Θεὸς παρ' ἡμῶν, ὅποτε καὶ τὴν χάριν αὐτοῦ τοῦτο ἐπισκιάσειν ἐμελλεῖ; Ταῦτα δὲ εἶπε βουλομένους ἐνδείξασθαι, ὅτι σφόδρα ἐβούλετο αὐτοὺς σωθῆναι. Οὐδὲ γὰρ ἡ σωτηρία αὐτοῖς προαχῶρει μόνον εὐκόλως, ἀλλὰ καὶ τῷ Θεῷ ὁδὸς μεγίστη ἦν, τὸ τὴν φιλανθρωπίαν ἐπιδείξασθαι τὴν ἑαυτοῦ. Τί τοίνυν ἐφοβήθη προσελθεῖν, οὐκ ἀπαιτούμενος ἔργα; τί δὲ στασιάζεις καὶ φιλονεικεῖς, χάριτος προκειμένης, καὶ νόμον μοι προβάλλῃ εἰκῆ καὶ μάτην; Οὐτε γὰρ ἐκείθεν σωθῆσθαι, καὶ ταύτην λυμανῆ τὴν δωρεάν. Εἰ γὰρ φιλονεικεῖς ἐκείθεν σώζεσθαι, ἀναιρεῖς τοῦ Θεοῦ τὴν χάριν ταύτην. Εἶτα, ἵνα μὴ νομίωσαι τοῦτο ξένον εἶναι, προλαθὼν καὶ τοὺς ἑπακισχυλίους ἐκείνους ἀπὸ χάριτος ἐφεῖσι σιωπῶσαι. Ὅταν γὰρ εἴπῃ, ὅτι οὕτω καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ λείμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονε, δεικνυσιν ὅτι καὶ ἐκείνοι χάριτι ἐσώθησαν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ εἰπεῖν, *Κατέλιπον ἑμμενῶ*· τοῦτο γὰρ ἐμφαίνοντός ἐστιν, ὅτι τὸ πλεον αὐτῶ, εἰσηνεγκε. Καὶ εἰ χάριτι, φησιν, διὰ τί μὴ πάντες σωζόμεθα; Ὅτι μὴ βούλεσθε· ἡ γὰρ χάρις, κὰν χάρις ᾖ, τοὺς ἐθέλοντας σώζει, οὐ τοὺς μὴ βουλομένους καὶ ἀποστρεφομένους αὐτήν, καὶ πολεμοῦντας αὐτῇ διηνεκῶς καὶ ἐναντιουμένους. Εἶδες πῶς δι' ὅλου ἐκείνο κατασκευάζει, τὸ, *Οὐχ ὅσον δέ, ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ*, δεικνύς ὅτι εἰς τοὺς ἀξίους ἦλθεν ἡ ἐπαγγελία, καὶ ὅτι οὗτοι, εἰ καὶ ὀλίγοι εἶσι, δύνανται εἶναι λαὸς τοῦ Θεοῦ· καίτοι γε ἐν προοιμίῳ τῆς Ἐπιστολῆς μετὰ πλειονος αὐτὸ τῆς ὑπερβολῆς τέθεικεν εἰπών· *Τί γάρ, εἰ ἡπίστησαν τινες;* καὶ μὴδὲ μέχρι τούτου στάς, ἀλλὰ ἐπαγαγῶν· *Γινέσθω δὲ ὁ Θεὸς ἀληθής, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης*. Καὶ νῦν δὲ πάλιν ἐτέρως αὐτὸ κατασκευάζει, καὶ τῆς χάριτος δεικνυσι τὴν ἰσχύν, καὶ αἰ τοὺς μὲν σωζομένους, τοὺς δὲ ἀπολλυμένους. Εὐχαριστῶμεν τοίνυν, ὅτι τῶν σωζομένων γεγόναμεν, καὶ μὴ δυνηθέντες [638] ἀπὸ τῶν ἔργων σωθῆναι, ἐσώθημεν ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δωρεᾶς. Εὐχαριστοῦντες δὲ, μὴ ῥήμασι τοῦτο ποιῶμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργοις καὶ πράξεσιν. Αὕτη γὰρ ἡ εὐχαριστία ἡ ἀκριβής, ὅταν ταῦτα πράττωμεν, δι' ὧν ὁ Θεὸς δοξάζεσθαι μέλλει· ὅταν ἐκεῖνα φύγωμεν, ὧν ἀπηλλάγημεν. Καὶ γὰρ εἰ ἡ βασιλεῖα ὑβρίσαντες, ἀντὶ τοῦ δοῦναι δίκην ἐτιμήθημεν, εἶτα πάλιν ὑβρίσαμεν, ἅτε ἐσχάτης ἀχαριστίας ἀλόντες, τὴν ἐσχάτην δικαίως ἂν ἐδώκαμεν δίκην, καὶ πολλῶν μείζονα τῆς προτέρας. Οὐδὲ γὰρ οὕτως ἡμᾶς ἀχαριστούς ἢ προτέρα ὑβρις ἐδείκνυ, ὡς ἡ μετὰ τὴν τιμὴν καὶ τὴν πολλὴν θεραπείαν. Φύγωμεν τοίνυν ἐκεῖνα, ὧν ἀπηλλάγημεν, καὶ μὴ τῷ στόματι μόνον εὐχαριστῶμεν, ἵνα μὴ καὶ περὶ ἡμῶν λέγηται· *Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χειλέσιν ἐτιμᾷ, τῇ δὲ καρδίᾳ πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ*. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, ὅταν οἱ μὲν οὐρανοὶ διηγῶνται δόξαν Θεοῦ, σὺ δὲ, δι' ὧν οἱ οὐρανοὶ οἱ δοξάζοντες ἐγένοντο, τοιαῦτα πράττεις ὡς βλασφημεῖσθαι διὰ σὲ τὴν ποιήσαντά σε Θεόν; διὰ τοῦτο οὐκ ἐκείνος μόνον ὁ βλασφημῶν, ἀλλὰ καὶ σὺ λοιπὸν ὑπεύθυνος εἶ τῆς κολάσεως. Οὐδὲ γὰρ οἱ οὐρανοὶ φωνὴν ἀφιέντες δοξάζουσι τὸν Θεόν, ἀλλ' εἰσφύουσι διὰ τῆς ὕψους εἰς τοῦτο παρασκευάζοντες,

καὶ ὁμοῦ αὐτοὶ λέγονται διηγείσθαι δόξαν Θεοῦ. Οὕτω καὶ οἱ παρεχόμενοι βίον θαυμαστὸν, κὰν αἰγῶσι, τὸν Θεὸν δοξάζουσιν, ἐτέρων δι' αὐτοὺς αὐτὸν δοξάζοντων. Οὐ γὰρ οὕτως ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ θαυμάζεται, ὡς ἀπὸ βίου καθαροῦ. Ὅταν γοῦν πρὸς Ἑλληνας διαλεγώμεθα, οὐ τὸν οὐρανὸν εἰς μέσον παραγόμεν, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους, οὓς θηρίων χεῖρον διακειμένους ἐπεισε γενέσθαι ἐφαμιλλοὺς ἀγγέλους. Καὶ ταύτην λέγοντες τὴν μεταβολὴν, ἐμφράττομεν αὐτῶν τὰ στόματα.

ζ'. Καὶ γὰρ πολλὸ βελτίων τοῦ οὐρανοῦ ἄνθρωπος, καὶ δύναται λαμπρότερον τοῦ κάλλους αὐτοῦ κεκτησθαι ψυχὴν. Οὗτος μὲν γὰρ ὁρώμενος ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον, οὐ σφόδρα ἐπεισε· Παῦλος δὲ ὀλίγον κηρύξας χρόνον, τὴν οἰκουμένην ἐφειλύσατο πᾶσαν. Καὶ γὰρ ἐκείνητο ψυχὴν τοῦ οὐρανοῦ οὐκ ἤττονα, πάντας ἐπισπάσασθαι δυναμένην. Ἡ μὲν γὰρ ἡμέτερα οὐδὲ τῆς γῆς ἐστὶν ἀξία, ἡ δὲ ἐκείνου καὶ τῶν οὐρανῶν ἀναξία. Οὗτος μὲν γὰρ ἐστηκε τὸν οἰκίον φυλάττων ὄρον καὶ τὸν κανόνα· τῆς ἐκείνου ψυχῆς τὸ ὕψος. Ἄπαντας ὑπερέβη τοὺς οὐρανοὺς, καὶ αὐτῷ ὀμίλει τῷ Χριστῷ· καὶ τὸ κάλλος δὲ αὐτῆς τοιοῦτον ἦν, ὡς καὶ τὸν Θεὸν ἀνακηρύττειν αὐτό. Τὰ μὲν γὰρ ἄστρα οἱ ἀγγελοὶ ἐθαύμασαν ὅτε ἐγένετο· τοῦτον δὲ αὐτὸς ἐθαύμασαν εἰπών· *Σκεῦος ἐκλογῆς ἐστὶ μοι οὗτος*. Καὶ τοῦτον μὲν τὸν οὐρανὸν νεφέλῃ πολλάκις ἐκάλυψε· τὴν δὲ Παύλου ψυχὴν οὐδεὶς ἐκάλυψε πειρασμός, ἀλλ' ἐν τοῖς χειμῶσι λαμπρότερος ἐφαίνετο σταθρῆς μεσημβρίας, καὶ ὁμοίως ἔλαμπεν, ὡσπερ οὖν καὶ πρὸ τῶν νεφῶν. Ὁ γὰρ ἐν αὐτῷ φαίνων ἥλιος οὐ τοιαύτας ἡγίει τὰς [639] ἀκτῖνας, ὡς συσκιάζεσθαι τῇ τῶν πειρασμῶν συνδρομῇ, ἀλλὰ καὶ τότε μάλλον ἐξέλαμπεν<sup>c</sup>. Διὸ καὶ ἔλεγεν· *Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου*· ἡ γὰρ *δύναμις μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειούται*. Ζηλώσωμεν τοίνυν αὐτὸν, καὶ οὐδὲν ἔσται οὐδὲ πρὸς ἡμᾶς οὗτος ὁ οὐρανός, ἐν θλίωμαν, οὔτε ὁ ἥλιος, οὔτε ὁ κόσμος ἅπας· ταῦτα γὰρ δι' ἡμᾶς, οὐκ ἡμεῖς διὰ ταῦτα. Δειξώμεν, ὅτι ἀξιοὶ ἐσμεν τοῦ γεγενῆσθαι ταῦτα δι' ἡμᾶς. Ἄν γὰρ τοῦτον ἀνάξιοι φανώμεν, πῶς βασιλείας ἐσόμεθα ἀξιοὶ; Καὶ εἰ ἀνάξιοι πάντες τὸν ἥλιον ὀρᾶν, ὅσοι εἰς βλασφημίαν ζῶσι τοῦ Θεοῦ· ἀνάξιοι τῶν κτισμάτων ἀπολαύειν τῶν δοξαζόντων αὐτὸν οἱ βλασφημοῦντες αὐτόν· ἐπεὶ καὶ υἱὸς πατέρα ὑβρίζων, ἀνάξιος οἰκῶν εὐδοκιμούμενων ἀπολαύειν διακονίας. Διὰ τοῦτο ταῦτα μὲν καὶ πολλῆς ἀπολαύσεται δόξης· ἡμεῖς δὲ κόλασιν ὑποστησόμεθα καὶ τιμωρίαν. Πόσης οὖν ἀθλιότητος ἂν εἴη, τὴν μὲν κτίσιν τὴν διὰ σὲ γενομένην εἰς ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ σχηματίζεσθαι, ἡμᾶς δὲ τοὺς τέκνα τοῦ Θεοῦ γενομένους, διὰ τὴν πολλὴν ῥαθυμίαν εἰς ἀπώλειαν πέμπεσθαι καὶ γένναν, δι' οὓς ἡ κτίσις τῆς μεγάλης ἀπολαύσεται εὐημερίας ἐκείνης; Ἴν' οὖν μὴ τοῦτο γένηται, οἱ μὲν καθαρὰν κεκτημένοι ψυχὴν, φυλάξωμεν αὐτὴν τοιαύτην· μάλλον δὲ καὶ ἐπιτείνωμεν αὐτῆς τὴν λαμπρότητα· οἱ δὲ ῥυπῶσαν ἔχοντες, μὴ ἀπενώμεν. Ἐὰν γὰρ ὡσί, φησὶν, *αἱ ἀμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοιτικῶν, ὡς χίονα λευκανῶ*· καὶ *ἐὰν ὡσίαν ὡς κόκκινον, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ*. Ὅταν δὲ ὁ Θεὸς ἐπαγγέλλεται, μὴ ἀμφίβαλλε, ἀλλ' ἐκεῖνα ποιεῖ, δι' ὧν ἐπισπάσασθαι τὰς ἐπαγγέλλας ταύτας δυνήσῃ. Μυρία σοι εἰργασταὶ δεῖνά καὶ πεπλημέληται; Καὶ τί τοῦτο; Οὐδέπω γὰρ εἰς τὴν ἄδην ἀπῆλθες, ἐνθα οὐδεὶς ἐξομολογῆσεται· οὐδέπω σου τὸ θέατρον ἔλυται, ἀλλ' εἰσω τοῦ σκάμματος ἐστηκας, καὶ δύνασαι καὶ δι' ἐσχάτης πάλης πάσας ἀναπαλαῖσαι τὰς ἤττας. Οὕτως

<sup>a</sup> Sic mss. Editi, ἔργοις καὶ εὐχαριστίαις καὶ πράξεσι.  
<sup>b</sup> Ἐρεθείαις εἰς, ex uno cod. εἰ recessimus. Edit.

<sup>c</sup> Unus, ἐξέλαμπεν.

γέγονας, ἔνθα που ὁ πλοῦσιος, ἵνα ἀκούσης, ὅτι *Χάρις ἐστὶ μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν*· οὕτω γὰρ παρεγένετο ὁ νυμφίος ἵνα φοβηθῆ τις μεταδοῦναι ἔλαιου· ἔτι δύνασαι ἀγοράσαι καὶ ἀποθέσθαι. Καὶ οὐκ ἔστιν οὐδέπω ὁ λέγων· *Μήποτε οὐ μὴ ἀρκέση καὶ ἡμῖν καὶ ὑμῖν*· ἀλλ' εἰσὶν οἱ πωλοῦντες πολλοὶ, οἱ γυμνοὶ, οἱ πεινῶντες, οἱ ἀβρωστοῦντες, οἱ δεσμοτῆριον οἰκοῦντες. Θρῆσκον τοὺτους, ἔνδυσον ἐκείνους, ἐπίσκαψαι τοὺς κειμένους, καὶ ὑπὲρ τὰς πηγὰς ἤξει τὸ ἔλαιον. Οὕτω τοῦ λογοθεσίου ἐφέστηκεν ἡ ἡμέρα. Χρησάσαι καὶ εἰς δέον τῷ καιρῷ, καὶ χρεῶν ἀποκοπὰς ποιήσον, καὶ τῷ ὀφείλοντι τοὺς ἑκατὸν βάτους<sup>a</sup> τοῦ ἔλαιου εἰπέ· *Δέξαι σου τὸ γραμματεῖον, καὶ ποιήσον πεντηκόντα*. Καὶ ἐπὶ χρημάτων καὶ ἐπὶ ῥημάτων καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων ὁμοίως ποιεῖ, τὸν οἰκονόμον ἐκείνον μιμούμενος· καὶ ταῦτα καὶ σεαυτῷ καὶ τοῖς συγγενέσι παραίνει. Ἐτι γὰρ εἰ κύριος τοῦ ταῦτα λέγειν· οὐδέπω κατέστης εἰς ἀνάγκην τοῦ παρακαλεῖν ἕτερον ὑπὲρ τούτων, ἀλλ' ἐξουσίαν ἔχεις καὶ σεαυτῷ καὶ ἑτέροις συμβουλεύειν· ὅταν δὲ ἀπέλθῃς ἐκεῖ, οὐδέτερον τούτων δυνήσῃ [640] ποιεῖν εἰς δέον· εἰκότως. Ὁ γὰρ τοσαύτην λαθῶν προθεσμίαν, καὶ μήτε σεαυτὸν μήτε ἕτερον ὠφελήσας, πῶς λοιπὸν ὑπὸ ταῖς χερσὶ τοῦ δικαστοῦ γενόμενος, δυνήσῃ ταύτης ἐπιτυχεῖν τῆς χάριτος; Ταῦτα οὖν ἅπαντα συλλέγοντες, ἐχώμεθα σφοδρῶς τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, καὶ μὴ προδώμεν τὴν εὐκαιρίαν τοῦ παρόντος βίου. Ἔστι γὰρ, ἔστι καὶ εἰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς εὐαρεστησάσαι τῷ Θεῷ· ἔστι καὶ ἀπὸ διαθήκης εὐδοκιμῆσαι, οὐχ οὕτω μὲν ὡς ζῶντα· ἔστι δὲ ὅμως. Πῶς καὶ τίνοι τρώσω; Ἄν ἐγγράψῃς αὐτὸν μετὰ τῶν σὺν κληρονόμων, καὶ μοῖραν καὶ αὐτῷ τοῦ παντὸς ἀπονεύμῃς κλήρου. Οὐκ ἔθρεψας αὐτὸν ζῶν; Κἂν ἀπελθῶν, ὅτε οὐκέτι κύριος εἶ, μετάδος αὐτῷ τῶν σὺν φιλάνθρωπός; ἔστιν, οὐκ ἀκριβολογεῖται πρὸς σέ. Μείζονος μὲν γὰρ πόθου καὶ πλείονος μισθοῦ, τὸ ζῶντα σε τρέφειν αὐτόν· εἰ δὲ τοῦτο αὐτὸ μὴ πεποίηκας, κἂν ἐπὶ τὸ δεύτερον ἐλθῆς· συγκληρονόμον αὐτὸν ἄφες τοῖς παισὶ τοῖς σοῖς. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο ὀκνεῖς, ἐνόησον, ὅτι ὁ πατήρ σου συγκληρονόμον αὐτοῦ σε ἐποίησε, καὶ κατάλυσον τὴν ἀπανθρωπίαν. Τίνα γὰρ ἔξεις ἀπολογίαν, μηδὲ τῶν παιδῶν τῶν σὺν κοινωνῶν αὐτὸν ποιῶν, τὸν κοινωνόν σε ποιήσαντα τῶν οὐρανῶν, καὶ σφαγέντα διὰ σέ; καίτοι γε αὐτὸς πάντα ὅσα ἐποίησεν, οὐκ ὀφείλην ἀποδιδούς ἐποίησεν, ἀλλὰ χάριν ἐπιδεικνύμενος· σὺ δὲ μετὰ τοσαύτας εὐεργεσίας καὶ ὀφειλέτης κατέστης. Ἄλλ' ὅμως καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ὡς χάριν λαμβάνων, οὐχ ὡς ὀφείλην ἀπαιτῶν, οὕτω σε στεφανοῖ, καὶ ταῦτα, τὰ αὐτοῦ μέλλων λαμβάνειν.

ζ'. Δὸς τοίνυν αὐτῷ χρήματα τὰ σοι λοιπὸν ἀχρηστα, καὶ ὧν οὐκ εἰ κύριος, καὶ δώσει σοι βασιλείαν τὴν σοι χρησίμην διηνεκῶς, καὶ μετ' ἐκείνης καὶ τὰ ἐνταῦθα χαριεῖται. Ἄν γὰρ γένηται συγκληρονόμος τῶν παιδῶν, ἐπικουφίζει τὴν ὀρφανίαν αὐτοῖς, λύει τὰς ἐπιπρέπειας, ἀποκρούεται τὰς ἐπιβουλάς, ἐμφράττεται τὰ στόματα τῶν συκοφαντῶν· κἂν αὐτοὶ μὴ δύνωνται προστήναι τῶν διαθηκῶν, αὐτὸς προσθήσεται, καὶ οὐκ ἀφήσει διαβράχῃναι. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο συγχωρήσει,

<sup>a</sup> Mss. quidam, ἑκατὸν κάτους.

ἀναπληροῖ παρ' ἑαυτοῦ τὰ ἐγγεγραμμένα ἕκαστα μετὰ πλείονος τῆς φιλοτιμίας, ἐπειδὴ ἐτιμῆθη ἢ ἐγγραφῆναι ἅπαξ. Ἄφες τοίνυν αὐτὸν κληρονόμον· πρὸς γὰρ αὐτὸν ἀπίεσαι μέλλεις· αὐτὸς σοι ἐπέκεινται τὴν δίκην τῶν ἐνταῦθα γεγενημένων ἀπάντων. Ἄλλ' γὰρ εἰσὶ τινες οὕτως ἀθλιοὶ καὶ ταλαίπωροι, εἰ μὴ παῖδας ἔχοντες οὐκ ἀνέχονται τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ παρασίτοις καὶ κόλαξι, καὶ τῷ δεῖναι καὶ τῷ δεῖναι μᾶλλον καταδέχονται τὰ αὐτῶν διανεμῆναι, ἢ τῷ τσαυτὰς αὐτοῦς εὐεργετήσαντι Χριστῷ· ὧν τί γένοιτ' ἂν ἀλοφύτερον; Τοὺς γὰρ τοιοῦτους, κἂν ὄνοις, κἂν λίθοις παραβάλοι, οὐδὲν οὐδέπω τῆς ἀνοίας αὐτῶν καὶ τῆς ἀναισθησίας ἄξιον ἐρεῖ, οὐδ' ἂν εὐροὶ τις εἰκόνα τὴν μανίαν αὐτῶν παραστήσαι δυναμένην, καὶ τὴν περιφροσύνην. Ποίας γὰρ τεύξονται συγγνώμης ὅταν ὑπὲρ τοῦ μὴ θρῆψαι αὐτὸν ζῶντες, ὅταν καὶ ἀπῆκε μέλλοντες πρὸς αὐτόν, μηδὲ ἀπὸ τῶν χρημάτων πῶτων, [641] ὧν οὐκ εἰσὶ κύριοι λοιπὸν, βουλευθῶσιν αὐτῷ μικρὸν τι χαρίσασθαι, ἀλλ' οὕτως ἐχθρῶς ἐκμεινται καὶ πολεμῶς, ὡς μηδὲ τῶν ἀχρηστων αἰσὴ γενομένων αὐτῷ μεταδοῦναι; Οὐχ ὄρθξ ὅσοι τῶν ἐθρώπων οὐδὲ τούτου κατηξιώθησαν τοῦ τέλους, ἢ ἀρπαγέντες ἀπῆλθον; Σὲ δὲ ὁ Θεὸς καὶ ἐπιστάτης τοῖς προσήκουσι, καὶ εἰπεῖν περὶ τῶν ὄντων, καὶ εἰ κατὰ τὴν οἰκίαν ἅπαντα διαθεῖναι ἐποίησε κύριος. Ποίαν οὖν ἀπολογίαν ἔξεις, ὅταν καὶ ταύτην λαθῶν παρ' αὐτοῦ τὴν χάριν, προδῶς τὴν εὐεργεσίαν, καὶ ὡσπερ ἐκ διαμέτρου ἀπεναντίας στής τοῖς τῆς πίστεώς σου προγόνοις; Ἐκείνοι μὲν γὰρ καὶ ζῶντες ἐπώλουν ἅπαντα, καὶ ἔφερον παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων· σὺ δὲ οὐδὲ τελευτῶν μοῖρας τινὸς μεταδίδως τοῖς δεομένοις. Τὸ μὲν οὖν ἄμετρον καὶ πολλὴν παρῆρησίαν παρέχον, ζῶντα διορθοῦν κενόν· εἰ δὲ ἐκεῖνο μὴ βουλευθῆς, κἂν τελευτῶν ποιήσῃ τι γενναῖον. Οὐ πολλῆς μὲν γὰρ ἔστιν ἀγάπης τοῦτο τῆς περὶ τὸν Χριστὸν· ἀγάπης δ' οὖν ὅμως. Εἰ γὰρ καὶ μὴ τὴν προεδρίαν<sup>b</sup> ἔξεως τὴν μετὰ τῶν ἀρνῶν, ἀλλ' οὐ μικρὸν τὸ κἂν μετ' ἐκείνους γενέσθαι, καὶ μὴ στήναι μετὰ τῶν ἐρίφων, μηδὲ ἐξ εὐνοῦμων. Ἄν δὲ μὴ τοῦτο ποιῆς, τίς σε ἐξαιρήσεται λόγος, ὅταν μήτε ὁ τοῦ θανάτου φόβος<sup>c</sup>, μήτε τὸ ἀχρηστά σοι λοιπὸν γεγενῆσθαι τὰ χρήματα, μήτε τὸ ἀσφάλεια καταλαμβάνειν τοῖς τέκνοις, μήτε τὸ πολλῆν σεαυτῷ προσπεπίθεσθαι ἐκεῖ συγγνώμην, ποιῆς σε φιλάνθρωπον; Διὸ παρακαλῶ μάλιστα μὲν ζῶντας προσεσθαι τοῖς δεομένοις ἐκ τῶν ὄντων τὴν πλείονα μοῖραν. Εἰ δὲ τινες εἰεν οὕτω μικρόψυχοι, ὡς μὴ ἀνέχεσθαι τοῦτα, κἂν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης γινέσθωσαν οὗτοι φιλάνθρωποι. Ὅταν μὲν γὰρ ἔζης, ὡς ἀθάνατος, οὕτως ἀντείχου τῶν ὄντων· νυνὶ δὲ, ἐπειδὴ ἔμαθες, ὅτι θνητὸς γέγονας, κἂν νῦν τὸ δόγμα κατάλυσον, καὶ ὡς θνητὸς περὶ τῶν σεαυτοῦ βούλευσαι· μᾶλλον δὲ, ὡς ὀφείλων ἀθανάτου ζωῆς διηνεκῶς ἀπολαύειν. Εἰ γὰρ καὶ φορτικὸν τὸ μέλλον ῥηθῆσθαι, καὶ φρίκης γέμον, ἀλλ' ὅμως ἀναγκαῖον εἰπεῖν· ἀριθμῆσον μετὰ τῶν δούλων σου τὸν δεσπότην. Ἐλευθεροῖς τοὺς δούλους; Ἐλευθερώσω τὸν Χριστὸν λιμοῦ καὶ ἀνάγκης καὶ δεσμοτηρίων καὶ γυμνότητος. Ἐφρίξας ἀκούσας; Οὐκοῦν

<sup>b</sup> Savil. in marg., προεδρίαν, quae lectio non speranda. <sup>c</sup> Omnes mss., μὴ ὁ τοῦ Θεοῦ θάνατος φόβος. Ἐπίτι σεν ὁ Θεοῦ φόβος. Prior lectio magis q' adrat ad seriem.

velut phœniceus color, quasi nitenti decalbebe : et si fuerint ut coccinum, quasi lanam albam reddam (Isai. 1. 18). Cum autem Deus promittit, ne dubites ; sed illa facito, quæ hæc promissa ad te trahere poteris. Innumera et gravia perpetrasti mala ? Et quid hoc ? Nondum enim in infernum delapsus es, ubi nemo confitebitur : nondum solutum est theatrum tuum, sed in stadio es, ac potes ultimo certamine omnes acceptas clades restaurare : nondum eo venisti, quo dives ille, ut audias, quia *Chaos inter nos et vos est* (Luc. 16. 26) : nondum enim advenit sponsus, ut quis timeat de suo subministrare oleo : adhuc potes emere ac deponere. Nec est jam qui dicat, *Ne forte non sufficiat nobis et vobis* (Matth. 23. 9) ; sed multi sunt qui vendunt, nudi, famelici, infirmi, qui in carcere sunt. Hos ale, illos indue, jacentes visita, et oleum plus quam fontes scaturiat. Nondum rationis reddendæ tempus advenit. Tempore ut par est utere : debitorum partes amputato, atque ei, qui centum cados olei debet, dicito : *Accipe cautionem tuam, et scribe quinquaginta* (Luc. 16. 6). In pecuniis, in verbis, in aliisque omnibus idipsum facito, œconomum illum imitatus. Ad hæc agenda et te et cognatos hortare. Adhuc in te est hæc dicere : nondum enim necesse tibi est pro hæc re alium rogare, sed penes te est et tibi et aliis hoc consilium dare : cum autem illo abieris, neutrum ut oporteret facere poteris : ac jure merito. Cum enim tantum præstitutum tempus acceperis, neque tibi neque alteri utilis fueris : quomodo poteris in iudicis potestate constitutus hanc consequi gratiam ? Hæc itaque omnia colligentes, saluti nostræ diligenter advigilemus, nec vitæ præsentis opportunitatem prodamus. Possumus enim, utique possumus ad usque extremos halitus Deo placere : possumus etiam in testamento probe agere, non perinde atque in vita, sed possumus tamen. Quomodo et qua ratione ? Si cum heredibus tuis Christum adscribas, et sortis partem ipsi attribuas. Non pavisti illum dum viveres ? Saltem in decessu, cum non ultra his frui potes, partem ipsi bonorum adscribe : benignus est, nec abs te rationes accurate exspectat. Majoris quidem amoris signum et amplioris mercedis causa fuisset, si illum dum viveres aluisses : sed si hoc non feceris, hoc saltem secundo modo utere, coheredem ipsum filiis relinque. Quod si et illud facere hæsites, cogita Patrem ejus te coheredem ipsius fecisse, et inhumanitatem abjice. Quam enim excusationem habiturus es, si illum neque filiorum coheredem constitueris, qui te cælorum consortem fecit, et pro te occisus est ? Atqui ille quæcumque fecit, non ex debito fecit, sed gratiam suam exhibuit : tu vero post tot beneficia debitor effectus es. Attamen cum res ita se habeat, ut qui gratiam acceperit, non ut qui debitum expetierit, ita te coronat, cum sua recepturus sit.

7. *Quæ in testamentis dantur utilia sunt animæ.* — Da illi ergo pecunias tibi deinceps inutiles, quæ non ultra in potestate tua erunt ; et dabit ille tibi regnum perpetuo usui tibi futurum, et cum regno hæc quæcque bona largietur. Si enim filiorum coheres fuerit,

orphanos juvabit, molestias solvet, insidias propulsa-bit, sycophantarum ora obstruet : et si ipsi filii non possint testamenti executioni præesse, ipse præerit, nec sinet ipsum infringi. Quod si ipse concedat, quæ in illo descripta sunt omnia implebit cum majori diligentia, quia in ipso cum honore descriptus fuit. Relinque igitur ipsum heredem : ad illum quippe abiturus es : ille iudicium feret de omnibus, quæ hic gesta sunt. Verum quidam sunt ita miseri et infelices, ut cum liberos non habeant, id tamen præstare nolint ; sed parasitis et adulatoribus, huic et illi malint sua distribuere, quam Christo, qui tot illis beneficia contulit : quibus quid magis a ratione absonum fuerit ? Hos si cum asinis et lapidibus quis conferat, nihil eorum stupiditate et amentia dignum dixerit : nec quis possit similitudinem eorum insaniam dignam proferre. Quam hi consequentur veniam, quod dum viverent Christum non aluerint, quando ne quidem ad ipsum abiturus, de pecuniis, quæ ultra non poterant, ne vel minimum quidpiam ipsi largiri volunt ; sed tam inimico et infesto sunt erga ipsum animo, ut ne de iis quidem, quæ sibi inutilia futura sunt, aliquid ipsi impertiri velint ? Annon vides quot homines non hujusmodi decessu dignati sunt, sed rapti subito decesserunt ? Tibi vero Deus id concessit, ut rebus tuis consuleres, ac de bonis tuis decerneres, deque tuis omnibus disponere posses. Quam ergo excusationem habebis, quando hæc accepta gratia, ipsius beneficentiam prodis, et quasi ex diametro oppositus es iis, qui in fide majores tui fuerunt ? Illi namque viventes omnia vendebant, ferebantque ad pedes apostolorum ; tu vero ne moriens quidem aliquam bonorum partem egenis largiris. Melius certe fuerit, ac multam attulerit fiduciam, si dum vivis paupertati opem feras : si autem id nolueris, saltem moriens aliquid generosi præstes. Id certe non magnam exhibet erga Christum caritatem : exhibet tamen aliquam. Etiam si enim non cum agnis priores sedes occupaturus sis, at non parva res saltem post illos esse, nec cum hircis vel ad sinistram stare. Quod si ne hoc quidem facias, qua, quæso, ratione servari poteris, cum nec mortis metus, nec relictarum pecuniarum tibi futura inutilitas, neque hinc relictum filiis patrociniū, neque quod tibi magnam inde veniam parias : quando, inquam, hæc omnia non te ad benignam largitionem attrahunt ? Quamobrem obsecro et oro, ut dum vivitis potio rem bonorum partem egenis largiamini. Si vero quidam ita pusillanimes sint, ut hoc facere non sustineant, saltem ex necessitate benigni et liberales fiant. Nam dum viveres, ac si immortalis fuisses, sic facultatibus hærebas tuis : nunc vero cum didiceris te mortalem esse, id quod decreveras solve, et quasi mortalis de bonis tuis constitue ; imo potius quasi immortalis vita fruiturus. Nam etsi molestum et grave sit, quod dicturus sum, atque horrore plenum, necessario tamen dicendum est : annuera cum servis tuis Dominum. Servis tuis das libertatem ? Libera Christum a fame, a necessitate, a carceribus, a nuditate. Inhorruisti hæc audiens ? At horribilius erit,

si neque hoc præstiteris : etsi hoc dictum tibi nunc stuporem induxit ; cum vero illo abibis, et his longe graviora audies, atque intolerabilia tormenta videbis, quid dicturus es ? ad quem confugies ? quem auxiliatorem vocabis ? Abrahamum ? Sed non audiet ille. An virgines illas ? At neque illæ tibi oleum daturæ sunt. An patrem, an avum ? Sed horam nullus poterit, etiamsi admodum sanctus sit, sententiam

illam solvere. Hæc ergo omnia tecum reputans, tu qui solus potest chirographum tuum delere, et flammam illam extinguere, roga et obsecra tibique propitiū redde, jam illum assidue pascens et vestes ut et hinc cum bona spe abeas, et illic constanti æternis fruaris bonis : quæ nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini, etc.

## HOMILIA XIX.

CAP. II, v. 7. *Quid ergo ? quod querit Israel, hoc non est consequutus, electio autem consequuta est : cæteri vero excæcati sunt.*

1. Dixerat Deum non repulisse populum suum, ac præfatus quomodo non repulisset, rursus ad prophetas confugit ; et cum ex eorum testimonio ostendisset majorem Judæorum partem periisse, ne videretur rursus ex se accusationem proferre, et onerosum sermonem reddere, ipsosque hostili animo insectari, ad Davidem et Isaiam confugit, dicens : 8. *Sicut scriptum est : Dedit eis Deus spiritum compunctionis.* Imo altius nobis sermo resumendus est. Nam cum ea quæ ad Eliam spectabant dixisset, ostendissetque quid sit gratia, subjunxit, *Quid ergo ? quod querit Israel, hoc non consequutus est.* Hoc autem non magis interrogantis, quam accusantis est. Secum, inquit, pugnat Judæus, querens justitiam, quam non vult accipere. Deinde rursus veniam illos privans, ab iis quæ acceperant ingratum illorum animum declarat his verbis : *Electio enim consequuta est.* Et illi hos condemnabunt : id quod etiam Christus dicebat : *Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt ? Ideo ipsi judices vestri erunt (Luc. 11. 19).* Ne quis enim rei naturam incuset, sed illorum tantum animum, declarat eos qui consequuti sunt. Quamobrem id cum magna emphasi profert, et supernam gratiam, et illorum studium ostendens. Neque enim ut liberum arbitrium soleret, dicit illos consequutos esse, sed ut honorum magnitudinem indicaret, ac majorem partem, nec tamen totum ex gratia fuisse. Nam etiam nos dicere solemus : Ille consequutus est ; ille invenit, quando multum lucri accessit. Neque enim ex humano labore, sed ex divino dono major pars venit. *Cæteri vero excæcati sunt.* Vide quandonam propria voce cæterorum ejectionem dicere ausus sit. Illam quidem jam dixit, sed ita, ut prophetas induceret accusantes ; hic vero ipse demum sententiam profert. Attamen neque hic sua contentus est sententia, sed Isaiam prophetam inducit : cum dixisset enim, *Excæcati sunt*, subjunxit, *Sicut scriptum est : Dedit illis Deus spiritum compunctionis.* Et undenam hæc excæcatio ? Causas illius jam prius protulit, et totum in illorum caput convertit, ostendens id illos ex intempestiva contentione passos esse. Cum enim dicit, *Oculos ut non videant, et aures ut non audiant*, nihil aliud quam contentiosam illorum mentem criminatur. Nam cum oculos haberent, ut viderent miracula, et aures haberent, ut audirent mirabilem illam doctri-

nam ; nullo eorum, ut par erat, usi sunt. Illud vero *Dedit*, ne putes operationem significare, sed conscientiam. Compunctionem hic dicit affectum animi circa pejus, qui nec curari, nec mutari potest. Nam et alibi ait David : *Ut cantet tibi gloria mea, et non compungar (Psal. 29. 13) ;* hoc est, non transferri non immuter. Sicut enim is, qui cum pietate compungitur, non facile inde transfertur : ita is, qui malitia compungitur, item non facile mutatur : compungi enim non aliud est, quam infligi et quasi detineri. Insanabilem igitur, et multum difficile animum illorum declarans, *Spiritum compunctionis* dixit. Deinde ostendens illos hujus incredulitatis extremas daturus esse pœnas, rursus inducit prophetam eadem comminantem, quæ evenerunt et libenter acceperunt. 9. *Fiat, inquit, mensa eorum in lapidem, et in captivum et in scandalum (Psal. 68. 23) ;* hæc est, illorum delicia omniaque bona mutantur et pereant, sintque omnibus capta faciles. Ostendensque illos hæc patientes peccatorum dare pœnas, subjunxit : *Et in retributionem ipsis.* 10. *Obscurentur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurva.* An hæc quoque aliqua egent interpretatione ? *annuvel admodum insipientibus clara sunt ?* Etiam ante, quam nos loquamur, ipse rerum eventus verbis fidenter fecit. Quandonam capta faciles fuerunt ? quandonam comprehensu faciles ? quandonam sic dorsum eorum incurvavit ? quandonam talem subierunt servitutem ? Quodque majus est, nulla erit harum calamitatum solutio : id quod et ipsum propheta subindicavit. Neque enim tantum dixit, *Dorsum eorum incurva* ; sed addidit, *Semper.* Si vero de fine contendas, o Judæe, a præteritis præsentia edisce. In Ægyptum descendisti ; sed postquam isthic ducentes emensus es annos, cito ab illa servitute liberavit te Deus, licet impie egeris et fornicationem gravissimam admiseras. Liberatus ab Ægypto vitulum adorasti, filiosque tuos Beelphégori immolasti, templum polluisti, nullam non sceleris speciem adiisti, ipsam naturam ignorasti, montes, salus, colles, fontes, fluvios, hortos nefandis hostiis implevisti, prophetas occidisti, aras evertisti, culmen omne nequitiæ et impietatis exhibuisti : attamen postquam te annos septuaginta Babyloñis tradidit, rursus te ad pristinam libertatem reduxit, ac tibi templum et patriam restituit ; nec non priscum prophetiæ modum : et rursus prophetæ, rursus Spiritus gratia advenit. Imo ne captivitatis quidem tempore derelictus fuisti ; sed illis

φρικωδέστερον, ὅταν μὴδὲ αὐτὸ τοῦτο ποιῆς. Καὶ ἐνταῦθα μὲν τὸ βῆμα σε ναρκῶν ἐποίησεν, ὅταν δὲ ἀπέλθῃς ἐκεῖ, καὶ τὰ πολλῶν χαλεπώτερα τούτων ἀκούσῃς, καὶ τὰ ἀνήκεστα βλέπῃς βασανιστήρια, τί ἔρεις; πρὸς τίνα καταφεύξῃ; τίνα καλέσεις σύμμαχον καὶ βοηθόν; τὸν Ἄβραάμ; Ἄλλ' οὐκ ἀκούσεται. Ἄλλὰ τὰς παρθένους ἐκείνας; Ἄλλ' οὐδὲ αὐταὶ σοὶ μεταδώσουσιν ἑλαίου. Ἄλλὰ τὸν πατέρα, ἀλλὰ τὸν πάππον; Ἄλλ' οὐδὲ τούτων οὐδεὶς ἔσται κύριος, καὶ

σφόδρα ἅγιος ἦ, λύσει τὴν ψῆφον ἐκείνην. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα λογισάμενος, τὸν μόνον κύριον ὄντα τὸ χειρὸς γράφον ἐξελεῖσαι [642] τὸ ὄν, καὶ τὴν φλόγα ἐκείνην σθέσαι, τοῦτον ἰκέτευε καὶ παρακάλει καὶ ποιήσον ὡς, ἦδη τρέφων καὶ ἐνδύων διηνακῶς· ἵνα καὶ ἐντεῦθεν μετὰ χρηστῆς ἀπέλθῃς ἐλπίδος, καὶ ἐκεῖ γινόμενος τῶν αἰωνίων ἀπολαύσης ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλα-  
θρωπίᾳ, καὶ τὰ ἐξῆς.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΙΘ'.

*Τι οὖν; δ ἐπιζητεῖ Ἰσραὴλ, τοῦτου οὐκ ἐπέτυχεν, ἢ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν· οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν.*

α'. Εἶπεν, ὅτι οὐκ ἀπόσωτο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ δεικνύς πῶς οὐκ ἀπόσωτο, πάλιν ἐπὶ τοὺς προφήτας κατέφυγε· καὶ δι' αὐτῶν δηλώσας, ὅτι τὸ πλεον μέρος τῶν Ἰουδαίων ἀποδωλεν, ἵνα μὴ δόξῃ πάλιν οἰκοθην ἐκφέρειν τὴν κατηγορίαν, καὶ ἐπαχθῇ τὸν λόγον ποιεῖν, καὶ ὡς ἐχθρὸς αὐτῶν καθάπτεσθαι, ἐπὶ τὸν Δαυὶδ καὶ τὸν Ἡσαϊαν καταφεύγει, λέγων· *Καθὼς γέγραπται· Ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξωος.* Μᾶλλον δὲ ἄνωθεν ἡμῖν ἀρκτέον τοῦ λόγου. Καὶ γὰρ εἰπὼν τὰ κατὰ τὸν Ἡλίαν, καὶ δείξας τί ποτὲ ἐστὶ χάρις, ἐπήγαγε· *Τι οὖν; δ ἐπιζητεῖ Ἰσραὴλ, τοῦτου οὐκ ἐπέτυχεν.* Τοῦτο δὲ οὐκ ἐρωτῶντος μᾶλλον ἐστίν, ἢ ἐγκαλοῦντος. Ἐαυτῷ γὰρ μάχεται, φησίν, ὁ Ἰουδαῖος, ζητῶν δικαιοσύνην, ἣν οὐ βούλεται λαβεῖν. Εἶτα ἀποστερῶν αὐτοὺς πάλιν συγγνώμης, ἀπὸ τῶν εὐλογητῶν δεικνυσὶν αὐτῶν τὴν ἀγνωμοσύνην, οὕτω λέγων· *Ἦ γὰρ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν.* Κάκεινοι τούτους κατακρινουσί. Ὡπερ οὖν καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· *Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοῦλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὧμῶν ἐν τίμῃ ἐκβάλλουσιν;* Διὰ τοῦτο αὐτοὶ κριταὶ ὧμῶν ἔσονται. Ἴνα γὰρ μηδεὶς τῆ τοῦ πράγματος φύσει ἐγκαλῆ, ἀλλὰ τῇ ἐκείνων γνώμῃ, δεικνυσὶ καὶ τοὺς ἐπιτυχόντας. Διὸ καὶ σφόδρα ἐμφαντικῶς τῆ λέξει κέχρηται, καὶ τὴν ἄνωθεν χάριν καὶ τὴν αὐτῶν σπουδὴν ἐνδεικνύμενος. Οὐδὲ γὰρ ἵνα ἀνέλθῃ τὸ αὐτεξούσιον, φησίν, ὅτι ἐπέτυχον, ἀλλ' ἵνα δηλώσῃ τῶν ἀγαθῶν τὸ μέγεθος, καὶ ὅτι τὸ πλεον τῆς χάριτος ἦν, οὐ τὸ πᾶν. Καὶ γὰρ καὶ ἡμῖν ἔθος λέγειν, Ὅ δεῖνα ἐπέτυχεν, ὁ δεῖνα εὗρεν, ὅταν πολλὸ τὸ κέρδος ἦ τὸ γινόμενον. Οὐδὲ γὰρ ἀνθρωπίνους πόνοις, ἀλλὰ θεῖα δωρεὰ τὸ πλεον γέγονεν. *Οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν.* Ὅρα πότε ἐθάβρησεν εἰπεῖν οἰκεία φωνὴ τὴν τῶν λοιπῶν ἐκβολὴν. Εἶπε μὲν γὰρ αὐτὴν καὶ ἦδη, ἀλλὰ τοὺς προφήτας εισάγων κατηγοροῦντας· ἐνταῦθα δὲ καὶ αὐτὸς λοιπὸν ἀποφαίνεται. Ἄλλ' ὅμως οὐδὲ ἐνταῦθα ἀρκεῖται τῇ οἰκείᾳ ἀποφάσει, ἀλλὰ πάλιν τὸν Ἡσαϊαν εισάγει τὸν προφήτην· εἰπὼν γὰρ, *Ἐπωρώθησαν, ἐπήγαγε· Καθὼς γέγραπται· Ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξωος.* Καὶ πόθεν μὲν ἢ πύρωσις αὕτη; Εἶπε μὲν καὶ ἔμπροσθεν τὰς αἰτίας, καὶ τὸ πᾶν εἰς τὴν αὐτῶν περιέστρεψε κεφαλὴν, δεικνύς ὅτι ἐξ ἀκαίρου φιλονεικίας τοῦτο ὑπέμειναν. Λέγει δὲ καὶ νῦν· Ὅταν γὰρ εἶπη, *Ὁφθαλμοῦς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὠτα τοῦ μὴ ἀκούειν, οὐδὲν ἔτερον ἢ τὴν γνώμην αὐτῶν τὴν φιλόνοιον* [643] διαβάλλει. Καὶ γὰρ ὀφθαλμοὺς ἔχοντες ὥστε ἰδεῖν τὰ θαύματα, καὶ ὠτα κεκτημένοι ὥστε ἀκοῦσαι τῆς θαυμαστῆς διδασκαλίας ἐκείνης, οὐδενὶ τούτων ἐχρήσαντο εἰς δῖον. Τὸ δὲ, *Ἔδωκεν, ἐνταῦθα μὴ ἐνέργειαν νόμιζε εἶναι, ἀλλὰ συγχώρησιν.* Κατάνυξιν

δὲ ἐνταῦθα τὴν περὶ τὸ χεῖρον<sup>b</sup> ἔξιν τῆς ψυχῆς φησὶ, τὴν ἀνιάτως ἔχουσαν καὶ ἀμεταθέτως· ἐπεὶ καὶ ἀλλαχού φησιν ὁ Δαυὶδ· *Ὅπως ἂν ψάλλῃ σοὶ ἡ δόξα μου, καὶ οὐ μὴ καταρυγῶ*· τουτέστιν, οὐ μὴ μεταβληθῶ. Ὡπερ γὰρ ὁ ἐν εὐλαβείᾳ κατανευγμένος οὐκ ἂν εὐκόλως μετασταίῃ· οὕτω καὶ ὁ ἐν πονηρίᾳ καταρυγέλις πάλιν οὐκ ἂν βραδίως μεταβάλοιτο· καταρυγῆναι γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τὸ ἐμπαγγῆναι πού καὶ προσηλωσθαι. Τὸ τοίνυν ἀνιάτων τῆς γνώμης αὐτῶν καὶ δυσμετάθετον δηλῶν, *Πνεῦμα κατανύξωος*, εἶπεν. Εἶτα δεικνύς, ὅτι τῆς ἀπιστίας ταύτης τὴν ἐσχάτην δώσουσι δίκην, πάλιν ἐπάγει τὸν προφήτην τὰ αὐτὰ ἀπειλοῦντα, ἅπερ ἐξέθη καὶ τέλος ἔλαβε. *Γενηθήτω γὰρ, φησὶν, ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς κληρίδα, καὶ εἰς θήραν καὶ εἰς σκάνδαλον*· τουτέστιν, Ἡ τρυφή, τὰ ἀγαθὰ πάντα μεταβαλλέσθω καὶ ἀπολύσθω, καὶ γενέσθωσαν εὐχείρωτοι πᾶσι. Καὶ δηλῶν, ὅτι ἀμαρτημάτων τίνοισι δίκην ταῦτα πάσχοντες, ἐπήγαγε· *Καὶ εἰς ἀνταπόδομα αὐτοῖς. Σκοιοσθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον.* Ταῦτ' οὖν ἐτι ἐρμηνείας δεῖται τινος; οὐχὶ καὶ τοῖς σφόδρα ἀνοήτοις θῆλα ἦν; Καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων βημάτων αὐτῆ τῶν πραγμάτων ἢ ἐκβασίς προλαβοῦσα μαρτυροῖ τοῖς εἰρημένοις. Πότε γὰρ οὕτως εὐχείρωτοι γεγόνασι; πότε εὐάλωτοι; πότε οὕτω τὸν νῶτον αὐτῶν συνέκαμψε; πότε τοιαύτην δουλείαν ὑπέστησαν; Καὶ τὸ δὴ μείζον, ὅτι οὐδὲ λύσις ἔσται τῶν δεινῶν τούτων· δὲ καὶ αὐτὸ ὁ προφήτης ἠνείκατο. Οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς εἶπε, *Τὸν νῶτον αὐτῶν σύγκαμψον*, ἀλλὰ καί, *Διαπαντὸς*. Εἰ δὲ φιλονεικεῖς, ὦ Ἰουδαῖε, περὶ τοῦ τέλους, ἀπὸ τῶν φθασάντων μάθανε καὶ τὰ παρόντα. Κατέδης εἰς Αἴγυπτον· ἀλλ' ἐγένετο διακόσια ἔτη, καὶ ταχέως τῆς δουλείας ἐκείνης σε ἀπήλλαξεν ὁ Θεός, καὶ ταῦτα ἀσεβούντα καὶ πορνεύοντα τὴν χαλεπωτάτην πορνείαν· ἀπηλλάγης Αἴγυπτου, καὶ προσεκύνησας τὸν μόσχον, ἔθυσας τοὺς υἱούς σου τῷ Βεελφεγῶρ, τὸν ναβὸν ἐμόλυνας, πᾶν εἶδος ἐπὶ ἡλθες κακίας, τὴν φύσιν αὐτὴν ἠγνόησας, τὰ ὄρη, τὰς νάπας, τοὺς βουνοὺς, τὰς πηγὰς, τοὺς ποταμούς, τοὺς κήπους τῶν θυσῶν ἐνέπλησας τῶν ἐναγῶν, προφήτας ἔσφαξας<sup>c</sup>, θυσιαστήρια κατέστρεψας, πᾶσαν ὑπερβολὴν ἐπεδείξω πονηρίας καὶ ἀσεβείας· ἀλλ' ὅμως ἐβδομήκοντά σε ἔτη παραδοὺς Βαβυλωνίαις, πάλιν ἐπὶ τὴν πατρίδα ἐπανήγαγεν ἑλευθερίαν, καὶ τὸν νῶτον καὶ τὴν πατρίδα ἀπέδωκε, καὶ τὸ παλαιὸν τῆς προφητείας σχῆμα, καὶ προφήται πάλιν καὶ Πνεύματα<sup>c</sup> χάρις· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἰχμαλωσίας ἐγκατελείφθη, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ Δανιὴλ καὶ Ἰεζεκιὴλ, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ Ἰερεμίας, καὶ ἐν ἐρήμῳ Μωϋσῆς.

<sup>b</sup> Unus ἐπὶ τὸ χεῖρον. <sup>c</sup> Προφήτας ἔσφαξας, sic unus codex recte, alique ita legendum suspicatus est Savilius. Editi προφῆτας ἔσκαψας, correperam.

<sup>a</sup> Savil. in marg., καὶ ὡς ἐχθρῶν, forte melius.

[644] β'. Μετ' ἐκεῖνα πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανήλθεσ κακίαν, καὶ ἐξεθαχεύθησ, καὶ πρὸσ τὴν Ἑλληνικὴν μετετάξω πολιτείαν ἐπὶ Ἀντιόχου τοῦ ἀσεβοῦσ· ἀλλὰ καὶ τότε ἐτὴ τρία μόνον καὶ μικρόν τι πρὸσ, Ἀντιόχῳ παραδοθέντεσ, διὰ τῶν Μακκαβαίων τὰ λαμπρὰ πάλιν ἐστήσατε τρόπαια. Ἀλλὰ νῦν τοιοῦτον οὐδὲν, ἀλλὰ τούναντίον ἅπαν γέγονεν· ὃ καὶ μάλιστα ἐστὶ θαυμάσαι, ὅτι τὰ μὲν τῆσ κακίασ ἐληξε, τὰ δὲ τῆσ τιμωρίασ ἐπιτίεταται, καὶ οὐδὲ ἐλπίδα τινὰ ἔχει μεταβολῆσ. Οὐδὲ γὰρ ἐβδομήκοντα ἐτὴ παρῆλθε μόνον, οὐδὲ ἑκατόν, οὐδὲ δις τοσαῦτα, ἀλλὰ καὶ τριακόσια καὶ πολλῶν πλέον, καὶ οὕτε σκιάν ἐλπίδοσ τοιαύτησ ἐστὶν εὐρεῖν, καὶ ταῦτα οὕτε εἰδωλολατρώντων ὁμῶν, οὕτε τὰ ἄλλα ποιούντων, ἅπερ ἐμπροσθεν ἐτολμάτε.

β'. Πολλὴν πάλιν περὶ τῆς ταπεινοφροσύνης ποιεῖ τὴν σπουδὴν, ὅθεν καὶ ἤρξατο τοῦ λόγου. Καὶ γὰρ κὼς ἦν αὐτοῦ· φρονήματος μεστός εἶναι, καὶ ἐπὶ τῆς πόλεως καὶ ἐτέρωθεν πολλαχόθεν· διὰ καὶ σὲ εὐχῶς ὑποσύρει τὸ νόσημα, καὶ καταστῆλλει τὴν φωνήν. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀποσχίζει σῶμα Ἐκασίας, ὡς ἀλαζονεία. Τί δὲ ἐστὶ, *Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονούντες*; Παρεγένετό σοι ὁ πέννης εἰς οἰκίαν; Γενοῦ κατ' ἐκεῖνον τῷ φρονήματι· μὴ γὰρ ζῶνα λάβῃς ἡγκον διὰ τὸν πλοῦτον· οὐκ ἐστὶ πλοῦτος καὶ πέννης ἐν Χριστῷ. Μὴ τοίνυν ἐπαισχυνθῆς διὰ ἐξωθεν περιβολῆν, ἀλλ' ἀπόδεξαι διὰ τὴν ἑξῆς σὺν· μηδὲ, ἂν ἴδῃς πενθοῦντα, ἀνάξιον αὐτὸν κτήσθαι παρακαλέσαι· μηδὲ, ἂν ἴδῃς εὐήμερον, ἐπιθυμῆσαι κοινωνῆσαι τῆς ἡδονῆς καὶ συνήσθηναι, ἢ ὁ περὶ σεαυτοῦ φρονεῖς, καὶ περὶ ἐκείνου φρόνησεν. *Τὸ γὰρ αὐτὸ φρονούντες*, φησὶν, *εἰς ἀλλήλους ὄψον, μέγαν σαυτὸν εἶναι νομίζεις*; Οὐκοῦν καὶ ἐν ἑνὶ νόμῳ. Ταπεινὸν καὶ μικρὸν εἶναι ὑποπτεῖ ἐκεῖνον; Οὐκοῦν καὶ περὶ σαυτοῦ τοῦτο ψηφίζου, πᾶσαν ἀνωμαλίαν ἐκβαλε. Πῶς δ' ἂν γένοιτο τοῦτο ἂν τὴν ἀπόνοιαν ἐκβάλῃς. Διὸ καὶ ἐπήγαγε· *τὰ ὑψηλὰ φρονούντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι*· τουτέστιν, εἰς τὴν ἐκείνων εὐτέλει κατὰβῆθι, συμπεριφέρου, συμπεριέρχου. Μὴ ἀπὸ τῆς φρονήματι συνταπεινοῦ, ἀλλὰ καὶ βοηθῆσαι

<sup>a</sup> Duo mss. κατακνημένον. <sup>b</sup> Sic unus cod. recte. Editum fuerat ἴδιον. E. 011.



meliis afficiamus, sed etiam consolemur et verbis et factis, ut nobis multa prius recondita misericordia,

promissa nobis bona consequamur, gratia et benignitate, etc.

## HOMILIA XXII.

CAP. 12. v. 14. *Benedicite persequentibus vos : benedicite, et nolite maledicere.*

1. Postquam docuit illos, quomodo oporteat mutuo affectos esse, membrisque diligenter conglutinatis, educit illos deinceps ad externam pugnae aciem, faciliorem inde illam reddens. Quemadmodum enim is, qui ea quae ad domesticos spectant non recte composuit, difficilius ea quae ad extraneos pertinent administrabit: sic is, qui pulchre in istis sese exercuit, facilius res externorum componet. Ideo Paulus ultra procedens, post illud haec ponit, et ait: *Benedicite persequentibus vos.* Non dixit, Ne injuriarum recodemini, nec vos ulciscamini, sed, quod multo majus est, exigit: illud enim philosophi viri est, hoc angeli. Et cum dixisset, *Benedicite*, subjungit, *Et nolite maledicere*; ut ne hoc vel illud, sed id tantum quod ille dicit, faciamus. Nam qui nos persequuntur, mercedis nobis conciliatores sunt. Si autem vigiles, aliam tibi cum hac mercedem apparabis. Ille tibi persequutionis mercedem parat; tu vero mercedem tibi attrahis benedictionis illius, signumque maximum effers dilectionis erga Christum. Sicut enim is qui maledicit se persequenti, ostendit se non multum gaudere dum haec propter Christum patitur: sic qui benedicit, multum exhibet amorem. Ne igitur illi conviciaris, ut et ipse majorem referas fructum, et illum doceas rem ex alacritate proficisci, non ex necessitate; celebritatis et dici festi rem esse, non calamitatis et mœroris. Ideo Christus dicebat: *Gaudete, cum dixerint omne malum verbum adversum vos mentientes (Matth. 5. 11).* Idcirco et apostoli reversi sunt gaudentes, non solum quod male audissent, sed etiam quod flagellati fuissent. Præter ea quae dicta sunt aliud etiam non modicum lucraris, quod sic adversarios percellas, ac per opera illos doceas, te aliam carpere viam. Nam si te viderit gaudentem et alacrem dum male pateris, ex rebus ipsis clare discet, te spem habere præsentibus rebus majorem: si contra non hoc feceris, sed flevris et lamentatus fueris, unde poterit ille scire te aliam vitam expectare? Aliud præterea recte factum edes: si enim te viderit de contumeliis non dolentem, sed benedicentem, persequendi finem faciet. Vide igitur quanta hinc bona emergant: et tibi merces major, et tentatio minor, et ille persequi cessabit, et Deus glorificabitur, et philosophia tua erranti doctrina erit, qua ad pietatem ducatur. Ideo non contumelia afficientes modo, sed etiam persequentes et operibus nocentes, jubet contrariis remunerari. Et nunc quidem illis benedicere jussit; progressus vero etiam operibus benefacere ipsis hortatur. 15. *Gaudere cum gaudentibus, et flere cum flentibus.* Quia enim potest quis benedicere et non maledicere, nec tamen ex dilectione hoc facere, vult

ille ut dilectione ardeamus. Ideo illud subdidit, ut non modo benedicamus, sed et compatiatur, si quando illos in calamitatem lapsos videamus. Etiam, inquit: flentibus condolere merito jussit; aliud vero cur præcepit, cum nihil magni sit? Atqui illud animo magis philosophico opus habet, gaudere nempe cum gaudentibus, quam flere cum flentibus. Hoc enim ipsa natura efficit; nemo enim est ita lapideus, ut non defleat eum, qui in calamitatibus versatur: illud autem generosi admodum est animi, prospere agenti non modo non invidere, sed etiam congaudere. Ideo illud primum posuit. Nihil enim ita dilectionem conciliat, ut cum et gaudium et mœrorem commune facinus. Ne igitur, quia tu procul ab ærumnis es, etiam a commiseratione senovearis: nam cum proximus tuus male patitur, commune facere debes calamitatem. Communes ergo tibi sint lacrymae, ut tristitiam illius alleves: commune gaudium, ut lætitiæ radices ponas, et dilectionem confirmes; et sic ante illum te ipsum juvabis, dum per lacrymas misericordem reddis, et per commune gaudium te ab invidia liberas. Observes autem velim, quam non onerosus sit Paulus. Non enim dixit, Solve calamitatem, ne sæpe dicas id fieri non posse; sed quod facilius erat præcepit, et quod in facultate tua situm erat. Licet enim ærumnam amovere nequeas, induc lacrymas, et majorem partem abstulisti: si non possis augere felicitatem, induc gaudium et magnam accessionem intulisti. Ideo non solum non invidere, sed quod multo majus est, congaudere jubet: id quod multo majus est quam non invidere. 16. *Idipsum invicem sentientes: non alta sapientes, sed humilibus consentientes.*

2. *Arrogantia dissidii causa.*—Multam rursus de humilitate curam gerit, a qua sermonem incepit. Nam verisimile est illos fastu plenos fuisse tum ab urbis celebritate, tum aliis multis de causis; ideoque frequenter morbum illum traducit et fastum comprimit. Nihil enim corpus Ecclesiae ita discindit, ut arrogantia. Quid vero significat illud, *Idipsum invicem sentientes*? Advenit tibi pauper in aedes tuas? Esto illi sensu similis: ne majorem assumas fastum ob divitias: in Christo nec dives nec pauper est. Ne itaque pudore afficiaris ob externum amictum, sed suscipe illum propter internam fidem: neque, si lugentem videris, indignum putes quem consoleris, neque si prospere agentem, erubescas partem lætitiæ et gaudii suscipere; sed ut erga te ipsum, ita erga illum affectus esto: nam ait, *Idipsum invicem sentientes.* Exempli causa: magnum te esse existimas? Magnum et illum putato. Humilem et exiguum suspicaris illum? De te quoque ipso eundem calculum feras, et inæqualitatem omnem elimina. Quomodo autem id fiat? Si arrogantiam abjicias. Ideo subjun-

git, *Non alta sapientes, sed cum humilibus consentientes*; id est, In illorum vilitatem descende, cum illo circumferaris. Ne tantum cum illo humiliter sentias, sed etiam fer opem et manum porrige, non per alium, sed per teipsum, ut pater filio prospiciens, ut caput corpori; quod et alibi ait, *Vinctis ut simul vinculis constricti* (Hebr. 13. 3). Humiles autem hic vocat non eos tantum qui humiliter sentiunt, sed viles et contemptibiles. *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos*; id est, Ne putetis vos sufficere vobismetipsis. Nam alibi quoque dicit Scriptura: *Væ prudentibus apud semetipsos, et in oculis suis sapientibus* (Isai. 5. 21). His autem rursus arrogantiam deprimit, et fastum tumoremque depellit. Nihil enim ita a reliquis anovet et abscondit, ut cum quis putat se sibi satis esse: ideoque nos Deus ita constituit, ut alter altero opus haberemus. Etiam si enim prudens sis, alio opus habebis: si te non opus habere putes, omnibus factus es stultior et imbecillior. Nam qui talis est, se omni vacuum auxilio constituet, et in peccatis suis nulla fruatur vel correctione vel venia, ac per arrogantiam suam Deum ad iram concitabit, et in multis delinquet. Accidit namque, sæpe accidit, ut qui prudens est, id quod oporteret non videat; et is qui stultior est, aliquid eorum quæ conveniunt reperiat: quod in Moyse et in socero suo contigit, quod in Saule et in puero suo, quod in Isaaco et in Rebecca. Ne putes ergo te deprimi, si in altero indigeas: hoc enim te magis exaltat, hoc te fortiolem facit, hoc te splendidiorem et tutiorem. 17. *Nemini malum pro malo reddentes*. Nam si alium qui tibi insidiatur vituperes, cur te crimini obnoxium facis? si malum ille fecit, cur tu æmulationem non fugis? Et vide, quomodo hic non distinxerit, sed communem legem posuerit. Neque enim dixit, *Fideli malum non reddas*; sed *Nemini*, etiam si gentilis sit, etiam si scelestus, et quisquis tandem fuerit. *Providentes bona eorum omnibus hominibus*: 18. *si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes*. Hoc est, *Luceat lux vestra coram hominibus* (Matth. 5. 16): non ut ad vanam gloriam vivamus, sed ut ansam volentibus ne præbeamus adversum nos. Unde alibi quoque dicit: *Inoffensi estote et Judæis et Græcis et Ecclesiæ Dei* (1. Cor. 10. 32). Bene autem in sequentibus id declarat, dicens: *Si fieri potest, quod ex vobis est*. Aliquando autem fieri nequit, ut cum de pietate sermo est, et quando de injuria affectis concertatur. Et quid miraris, si apud alios homines id fieri non semper possit? quandoquidem inter virum et uxorem hanc solvit necessitatem, dicens: *Si vero infidelis discedit, discedat* (Ibid. 7. 15); id est, Quæ penes te sunt præsta, et nemini des ansam belli et pugnae, non Judæo, non Græco: sicubi vero pietatem lædi videas, ne præponas concordiam veritati, sed genereose persiste usque ad mortem; ac neque sic ex animo pugnes, neque ex voluntatis proposito ipsum averseris, sed in rebus tantummodo pugnes: id enim significat illud, *Quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes*. Et si ille pacem non

servaverit, tu ne animum tuum tempestate repletus, sed ex proposito voluntatis amicus esto, ut dei veritatemque nusquam prodas. 19. *Neque vos ipsi ulciscentes, carissimi, sed date locum iræ: scriptum est enim: Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus* (Deut. 32. 35). Cui iræ? Dei. Quia enim hic maxime videre cupit is, qui injuria affectus est, a ultione fruatur, hoc ipsum Deus abunde dat: non te non ulciscaris, Deus ultor erit. Concede igitur, inquit, ut hoc aggrediatur: id enim significat illud, *Date locum iræ*.

3. Deinde, ut magis consoletur, testimonium adduxit, et hac ratione magis illum recreans, majorem ab illo philosophiam requirit dicens: 20. *Si es esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ipsius*. 21. *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum*. Quid enim dico, inquit, quod in peccato vivendum? Nam inimico benefacere jubeo: etiam ait, *Ciba illum et potum da illi*. Deinde quia reprobosam et magnam præcepit, subjunxit: *Bene faciens carbones ignis congeres super caput ipsius*. Porro dixit, illum metu reprimens, et huic retributionis alacriorem reddens. Nam qui injuste laesus est, cum infirmatus fuerit, non de propriis bonis afficitur, ut de supplicio ejus qui se læsit. Nihil enim ita jucundum est, ut ultio de inimico sumpta. Quod ergo desiderat, hoc illi primo dat; et postea cum venenum amisit, tunc ad sublimiora hortatur, dicens: *Noli vinci a malo*. Sciebat enim inimicum, etiam si fera esset, inimicum tamen non mansurum, si cibum ab illo acceperit. Et si is, qui læsus fuit, quantumcumque vindictæ cupidus sit, postquam inimico cibum et potum dederit, non ultra certe vindictam optaturus est. Ideo de fine et exitu rei fiduciam habens, non simpliciter comminatur, sed supplicium vario modo depingit. Non enim dixit, *Vindictam sumes*; sed, *Carbones ignis congeres super caput ejus*. Deinde sic prædicans illum alloquitur: *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum*; atque ita sensum subindicat, non oportere tali animo facere: nam injuriæ memoriam adhuc retinere, est vinci a malo. In primo quidem illud non dixit; neque enim tempus erat: cum autem iram illius evacuavit, tunc subjunxit dicens, *Vince in bono malum*. Nam et hoc victoria est. Pugil enim magis vincit, non cum se subigit ad plagas recipiendas, sed quando erigens seipsum, id agit ut adversarius in aerem vim suam effundat. Ita enim ipse plagas non accipiet, et ejus vires deolvat: id quod etiam in contumeliis evenit. Nam cum contumeliam contumelia repellit, superatus es non ab homine, sed, quod turpius est, ab illiberali affectu: si vero taceas, vicisti, ac sine labore tropæum erexisti, innumerosque habebis te corona donantes, et convicii falsitatem damnantes. Nam qui contradicit, quasi ex convicii morsu contradicere videtur, cum morsum vero sentiat, suspicionem præbet, quod sit dictorum conscius: si vero deriseris, ex risu calculus et iudicium contra te latum solvisti. Si autem

δρέγου, μή δι' ἐτέρου, ἀλλὰ διὰ σαυτοῦ ὡς πα-  
 αιδῆς προνοῶν, ὡς κεφαλὴ σώματος ὅπερ καὶ  
 τοῦ φησι, *Τοῖς δεσμοῖς ὡς συνδεδεμένοι.*  
 ινοὺς δὲ ἐνταῦθα οὐχ ἀπλῶς τοὺς ταπεινόφρο-  
 ησιν, ἀλλὰ τοὺς ταπεινοὺς καὶ εὐκαταφρονη-  
*Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς*· τού-  
 τῃ νομίζετε ἀρκεῖν ἑαυτοῖς. Καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ  
 ἢ Γραφῇ· *Οὐαὶ οἱ συνετοὶ παρ' ἑαυτοῖς,*  
*κώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονες.* Καὶ διὰ τούτων  
 λιν τὴν ἀπόνοιαν ὑπορῦττει, καὶ τὸ φύσημα καὶ  
 λεγμονὴν καταστέλλει. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀπαι-  
 εὐ ἀποσχίζει τῶν λοιπῶν, ὡς τὸ νομίζειν τινὰ  
 ν ἑαυτῷ· διὸ καὶ ἐν χρεῖζ ἀλλήλων κατέστησεν  
 ὁ Θεός. *Κἂν γὰρ φρόνιμος ἦς, ἐτέρου δεήσῃ·*  
*νομίσῃς μὴ δεῖσθαι, ἀνοητότερος πάντων ἐγέ-  
 αι ἀσθενέστερος.* Ὁ γὰρ τοιοῦτος καὶ ἔρημον  
 ν καταστήσει βοηθείας, καὶ ἐν οἷς ἂν ἀμαρτάνῃ,  
 εἰς ἀπολαύσεται οὐτε διορθώσεως οὐτε συγ-  
 ης, καὶ τὸν Θεὸν παροξυνεῖ διὰ τῆς ἀπονοίας,  
 οὐδὲ ἀμαρτήσεται. Ἔστι γὰρ, ἔστι πολλάκις  
 ἂν φρόνιμον μὴ συνιδεῖν τὸ δέον, καὶ τὸν ἀνοη-  
 ον εὐρεῖν τι τῶν προσκόντων ὅπερ ἐπὶ τοῦ  
 Μωυσέως καὶ τοῦ πενθεροῦ γέγονεν, ὅπερ ἐπὶ  
 οὐλ καὶ τοῦ παιδὸς, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Ἰσαὰκ καὶ  
 Ρεβέκκας. Μὴ τοίνυν νομίσῃς καθαιρεῖσθαι  
 νο; ἐτέρου. Τοῦτο γὰρ σε μᾶλλον ὑψοῖ, τοῦτό σε  
 ὅτερον ποιεῖ, τοῦτό σε λαμπρότερόν τε καὶ  
 ἄσπερον. *Μηδενὶ κακὸν ἀντι καλοῦ ἀποδι-  
 ς.* Εἰ γὰρ ἕτερον φέγεις ἐπιβουλεύοντα, τί σαυ-  
 πεύθονον ποιεῖς τῇ κατηγορίῃ; Εἰ κακῶς  
 εἰποίησε, τί μὴ φεύγεις τὸν ζῆλον; Καὶ ὅρα  
 νταῦθα οὐ δέιστεῖλεν, ἀλλὰ κοινὸν τὸν νόμον  
 ν. Οὐ γὰρ εἶπε, *Τῷ πιστῷ μὴ ἀποδώς κακὸν,*  
*Μηδενὶ·* κἂν Ἕλληνας ἦ, κἂν μαρδῶς, κἂν ὁστι-  
*Προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον ἀνθρώπων*  
*ων, εἰ δυνατόν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων*  
*ὑπὸν εἰρηνεύοντες.* Τοῦτό ἐστι, *Λαμψάτω τὸ*  
*ὑμῶν ἐμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων·* οὐχ ἵνα  
 κενοδοξίαν ζῶμεν, ἀλλ' ἵνα μὴ παρέχουμεν λα-  
 οῦ ἐκπτῶν τοῖς βουλομένοις. Διὸ καὶ ἀλλαχοῦ  
 , *Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίους καὶ*  
*ησι καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ.* Καλῶς δὲ  
 ἰς ἐδήλωσεν εἰπὼν, *Εἰ δυνατόν, τὸ ἐξ ὑμῶν.*  
 γὰρ ὅπου οὐ δυνατόν· ὅσον ὅταν περὶ εὐσεβείας  
 ος ἦ ὅταν περὶ ἀδικουμένων ὁ ἀγών. Καὶ τί  
 ἔξεις, εἰ ἐπὶ ἀνθρώπων τῶν ἄλλων τοῦτο οὐ  
 ἰχοῦ δυνατόν, ὅπου γε καὶ ἐπὶ ἀνδρῶς καὶ γυ-  
 ; ταύτην ἔλυσεν τὴν ἀνάγκην, εἰπὼν· *Εἰ δὲ ὁ*  
*τος χωρίζεται, χωρίζεσθω;* Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦ-  
 τει· *Τὰ παρὰ σεαυτοῦ παρέχε, καὶ μηδενὶ δι-*  
*ολέμου καὶ μάχης ἀφορμὴν, μὴ Ἰουδαίῳ, μὴ*  
*ἰνι·* εἰ δὲ που τὴν εὐσέβειαν παραβλαπτομένην  
 μὴ προτίμα τὴν ὁμόνοιαν τῆς ἀληθείας, ἀλλ'  
 ο γενναίως ἕως θανάτου· καὶ μηδὲ οὕτω ψυχῇ  
 εἰ, μηδὲ ἀποστρέφου γνώμη, ἀλλὰ τοῖς πράγ-  
 μαχοῦ μόνον· τοῦτο γὰρ ἐστι, *Τὸ ἐξ ὑμῶν,*  
*πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες.* Κἂν ἐκεῖ-  
 η εἰρηνεύῃ, οὐ μὴ πληρώσης χειμῶνος τὴν  
 , ἀλλ' ἔσο φίλος κατὰ γνώμην, ὅπερ ἐφθην εἰ-  
 τὴν ἀληθειαν μηδαμῶς προδιδοῦς. *Μηδὲ ἐαυ-*  
*ἐκδικούντες, ἀγαπητοὶ, ἀλλὰ ὅτε τόπον τῇ*  
*γέγραπται γίνε, Ἔμοι ἐκδικησῖς, ἐγὼ ἀντ-*  
*ώσω, λέγει Κύριος.* Ποία ὄργη; Ἦ τῆ τοῦ Θεοῦ.  
 δὴ γὰρ τοῦτο μάλιστα ἐπιθυμεῖ ἰδεῖν ὁ ἀδικη-  
 ἐκδικίας ἑαυτὸν ἀπολαύοντα, τοῦτο αὐτὸ μετὰ  
 ἰς δίδουσι τῆς περιουσίας· ἂν γὰρ αὐτὸς μὴ  
 ἦ, ὁ Θεός ἔστι τιμωρός. Συγχώρησον οὐ σὺ τῷ,

φησὶν, ἐπεξελεῖν· τοῦτο γὰρ ἐστι, *Ὅτε τόπον τῇ*  
*ὄργῃ.*

γ'. Εἶτα παραμυθούμενος ἐπιπλέον, καὶ τὴν μαρτυ-  
 ρίαν ἐπήγαγε, καὶ ταύτη μειζρόνως· αὐτὸν ἀνακτη-  
 σάμενος, πλείονα αὐτὸν τὴν φιλοσοφίαν ἀπαιτεῖ, λέ-  
 γων· *Ἐὰν οὖν πεισῇ ὁ ἐχθρὸς σου, ψώμιζε αὐ-*  
*τόν·* ἐὰν διψῇ, πότιζε αὐτόν· τοῦτο γὰρ ποιῶν,  
*ἀνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐ-*  
*τοῦ.* Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ  
*ἀγαθῷ τὸ κακόν.* Τί γὰρ λέγω, φησὶν, ὅτι εἰρη-  
 νέυειν δεῖ; Καὶ γὰρ καὶ εὐεργετεῖν ἐπιτάττει·  
*Ψώμιζε γὰρ αὐτόν καὶ πότιζε,* φησὶν. Εἶτα ἐπειδὴ  
 σφόδρα ἐπίπονον ἐπέταξε καὶ μέγα, [683] ἐπήγαγε·  
*Τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἀνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ*  
*τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.* Ταῦτα δὲ ἔλεγε, κάκεινον κα-  
 ταστέλλων τῷ φόβῳ, καὶ τοῦτον προθυμότερον ποιῶν  
 τῇ ἐλπίδι τῆς ἀντιδόσεως. Ὁ γὰρ ἠδικημένος ὅταν  
 ἀσθενήσῃ, οὐχ οὕτω κατέχεται τοῖς οικείοις ἀγαθοῖς,  
 ὡς τῇ τιμωρίᾳ τοῦ λελυπηκότος αὐτόν. Οὐδὲν γὰρ  
 οὕτως ἠδύ, ὡς ἐχθρὸν κολαζόμενον ἰδεῖν. Ὅπερ οὖν  
 ἐπιθυμεῖ, τοῦτο δίδωσιν αὐτῷ πρώτον· καὶ ὅταν  
 ἀφῆ τὸν ἴδον, τότε λοιπὸν παραινεῖ τὰ ὑψηλότερα, λέ-  
 γων· *Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ.* Ἦδει γὰρ, ὅτι κἂν  
 θηρίον ἦ ὁ ἐχθρὸς, οὐ μένει ψωμιζόμενος ἐχθρὸς· κἂν  
 μυριάκις μικρόψυχος ἢ ἢ ὁ ἠδικημένος, ψωμιζων  
 αὐτόν καὶ ποτιζων, οὐδὲ αὐτὸς λοιπὸν ἐπιθυμῆσει  
 τῆς τιμωρίας τῆς ἐκείνου. Διὸ τῷ τέλει θαρβῶν τοῦ  
 πράγματος, οὐδὲ ἀπλῶς ἠπελιήσεν, ἀλλὰ καὶ ἐπιδαφι-  
 λεύεται τῇ τιμωρίᾳ. Οὐ γὰρ εἶπε, Τιμωρήσῃ, ἀλλ'  
*Ἀνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν*  
*αὐτοῦ.* Εἶτα καὶ ἀνεκλήρουσεν αὐτὸν εἰπὼν· *Μὴ νικῶ*  
*ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κα-*  
*κόν·* καὶ ἡρέμα πως ἠνίκατο τὸ μὴ δεῖν τοιαύτη  
 προαιρέσει ποιεῖν· τὸ γὰρ ἐτι μνησικακεῖν, ἠττά-  
 σθαι ἐστὶν ὑπὸ τοῦ κακοῦ. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν αὐτὸ  
 οὐκ εἶπεν· οὐδὲ γὰρ εἶχε καιρὸν· ὅτε δὲ ἐκένωσεν  
 αὐτοῦ τὸν θυμὸν, τότε ἐπήγαγε λέγων· *Νίκα ἐν τῷ*  
*ἀγαθῷ τὸ κακόν.* Ἐπεὶ καὶ τοῦτο νίκη. Καὶ γὰρ ὁ  
 πυκτεῦων τότε μᾶλλον νικᾷ, οὐχ ὅταν υποτιθῇ ἑαυτὸν  
 ὡστε δέξασθαι τὰς πληγὰς, ἀλλ' ὅταν ἐξαιρίων ἑαυτὸν  
 παρασκευάζῃ τὸν ἀνταγωνιστὴν εἰς τὸν ἀέρα κενοῦν  
 τὴν δύναμιν. Οὕτω γὰρ οὕτε αὐτὸς πληγῆσεται, κά-  
 κείνου λύσει τὴν ἰσχὺν ἅπασαν· ὁ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν  
 ὑδρευν γίνεται. Ὅταν μὲν γὰρ ἀνθυδρίσῃ, ἠττήθης  
 οὐχ ὑπὸ ἀνθρώπου, ἀλλ', ὅπερ ἐστὶν αἰσχρότερον,  
 ὑπὸ πάθους ἀνελευθέρου τοῦ θυμοῦ κινηθεῖς· ἂν δὲ  
 σιγήσῃ, καὶ ἐνίκησας, καὶ ἀπονητὶ τὸ τρῦπαιον  
 ἔστησας, καὶ μυρίους ἔξεις τοὺς στεφανουόντας, καὶ  
 τῆς λοιδορίας τὸ ψεῦδος καταγινώσκοντας. Ὁ μὲν  
 γὰρ ἀντιλέγων, ὡς δακνόμενος ἀντερρεῖν δοκεῖ· ὁ δὲ  
 δακνόμενος, ὑπόνοιαν παρέχει τοῦ συνειδέσθαι τοῖς  
 λεγομένοις· ἂν δὲ καταγελάσῃ, τῷ γέλωτι τὴν κατὰ  
 σαυτοῦ ψῆφον ἐξέλυσας. Καὶ εἰ βούλει σαφῆ τῶν εἰ-  
 ρημένων ἀπέδειξιν λαβεῖν, αὐτὸν ἐρώτησον τὸν  
 ἐχθρὸν, πότε μᾶλλον ἀλγεῖ, ὅταν θερμανθεῖς ἀνθ-  
 υδρίσῃ, ἢ ὅταν ὑβρίζοντος καταγελάσῃ; καὶ τοῦτο  
 ἀκούσῃ μᾶλλον. Οὐδὲ γὰρ οὕτως ἡδεῖται τῷ μὴ ὑβρί-  
 ζεσθαι, ὡς δόκνεται τῷ μὴ δύνασθαι σου καθάπτε-  
 σθαι. Οὐχ ὄρξ τοὺς θυμουμένους, ὅτι τῶν ἰδίων  
 πληγῶν οὐ πολὺν [684] ποιούμενοι λόγον, ἐπέμχον-  
 ται βύμη πολλῇ, καὶ σὺν ἀγρίων χειρὸν τὰ τοῦ πλη-

<sup>a</sup> Sic mss. Editi vero, καὶ ταύτην μειζρόνως, minus recte. <sup>b</sup> Vox μικρόψυχος, perpetuus interpretum: superflua, non pusillanimitatem tantum, ut plerisque videtur, significat, sed iracundiam, vindictam tenacem. <sup>c</sup> Sic mss. Editi vero, καὶ ἀπὸ νίκης τε.

αίον ζητούντες τραύματα, και πρὸς ἐν τούτο ὁρῶν-  
τες, και τούτου μᾶλλον ὄντες, ἢ τοῦ φυλάσασθαι τι  
παθεῖν; Ὅταν οὖν, οὐ μάλιστα ἐπιθυμῆ, τούτου μά-  
λιστα ἀποστερήσῃς αὐτὸν, τοῦ παντὸς ἀπεστέρησας,  
ἐξευτέλισας, και ἔδειξας ἑὺκαταφρόνητον, και  
παιδίον μᾶλλον ἢ ἄνδρα, και σὺ μὲν φιλοσόφου φῆφον  
λαβὼν, ἐκείνον δὲ θηρίου πονηροῦ δόξῃ περιβάλλων.  
Τούτο και ἐν τῷ τύπτεσθαι ποιῶμεν, και ὅταν βου-  
λώμεθα τύπτειν, μὴ ἀντιτύπτωμεν. Ἄλλὰ βούλει  
καιρίαν δοῦναι πληγὴν; Στρέφον αὐτῷ και τὴν ἄλλην  
σιαγόνα, και μυρίους αὐτὸν πλήξεις τραύμασιν. Οἱ  
γὰρ κροτούντες και θαυμάζοντες τῶν καταλευόντων  
εἰσὶν αὐτῷ χαλεπότεροι· και πρὸ ἐκείνων τὸ συνει-  
δὸς αὐτοῦ καταγνώσεται, και μεγίστας αὐτὸν ἀπαι-  
τήσει δίκας, και ὡς τὰ ἔσχατα παθῶν, οὕτως ἐρυ-  
θριάσας ἀναχωρήσει. Εἰ δὲ και τὴν παρὰ τῶν πολ-  
λῶν ζητεῖς δόξαν, και ταύτης ἀπολαύσῃς μεζόνως.  
Και ἄλλως μὲν γὰρ πρὸς τοὺς κακῶς πάσχοντας  
ἐχομένε τινα συμπάθειαν· ὅταν δὲ μηδὲ ἀντιτύπτον-  
τας ἴδωμεν, ἀλλὰ και ἑαυτοὺς ἐκδιδόντας, οὐκ  
ἐλεοῦμεν μόνον, ἀλλὰ και θαυμάζομεν.

δ'. Διὰ ταῦτά μοι νῦν ἀνομιῶσαι ἐπεισιν, ὅτι οἱ δυ-  
νάμενοι και τὰ παρόντα ἔχειν, εἰ τῶν τοῦ Χριστοῦ νό-  
μων ἠκούομεν ὡς ἔχρη, και τῶν μελλόντων ἐπιτυγ-  
χάνειν, ἀμφοτέρων ἐκπίπτομεν, παρακούοντες τῶν  
εἰρημένων, και περιττὰ φιλοσοφούντες. Και γὰρ ἐκεῖ-  
νος συμφορόντως πάντα ἐνομοθέτησε, και ἔδειξε τί  
μὲν ποιεῖ ἐνδόξους, τί δὲ αἰσχρούς. Και οὐκ ἂν, εἰ  
ἐμελλεν ἀποφαίνειν καταγελάστους τοὺς ἑαυτοῦ μα-  
θητάς, τούτο ἂν ἐπέταξεν· ἀλλ' ἐπειδὴ τούτο ποιεῖ  
λαμπροτέρους ἀπάντων, τὸ μὴ κακῶς λέγειν ἀκού-  
οντας κακῶς, τὸ μὴ κακῶς ποιεῖν πάσχοντας κα-  
κῶς, διὰ τούτο ταῦτα ἐπέταξεν. Εἰ δὲ τούτο, πολ-  
λῷ μᾶλλον τὸ λέγειν καλῶς ἀκούοντας κακῶς, τὸ  
ἐγκωμιάζειν ὑβριζομένους, τὸ εὐεργετεῖν ἐπιβουλεuo-  
μένους. Διὰ τοι τούτο και ταῦτα ἐνομοθέτησε. Και  
γὰρ φείδεται τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, και οἶδε σαφῶς τί  
ποτέ ἐστὶ τὸ ποιοῦν σμικρὸν και μέγαν. Εἰ τοίνυν  
και φείδεται και οἶδε, τί αὐτῷ φιλονεικεῖς ἐτέραν  
ὁδὸν θέλων ἔλθειν; Και γὰρ τὸ νικᾶν ἀπὸ τοῦ κακῶς  
ποιεῖν, διαβολικὸν ἐστὶ νόμων· διὰ τοι τούτο ἐν τοῖς  
ὀλυμπιακοῖς ἀγῶσι τοῖς ἐκείνῳ τελουμένοις, οὕτω  
κρατοῦσιν οἱ ἀγωνιζόμενοι πάντες. Ἄλλ' οὐκ ἐν τῷ  
σταδίῳ τοῦ Χριστοῦ οὕτως τῶν στεφάνων ὁ νόμος ἔστι,  
ἀλλὰ τούναντίον ἔπαινον, τὸν πληττόμενον, οὐ τὸν  
πληττόντα στεφανοῦσθαι νενομοθέτηται. Τοιοῦτον  
γὰρ αὐτοῦ τὸ στάδιον· ἀπεναντίας ἀπαντα ἔχει δια-

\* Unus Codex, και δεῖξας ἑὺκαταφρόνητον, τῶν σταδίων ὁ  
νόμος, forte mellius.

τασταμένα· ὥστε μὴ τῇ νίκῃ μόνον, ἀλλὰ και τῷ  
τρόπῳ νίκης τὸ θαῦμα γίνεσθαι μεζόν· ὅταν γὰρ  
τὰ ἐτέρωθεν ὄντα ἤττης, ταῦτα νίκης ποιητικὰ ἀπα-  
φανῆ· τούτο Θεοῦ δύναμις, τούτο οὐρανοῦ τὸ στάδιον,  
τούτο ἀγγέλων τὸ θέατρον.

Οἶδα, ὅτι διεθερμάνθητε νῦν, και κηροῦ γεγόνετε  
παντὸς ἀπαλότεροι· ἀλλ' ἀναχωρήσαντες ἀπαντα  
ἀποβλύζετε. Διὰ τούτο ἀλγῶ, ὅτι τὰ λεγόμενα ἐπὶ  
τῶν [685] ἔργων οὐ δεικνύομεν, και ταῦτα μέλλον-  
τες τὰ μέγιστα ἐντεῦθεν κερδαίνειν. Ἄν γὰρ ἐπιεί-  
κειαν ἐπιδειξώμεθα, ἀχείρωτοι πᾶσιν ἐσόμεθα, και  
οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐ μικρὸς, οὐ μέγας ἡμᾶς ἀντι-  
βλάψαι δυνήσεται. Ἄν τε γὰρ κακῶς τις εἴπῃ, σὲ  
μὲν οὐδὲν, ἑαυτὸν δὲ τὰ μέγιστα ἐβλάψεν· ἂν τε  
ἀδικήσῃ πάλιν, ἢ βλάβῃ περὶ τὸν ἡδίκηκότα ἴσταται.  
Οὐχ ὁρᾷς και ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ὅτι οἱ μὲν ἡδίκη-  
μένοι λαμπροὶ και μετὰ πολλῆς ἐστῆκασιν τῆς παρ-  
βήσιας ἐλευθεροστομοῦντες, οἱ δὲ ἡδίκηκότας κάτω  
κύπτοντες μετ' αἰσχύνης και φόβου; Και τί λέγω  
κατηγορίαν και ἀδικίαν; Κἂν γὰρ τὸ ξίφος ἀκονήσῃ  
κατὰ σοῦ, κἂν εἰς τὴν λαίμῳ αὐτὸν τὴν δεξιᾶν βα-  
πτίσῃ, σὲ μὲν οὐδὲν παρέβλαψεν, ἑαυτὸν δὲ κρι-  
τέσφαξε. Και μαρτυροῦσιν ἂν τῷ λόγῳ ὁ πρῶτος οὐκ  
ἀναιρεθεὶς ὑπὸ δεξιᾶς ἀδελφικῆς. Ὁ μὲν γὰρ ἀπῆλ-  
θε πρὸς τὸν ἀκύμαντον λιμένα, ἀθάνατον δόξαν κτησά-  
μενος· ὁ δὲ παντὸς θανάτου βίον ἀθλιώτερον ἔζη,  
στένων και τρέμων, και ἐν τῷ σώματι τὴν κατηγο-  
ρίαν τοῦ γενομένου περιφέρων. Μὴ δὴ τούτο διώκω-  
μεν, ἀλλ' ἐκείνο. Ὁ μὲν γὰρ κακῶς πάσχων οὐκ  
ἔχει μόνιμον οἶκος τὸ κακόν· οὐ γὰρ αὐτὸς αὐτὸ ἔτε-  
κεν, ἀλλ' ἐτέρωθεν αὐτὸ δεξιόμενος, ἐποίησεν ἀγαθὸν  
διὰ τῆς ὑπομονῆς· ὁ δὲ ποιήσας κακῶς, οἶκος τὴν  
πληγὴν ἔχει τῆς κακίας. Οὐχ ὁ Ἰωσήφ ἐν δεσμω-  
τηρίῳ ἦν, ἢ δὲ ἐπιβουλεύσασα αὐτῷ πόρνη ἐν οἰκίᾳ  
λαμπρᾷ και περιφανεῖ; Τίς ἂν οὖν ἠθέλησας γενέ-  
σθαι; Και μήπω μοι τὴν ἀντίδοσιν εἴπῃς, ἀλλ' αὐτὰ  
καθ' ἑαυτὰ ἐξέτασον τὰ γεγενημένα· και γὰρ οὕτω  
μυριάκις προτιμήσεις τὸ δεσμοκτήριον μετὰ τοῦ Ἰω-  
σήφ τῆς οἰκίας τῆς τὴν πόρνην ἐχούσης. Και γὰρ εἰ  
τὴν ἀμφοτέρων ψυχὴν ἴδοις, τὴν μὲν ἐν εὐρυχωρίᾳ  
και παρβήσιᾳ ἔχει πολλῇ, τὴν δὲ τῆς Αἰγυπτίας ἐν  
στενοχωρίᾳ και αἰσχύνη, και κατηφεία και θορύβῳ,  
και ἀθυμίᾳ πολλῇ· καίτοι γε αὐτὴ ἔδοκει νικᾶν,  
ἀλλ' οὐκ ἦν αὕτη νίκη. Ταῦτ' οὖν εἰδότες, πρὸς τὸ  
κακῶς παθεῖν ἑαυτοὺς παρασκευάσωμεν, ἵνα και τοῦ  
παθεῖν κακῶς ἀπαλλαγώμεν, και τῶν μελλόντων  
ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπι-  
τυχεῖν, χάριτι και φιλανθρωπίᾳ, και τὰ ἐξῆς.

\* Editi, τὴν πηγὴν, mss. τὴν κληρὴν, et ita legit vetus  
Interpres.

## ΟΜΙΛΙΑ ΚΓ'.

### Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑπο- τισσέσθω.

α'. Πολὺν τοῦ πράγματος τούτου ποιεῖται λόγον και  
ἐν ἐτέραις ἐπιστολαῖς, καθάπερ τοὺς οἰκέτας τοῖς δε-  
σπότης, οὕτω και τοὺς ἀρχομένους τοῖς ἀρχουσιν  
ὑποτάσσων. Ποιεῖ δὲ τούτο, δεικνύς ὡς οὐκ ἐπ' ἀνα-  
τροπῆς τῆς κοινῆς πολιτείας ὁ Χριστὸς τοὺς παρ' αὐ-  
τοῦ νόμους εἰσήγαγεν, ἀλλ' ἐπὶ διορθώσει βελτίονι,  
και παιδεύων μὴ περιττοὺς ἀναδέχεσθαι πολέμους  
και ἀνονήτους. Ἀρκοῦσι γὰρ αἱ διὰ τὴν ἀλήθειαν ἡμῖν

ἐπαγόμεναι ἐπιβουλαί, και περιττοὺς οὐ δεῖ προστε-  
θεῖναι πειρασμούς και ἀνονήτους. Σκόπει δὲ πῶς και  
εὐκαιρῶς εἰς τὸν περὶ τούτων ἐνέβαλε λόγον. Ἐπειδὴ  
γὰρ τὴν πολλὴν [686] ἐκείνην ἀπήτησε φιλοσοφίαν,  
και τοῖς φίλοις και τοῖς ἐχθροῖς κατεσκευάσεν ἐπι-  
τηδεύου, και τοῖς ἐν εὐημερίᾳ και τοῖς δυσπραγοῦσι,  
και τοῖς δεομένοις και πᾶσιν ἀπλῶς χρησίμους  
εἰργάσατο, και τὴν ἀγγέλοις πρέπουσαν κατεφύευσεν  
πολιτείαν, και θυμὸν ἐκένωσε και ἀπόνοιαν κατέσει-  
λε, και διὰ πάντων κατέλασεν αὐτῶν τὴν διάνοιαν,

velis claram dictorum demonstrationem accipere, ipsum inimicum interroga, quando magis doleat, an cum ardens contumeliam vicissim rependis, an cum conviciantem derides: atque hoc postremum magis audies. Neque enim tantum placet ipsi, quod vicissim convicia non reponas, quantum mordetur, quod non possit te commovere. Non vides furore percitos homines, qui plagas acceptas non multum curantes, impetu magno irruunt et plus quam sues agrestes proximi vulnera quaerunt, atque ad hoc unum respiciunt, hocque magis curant, quam caveant ne sibi vulnus inferatur? Quando igitur illum ea re privas, quam ipse summopere cupit, omni jam optata re privasti, deiecisti, contemptu dignum ostendisti, et puerulum magis quam virum: et tu philosophi calculum adeptus es, illi vero malae bestiae famam conciliasti. Illud et cum verberamur, faciamus: si verberare velimus, ne vicissim verberemus. Sed vis letalem inferre plagam? Verte illi alteram maxillam et mille illum vulneribus confodies. Nam qui plaudunt et mirantur, graviores illi sunt quam si ipsum lapidarent; et ante illos etiam conscientia eum damnabit, et maximas repetet poenas, et ac si extrema passus esset, sic erubescens abscedet. Si vero gloriam apud multos quaeris, hac quoque magis frueris. Nam et alioquin erga illos, qui male patiuntur, aliqua movemur commiseratione: et quando videmus illos sese non ulciscetes, sed adeo sponte se exponentes, non modo commiseratione, sed etiam admiratione dignos habemus.

4. Ideo jam ego pene ingemisco, quod qui possemus et praesentibus potiri, si Christi leges ut par est audiremus, et futura etiam consequi; ab utrisque excidimus, dictis non obsequentes, inutiliter philosophantes. Nam utiliter has omnes leges constituit, ostenditque quid gloriosos redderet, quid turpes et inglorios. Neque haec ille praecipisset, si hinc discipulos suos ridiculos facturum fuisset; sed quia hoc illos omnium splendidissimos reddit, quod non male dicant, cum male audiunt; quod non male faciant, cum male patiuntur: ideo haec praecipit. Si hoc autem, multo magis gloriosum erit bene dicere, cum male audiunt; laudare, cum conviciis impetuntur; insidiantibus beneficia praestare. Ideo igitur hanc quoque legem tulit. Discipulis enim suis parci, scitque probe quid aut parvum aut magnum faciat. Si ergo et parci et bene novit, cur cum illo contendis, cum alteram viam vis inire? Nam vincere mala faciendo, ad diaboli pertinet leges: ideo

in Olympicis certaminibus ipsi consecratis, sic qui decertant omnes vincunt. At non in Christi stadio ea est coronarum lex, sed contraria omnino: lege enim statutum est eum qui percutitur, non eum qui percutit, coronandum esse. Tale siquidem ipsius stadium omnia e contrario constituta habet; ita ut non ex victoria tantum, sed ex victoriae modo, majus sit miraculum. Quando enim ea, quae alibi clades habentur, victoriam hic pariunt: hoc Dei potentia, hoc caeli stadium, hoc angelorum theatrum.

*Injuriae patienter ferenda.* — Scio vos jam accensos esse, et cera molliores esse factos; sed cum discesseritis, omnia effundetis. Ideo doleo, quod dicta ad opus non adhibeamus, cum tamen inde maxima lucra reportaturi simus. Nam si mansuetudinem exhibemus, insuperabiles erimus omnibus, nemoque sive parvus sive magnus nobis vel tantillum nocere posset. Sive enim quis maledixerit tibi, te ille nihil, se vero multum laeserit: si tibi injuriam fecerit, damnum penes injuriam inferentem erit. Non vides in judiciali foro, quod qui injuria affecti sunt, splendidi et cum multa fiducia stent libere loquentes; qui vero laeserunt, demisso capite, cum pudore et metu versentur? Et quid dico accusationem et injustitiam? Etiam si gladium inimicus contra te acuerit, dexteramque in guttur immeriserit, te quidem nihil laesit, sesequo jugulavit. Sermoii fidem facere possit is qui primus sic interfectus est fraterna manu. Ille enim ad tranquillum portum abiit, immortalis adeptus gloriam; alter vero vita quavis morte miseriore vixit, gemens ac tremens, et in corpore accusationem sceleris circumferens. Ne itaque hoc, sed illud persequamur. Qui enim male patitur, non habet manens in se malum; neque enim ipse malum peperit, sed aliunde illud accepit, et per patientiam bonum reddidit: qui autem malum intulit, in se plagam nequitiae habet. Annon Joseph in carcere erat, insidiatrix vero ejus adultera in aedibus splendidis et illustribus? Quomodo mallet te esse? Necdum tamen mercedem dixeris; sed ipsa utrinque facta per se perpende: sic enim longe praeferes carcerem cum Josepho aedibus illis, in quibus scortum erat. Nam si utriusque animam videris, hanc in latitudine et fiducia multa videbis; Aegyptiae vero animam in angustia, pudore, moerore, tumultu, multaque tristitia. Quamquam illa vincere videtur: at non erat haec victoria. Haec cum sciamus, ad mala patienda nos praeparemus, ut a malis tandem liberemur, et futura consequamur bona, quae vitam nos omnes adipiscamur, gratia et benignitate, etc.

### HOMILIA XXIII.

CAP. 13. V. 4. *Omnia anima potestatibus sublimioribus subdita sit.*

4. De hac re plurima verba facit in aliis etiam epistolis, ut domesticos heris, sic et subditos principibus subjiciens. Id vero facit, ostendens Christum non ad eversionem communis politicae leges suas induxisse, sed ad emendationem, docens ut ne su-

perflua et inutilia suscipiantur bella. Sufficiunt enim insidiae illae, quae propter veritatem nobis parantur, nec par est supervacaneas et inutiles adjectives tentationes. Vide autem quam opportune in hunc sermonem accesserit. Postquam enim magnam illam philosophiam requisivit, et amicis et inimicis commodos, atque iis qui prospere, et iis qui infeliciter

rem gerent, egenis et omnibus utiles reddidit, ac vite institutum quod angelis decrevit inseruit, iram evacuavit, arrogantiam repressit, illorumque animum in omnibus mansuetum reddidit: tunc de hisce rebus adhortationem iuducit. Nam si iis, qui injuriam inferunt, contraria rependere oportet; multo magis iis, qui nos beneficiis orant, obtemperare convenit. Sed hoc quidem in fine adhortationis ponit: interea vero illa non movet ratiocinia, quæ dixit, sed ea, quæ ex debito obedire jubent. Et ostendens hoc omnibus imperari, sacerdotibus etiam et monachis, nec sæcularibus tantum, hoc ab exordio declarat, dicens: *Omnis anima potestatibus sublimibus subdita sit*; etsi apostolus sis, etsi evangelista et propheta, etsi quisvis alius: neque enim hæc subjectio pietatem subvertit. Nec simpliciter dixit, *Obediat*, sed, *Subdita sit*. Est autem prima defensio talis constitutionis, quæ et cum fidelibus ratiociniis convenit, quod a Deo hæc præcepta fuerint: *Non est enim potestas, inquit, nisi a Deo*. Quid dicis? omnisne princeps a Deo ordinatus est? Non hoc dico, inquit: neque enim de singulis principibus mihi nunc sermo est, sed de re ipsa. Nam quod principatus sint, et quod alii imperent, alii subjecti sint, neque omnia casu ac temere ferantur, populis quasi fluctibus hinc et inde circumactis, divinæ esse sapientiæ dico. Ideo non dixit: Non enim est princeps nisi a Deo; sed de re ipsa loquitur dicens: *Non enim est potestas nisi a Deo: quæ vero sunt potestates, a Deo ordinatæ sunt*. Sic et cum quidam sapiens dicit, *A Deo adaptatur viro mulier* (*Prov. 19. 14*); hoc dicit, quia nuptias Deus constituit, non quia singulos qui mulieres ducunt ipse conjunxerit: multos quippe videmus, qui male et non ex nuptiarum lege junguntur, neque hoc Deo imputaverimus. Sed quod Christus ipse dixit: *Qui fecit ab initio, masculinum et feminam fecit eos; et dixit, Ideo relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ* (*Matth. 19. 4. 5; Gen. 2. 24*); hæc quoque sapiens ille interpretans dicebat: quia enim honoris æqualitas bellum sæpe inducit, multos fecit principatus multasque subjectiones, ut viri et mulieris, filii et patris, senis et juvenis, servi et liberi, principis et subditi, doctoris et discipuli. Ecquid miraris quod hoc in hominibus fecerit, quando idipsum in corpore fecit. Neque enim hic omnia pariter honoris fecit, sed hoc minus, illud melius, et alia imperare, alia subdita esse jussit. In brutis quoque idipsum videre est, ut in apibus, in gruibus, in gregibus ovium agrestium. Neque mare hoc bono ordine privatum est; sed et illic multa piscium genera sub uno ordinantur et militant, et sic longas peregrinationes suscipiunt. Nam ubi nullus principatus est, ubique malum et perturbatio regnant. Cum dixisset ergo undenam sit principatus, subjunxit: **2. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.** Vide quo rem deduxerit, unde terrucrit, ac quomodo ostenderit hoc ex debito fieri. Nam ne fideles dicerent: Nos viles reddis, et contemptui exponis, dum eos qui regno cælorum putantur sunt, principibus subdis: ostendit se ita non principibus, sed Deo illos

subjicere: nam qui principatibus subjectus est, illi obsequitur. Verum non ita loquitur, nempe quod Deo obsequatur is, qui principibus obedit; sed per contrarium terret, et accuratius idipsum probat dicens, eum qui principi non obedit, cum Deo agnare, qui hanc legem posuit; et hoc ubique demonstrare studet, quod non gratiam illis, sed debitum obediendo præstentus. Ita enim ille principes infideles ad piam religionem magis alliciebat, et fideles ad obedientiam. Etenim rumor undique circumferbatur, quo apostoli ut seditiosi et novarum rerum auctores incusabantur, qui ad legum communiem eversionem omnia facerent et dicerent. Cum enim ostendes communem Dominum nostrum hoc satis omnibus præcipere, eorum, qui apostolos ut novatores traducebant, ora obstrues, et cum majori fiducia pro veritatis dogmatibus loqueris.

**2.** Ne itaque talis subjectionis te pudeat. Nam hanc Deus legem posuit, et eos qui ista contemnant vehementer ulciscitur. Nam si non obsequaris, pœna abs te non leves repetet, sed maximas, nec quidem te repugnantem eximet: quin et ab hominibus gravissimo plecteris supplicio, nemoque tibi patrocinabitur, ac Deum magis irritabis. Quæ omnia subindicans dicebat: *Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt*. Deinde post incussum timorem, ut rei utilitatem ostendat, per ratiocinia id suadet, ita loquens: **3. Nam principes non sunt timor bonorum operum, sed malorum.** Postquam enim profundam infllexerat plagam, illosque terruerat, rursus illos erigit, ut sapiens medicus levia adhibens pharmaca, consolando dicens: Quid times? quid exhorrescis? an te bene agentem corripit? an terribilis est virtutis studioso? Ideo adjicit: *Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illa*. Viden' quomodo illum cum magistratu conciliet, dum ostendit illum ipsius laudatorem sedere? viden' quomodo iram evacuaverit? **4. Dei enim minister est tibi in bonum.** Tantum abest ut te terreat, ut etiam laudet: tantum abest ut impediatur, ut etiam tecum cooperetur. Cum ergo et laudatorem habes et adiutorem, cur non te subjicis? Nam et alias faciliorem tibi virtutem reddit, malos quidem puniens, bonos autem beneficiis et honore donans, Deique voluntati cooperans: ideoque ministrum illum vocavit. Prepende autem: Ego ut temperans sis consulo, et ipse per leges ita dicit: Ego hortor ne quis avaritiæ studeat, ne rapiat, et ille super hæc iudex sedet. Inque is cooperatur est et nobis auxiliator, et ad eam rem a Deo missus est. Utrinque ergo venerabilis est, et quod a Deo missus est, et quod ad ejusmodi negotium. *Quod si malum feceris, time*. Non ergo princeps timorem incuit, sed nequitia nostra. *Non ergo frustra gladium portat*. Viden' quomodo illum ubi exhibeat armatum ceu quemdam militem, peccatoribus terribilem ostendens? **4. Dei enim minister est in iram, ultor ei, qui malum operatur.** Ne rursus pœnam audiens, supplicium et gladium, resiliat, rursus dicit cum Dei legem implere. Quid enim, si

τότε και τὴν περὶ τούτων εἰσάγει παραίνεσιν. Εἰ γὰρ τοὺς ἀδικούντας τοῖς ἐναντίοις ἀμειβεσθαι χρὴ, πολλῷ μᾶλλον τοῖς εὐεργετοῦσι πείθεσθαι προσήκει. Ἄλλὰ τοῦτο μὲν πρὸς τῷ τέλει τῆς παραινέσεως τίθησι· τῶς δὲ οὐ τούτους κινεῖ τοὺς λογισμοὺς, οὓς εἶπον, ἀλλὰ τοὺς κατὰ ὀφειλὴν κελεύοντας τοῦτο ποιεῖν. Καὶ δεικνύς, ὅτι πᾶσι ταῦτα διατάσσεται, καὶ ἱερεῦσι καὶ μοναχοῖς, οὐχὶ τοῖς βιωτικοῖς μόνον, ἐκ προοιμιῶν αὐτὸ δῆλον ἐποίησεν, οὕτω λέγων· *Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω*· καὶ ἀποστόλος ἦς, καὶ εὐαγγελιστῆς, καὶ προφήτης, καὶ ὅστισοῦν· οὐδὲ γὰρ ἀνατρέπει τὴν εὐσέβειαν αὐτῆ ἢ ὑποταγῆ. Καὶ οὐχ ἀπλῶς εἶπε, Πείθεσθω, ἀλλ', *ὑποτασσέσθω*. Καὶ πρῶτον δικαίωμα τῆς τοιαύτης νομοθεσίας, καὶ λογισμοῖς πρέπον πιστοῖς, τὸ παρά τοῦ Θεοῦ ταῦτα διατετάχθαι· *Ὁ γὰρ ἐστὶν ἐξουσία*, φησὶν, *εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ*. Τί λέγεις; πᾶς οὖν ἄρχων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κεχειροτόνηται; Οὐ τοῦτο λέγω, φησὶν· οὐδὲ γὰρ περὶ τῶν καθ' ἕνα ἄρχοντων ὁ λόγος μοι νῦν, ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος. Τὸ γὰρ ἀρχὰς εἶναι, καὶ τοὺς μὲν ἄρχειν, τοὺς δὲ ἄρχεσθαι, καὶ μηδὲ ἀπλῶς καὶ ἀνέδην ἅπαντα φέρεσθαι, ὡς περ κυμάτων τῆδε κάκεισε τῶν δήμων περιεργαζόμενων, τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἔργον εἶναι φημι. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν· Οὐ γὰρ ἐστὶν ἄρχων, εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ, ἀλλὰ περὶ τοῦ πράγματος διαλέγεται λέγων· *Ὁ γὰρ ἐστὶν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ· αἱ δὲ οὐσαι ἐξουσίαι ὑπὸ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσὶν*. Οὕτω καὶ ὅταν λέγῃ τις σοφῶς, ὅτι *Παρά Κυρίου ἀρμόζεται ἀνδρὶ γυνή*, τοῦτο λέγει, ὅτι τὸν γάμον ὁ Θεὸς ἐποίησεν, οὐχ ὅτι ἕκαστον συνιόντα γυναίκα αὐτὸς συνάπτει· καὶ γὰρ ὁρῶμεν πολλοὺς ἐπὶ κακῷ, καὶ οὐ νόμῳ γάμου, συνιόντας ἀλλήλοις, καὶ οὐκ ἂν τῷ Θεῷ τοῦτο λογισαιμεθα. Ἄλλ' ὅπερ αὐτὸς ἔλεγεν· *Ὁ ποιήσας ἐξ ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· καὶ εἶπεν, Ἄντι τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ*, τοῦτο καὶ ὁ σοφὸς ἐκεῖνος ἐρμηνεύων ἔλεγεν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ ὁμότιμον μάχην πολλάκις ἠ εἰσάγει, πολλάς ἐποίησε τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποταγὰς, οἷον ὡς ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, ὡς παιδὸς καὶ πατρὸς, ὡς πρεσβύτου καὶ νέου, ὡς δούλου καὶ ἐλευθέρου, ὡς ἀρχοντος καὶ ἀρχομένου, ὡς διδασκάλου καὶ μαθητοῦ. Καὶ τί θαυμάζεις ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅπου γε καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος τὸ αὐτὸ τοῦτο πεποίηκεν; Οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα ὁμότιμα πάντα εἰργάσατο, ἀλλὰ τὸ μὲν ἔλαττον, τὸ δὲ κρείττον κατεσκεύασε, καὶ τὰ μὲν ἄρχειν τῶν μελλόντων, τὰ δὲ ἄρχεσθαι ἐποίησε. Καὶ ἐν ταῖς ἀλόγοις δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο [687] ἴδοι τις ἂν, ὡς ἐν ταῖς μελλοῦσαις, ὡς ἐν ταῖς γεράνοις, ὡς ἐν ταῖς ἀγέλαις τῶν ἀγρίων προβάτων. Καὶ οὐδὲ ἡ θάλασσα ταύτης ἐστέρηται τῆς εὐταξίας, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ πολλὰ τῶν γενῶν ὑφ' ἐνὶ τάττεται τῶν ἰχθύων καὶ στρατηγεῖται, καὶ οὕτω μακρὰς ἀποδημίας ἀποδημεῖ. Καὶ γὰρ ἡ ἀναρχία πανταχοῦ κακὸν, καὶ συγχύσεως αἴτιον. Εἰπὼν τοίνυν πόθεν εἰσὶν αἱ ἀρχαί, ἐπήγαγεν· *Ὅστε ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθεστήκεν*. Ἴδε ποῦ τὸ πρᾶγμα ἀνήγαγε, καὶ πόθεν ἐφόθησε, καὶ πῶς ἔδειξε τοῦτο κατὰ ὀφειλὴν γινόμενον. Ἴνα γὰρ μὴ λέγωσιν οἱ πιστοὶ, ὅτι Ἐξουτελίζεις ἡμᾶς καὶ εὐκαταφρονήτους ποιεῖς, τοὺς τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀπολαύειν μέλλοντας ἀρχοῦσιν ὑποτάττων, δείκνυσιν ὅτι οὐκ ἀρχοῦσιν, ἀλλὰ τῷ Θεῷ πάλιν ὑποτάττει τοῦτο ποιῶν· ἐκείνῳ γὰρ ὁ ταῖς ἀρ-

χαῖς ὑποτασσόμενος πείθεται. Ἄλλ' οὐ λέγει οὕτως, οἷον ὅτι τῷ Θεῷ πείθεται ὁ ταῖς ἀρχοῦσιν ὑπακούων, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἐναντίου φοβεῖ καὶ ἀκριθέστερον αὐτὸ κατασκευάζει λέγων, ὅτι ὁ μὴ ὑπακούων ἐκείνῳ, τῷ Θεῷ πολεμεῖ τῷ ταῦτα νομοθετήσαντι. Καὶ τοῦτο σπουδάζει δεῖξαι πανταχοῦ, ὅτι οὐ χαρίζομεθα αὐτοῖς τὴν ὑπακοήν, ἀλλ' ὀφείλομεν. Οὕτω γὰρ καὶ τοὺς ἀρχοντας τοὺς ἀπίστους ἐπεσπάσατο μᾶλλον πρὸς εὐσέβειαν, καὶ τοὺς πιστοὺς πρὸς ὑπακοήν. Καὶ γὰρ πολλὸς περιεφέρετο λόγος τότε, ἐπὶ στάσει καὶ καινοτομίᾳ διαβάλλων τοὺς ἀποστόλους, καὶ ὡς ἐπ' ἀνατροπῇ τῶν κοινῶν νόμων ἅπαντα καὶ ποιούντας καὶ λέγοντας. Ὅταν οὖν δείξῃ τὸν κοινὸν ἡμῶν Δεσπότην τοῦτο παρεγγυῶντα τοῖς αὐτοῦ πᾶσι, καὶ τῶν διαβαλλόντων ὡς νεωτεροποιῶν ἀπορρήσεις τὰ στόματι, καὶ μετὰ πλειονος τῆς παρόρησιας ὑπὲρ τῶν τῆς ἀληθείας ἠ διαλέξῃ δογμάτων.

β'. Μὴ τοίνυν αἰσχύνου, φησὶ, τῇ τοιαύτῃ ὑποταγῇ. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς τοῦτο ἐνομοθέτησε, καὶ σφοδρὸς ἐστὶ τιμωρὸς καταφρονουμένων τούτων. Οὐ γὰρ τὴν τυχοῦσάν σε ἀπαιτήσει δίκην παρακούσαντα, ἀλλὰ καὶ σφοδρὰ μεγίστην, καὶ οὐδὲν σε ἐξαίρησεται ἀντιλέγοντα, ἀλλὰ καὶ παρ' ἀνθρώπων ὑποστήσῃ τιμωρίαν χαλεπωτάτην, καὶ οὐδεὶς σου προστήσεται, καὶ τὸν Θεὸν παροξυνεὶς μειζώνως. Ἄπερ ἅπαντα αἰνιττόμενος ἔλεγεν· *Οἱ δὲ ἀνθεστηκότες ἑαυτοῖς κρῖμα λήψονται*. Εἶτα· δεικνύς δὲ τὸ κέρδος τοῦ πράγματος μετὰ τὸν φόβον, καὶ ἀπὸ τῶν λογισμῶν πείθει λέγων οὕτως· *Οἱ γὰρ ἀρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγνῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν*. Ἐπειδὴ γὰρ βαθείαν ἔδωκε τὴν πληγὴν καὶ κατέπληξεν αὐτούς, πάλιν ἀνίησιν, ὡς περ σοφὸς ἱατρὸς φάρμακα προσήνη τίθει, παραμυθούμενος καὶ λέγων, *Τί δέδοικας; τί φρίττεας; μὴ γὰρ ἐπιτιμᾷ καλῶς πράττοντι; μὴ γὰρ ἐστὶ φοβερὸς ἀρετῆς ἐπιμελουμένῳ; Διὸ καὶ ἐπάγει· Ὁ βέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν*· τὸ ἀγαθὸν ποιεῖ, καὶ ἔξεις ἔκκρινον ἐξ αὐτῆς. Εἶδες πῶς ἠκείωνσεν αὐτὸν τῷ ἄρχοντι, δείξας αὐτὸν καὶ ἐπαινῆν αὐτοῦ καθήμενον; Εἶδες πῶς ἐκένωσε τὸ θυμὸν; Θεοῦ γὰρ ἐστὶ διάκονός σοι εἰς τὸ ἀγαθόν. Τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ φοβῆσαι σε, φησὶ, ὅτι καὶ ἐπαινεῖ τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ κωλύειν, ὅτι καὶ συμπράττει. Ὅταν οὖν καὶ ἐπαινῆν ἔχῃ καὶ βοηθόν, διὰ τί οὐχ ὑποτάσῃ; Καὶ γὰρ [688] καὶ ἄλλως εὐκολωτέραν σοι ποιεῖ τὴν ἀρετὴν, τοὺς μὲν πονηροὺς κολάζων, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς εὐεργετῶν καὶ τιμῶν, καὶ τῷ βουλήματι τοῦ Θεοῦ συμπράττων· διὸ καὶ διάκονον αὐτὸν ἐκάλεσε. Σκόπεε δὲ συμβουλεύω περὶ σωφροσύνης ἐγὼ, καὶ ἐκεῖνος τὰ αὐτὰ λέγει διὰ τῶν νόμων· παραινῶ περὶ τοῦ μὴ δεῖν πλεονεχεῖν μηδὲ ἀρπάξαι, κάκεινος ὑπὲρ τούτων κἀθηται δικάζων. Ὅστε συνεργὸς ἐστὶν ἡμῖν καὶ βοηθός, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς τοιοῦτο ἀπέσταλται. Ἀμφοτέρωθεν τοίνυν ἐστὶν αἰδέσιμος, καὶ ὅτι παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀπεστάλη, καὶ ὅτι ἐπὶ τοιοῦτω πράγματι. Ἐὰν δὲ καὶ τὸ κακὸν ποιῆς, φοβοῦ. Οὐκ ἔρα ὁ ἄρχων ποιεῖ τὸν φόβον, ἀλλ' ἡ ἡμετέρα πονηρία. Οὐ γὰρ εἰκὴ τὴν μάχαιραν φορεῖ. Εἶδες πῶς αὐτὸν παρέστησεν, ὀπλίσας καθάπερ τινὰ στρατιώτην, φοβερὸν τοῖς ἀμαρτάνουσιν ἐπιστῆσας; Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν εἰς ὀργὴν, ἐνδίκως τῷ ἐπὶ κακῶν πρόσσονται. Ἴνα γὰρ μὴ πάλιν ἀκούσας κόλασιν καὶ τιμωρίαν καὶ μάχαιραν, ἀποπηδήσῃς, πάλιν φησὶν, ὅτι Θεοῦ νόμον πληροῖ. Τί γὰρ, εἰ καὶ

<sup>a</sup> Alit, πολλῶν.

<sup>b</sup> Sic mss. In Editis vero, μετὰ τῆς ἀληθείας, male.  
<sup>c</sup> Uuus Codex, φοβεῖσθαι τῇ ἐξουσίᾳ.

rem gerent, egenis et omnibus utiles reddidit, ac vite institutum quod angelis deceret inseruit, iram evacuavit, arrogantiam repressit, illorumque animum in omnibus mansuetum reddidit: tunc de hisce rebus adhortationem inducit. Nam si iis, qui injuriam inferunt, contraria rependere oportet; multo magis iis, qui nos beneficiis orant, obtemperare convenit. Sed hoc quidem in fine adhortationis ponit: interea vero illa non movet ratiocinia, quæ dixit, sed ea, quæ ex debito obedire jubent. Et ostendens hoc omnibus imperari, sacerdotibus etiam et monachis, nec sæcularibus tantum, hoc ab exordio declarat, dicens: *Omnis anima potestatibus sublimibus subdita sit*; etsi apostolus sis, etsi evangelista et propheta, etsi quisvis alius: neque enim hæc subjectio pietatem subvertit. Nec simpliciter dixit, *Obediat*, sed, *Subdita sit*. Est autem prima defensio talis constitutionis, quæ et cum fidelibus ratiociniis convenit, quod a Deo hæc præcepta fuerint: *Non est enim potestas, inquit, nisi a Deo*. Quid dicis? omnise princeps a Deo ordinatus est? Non hoc dico, inquit: neque enim de singulis principibus mihi nunc sermo est, sed de re ipsa. Nam quod principatus sint, et quod alii imperent, alii subjecti sint, neque omnia casu ac temere ferantur, populis quasi fluctibus hinc et inde circumactis, divinæ esse sapientiæ dico. Ideo non dixit: Non enim est princeps nisi a Deo; sed de re ipsa loquitur dicens: *Non enim est potestas nisi a Deo: quæ vero sunt potestates, a Deo ordinatæ sunt*. Sic et cum quidam sapiens dicit, *A Deo adaptatur viro mulier* (*Prov. 19. 14*); hoc dicit, quia nuptias Deus constituit, non quia singulos qui mulieres ducunt ipse conjunxerit: multos quippe videmus, qui male et non ex nuptiarum lege junguntur, neque hoc Deo imputaverimus. Sed quod Christus ipse dixit: *Qui fecit ab initio, masculinum et feminam fecit eos; et dixit, Ideo relinquet homo patrem et matrem, et adhæret uxori suæ* (*Matth. 19. 4. 5; Gen. 2. 24*); hæc quoque sapiens ille interpretans dicebat: quia enim honoris æqualitas bellum sæpe inducit, multos fecit principatus multasque subjectiones, ut viri et mulieris, filii et patris, senis et juvenis, servi et liberi, principis et subditi, doctoris et discipuli. Ecquid miraris quod hoc in hominibus fecerit, quando idipsum in corpore fecit. Neque enim hic omnia pariter honoris fecit, sed hoc minus, illud melius, et alia imperare, alia subdita esse jussit. In brutis quoque idipsum videre est, ut in apibus, in gruibus, in gregibus ovium agrestium. Neque mare hoc bono ordine privatum est; sed et illic multa piscium genera sub uno ordinantur et militant, et sic longas peregrinationes suscipiunt. Nam ubi nullus principatus est, ubique malum et perturbatio regnant. Cum dixisset ergo videntem sit principatus, subjunxit: **2. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.** Vide quo rem deduxerit, unde terruerit, ac quomodo ostenderit hoc ex debito fieri. Nam ne fideles dicerent: Nos viles reddis, et contemptui exponis, dum eos qui regno cælorum potituri sunt, principibus subdis: ostendit se ita non principibus, sed Deo illos

subjicere: nam qui principatibus subjectus est, illi obsequitur. Verum non ita loquitur, nempe quod Deo obsequatur is, qui principibus obedit: sed per contrarium terret, et accuratius idipsum probat dicens, eum qui principi non obedit, cum Deo jagrare, qui hanc legem posuit; et hoc ubique demonstrare studet, quod non gratiam illis, sed debium obediendo præstentus. Ita enim ille principes infidelis ad piam religionem magis alliciebat, et fideles ad obedientiam. Etenim rumor undique circumferbatur, quo apostoli ut seditiosi et novarum rerum auctores incusabantur, qui ad legum communiam eversionem omnia facerent et dicerent. Cum enim ostendes communem Dominum nostrum hoc suis omnibus præcipere, eorum, qui apostolos ut novatores traducebant, ora osbrues, et cum majori fiducia pro veritatis dogmatibus loqueris.

**2.** Ne itaque talis subjectionis te pudeat. Nam hanc Deus legem posuit, et eos qui ista continent vehementer ulciscitur. Nam si non obsequari, pœnis abs te non leves repetet, sed maximas, nec quidem te repugnantem eximet: quin et ab hominibus gravissimo plecteris supplicio, nemoque tibi patrocinabitur, ac Deum magis irritabis. Quæ omnia subdicans dicebat: *Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt*. Deinde post incussum timorem, ut rei utilitatem ostendat, per ratiocinia id suadet, ita loquens: **3. Nam principes non sunt timor bonorum operum, sed malorum.** Postquam enim profundam infllexerat plagam, illosque terruerat, rursus illos erigit, ut sapiens medicus levia adhibens pharmaca, consolando dicens: *Quid times? quid exhorrescis? an te bene agentem corripit? an terribilis est virtutis studioso? Ideo adjicit: Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illa*. Viden' quomodo illum cum magistratu conciliet, dum ostendit illum ipsius laudatorem sedere? viden' quomodo iram evacuaverit? **4. Dei enim minister est tibi in bonum.** Tantum abest ut te terreat, ut etiam laudet: tantum abest ut impediatur, ut etiam tecum cooperetur. Cum ergo et laudatorem habeas et adiutorem, cur non te subjicis? Nam et alias faciliorem tibi virtutem reddit, malos quidem puniens, bonos autem beneficiis et honore donans, Deique voluntati cooperans: ideoque ministrum illum vocavit. Prepende autem: Ego ut temperans sis consulo, et ipse per leges ita dicit: *Ego hortor ne quis avaritiæ studeat, ne rapiat, et ille super hæc iudex sedet*. Inque is cooperator est et nobis auxiliator, et ad eam rem a Deo missus est. Utrinque ergo venerabilis est, et quod a Deo missus est, et quod ad ejusmodi negotium. *Quod si malum feceris, time*. Non ergo princeps timorem incutit, sed nequitia nostra. *Non ergo frustra gladium portat*. Viden' quomodo illum tibi exhibeat armatum ceu quemdam militem, peccatoribus terribilem ostendens? **4. Dei enim minister est in iram, ultor ei, qui malum operatur.** Ne rursus pœnam audiens, supplicium et gladium, resiliat, rursus dicit cum Dei legem implere. Quid enim, si



· τοῦ ῥήματος τούτου, καίτοι γε εὐγενοῦς αὐτὸ ψυχῆς  
· δεῖγμα εἶναι τίθενται οἱ πολλοί · ἀλλ' οὐδὲν, οὐτῶν  
· δυσγενέστερον οὐδὲ ἀνοήτερον οὐδὲ ὀμότερον. Διὸ  
· δὴ μάλιστα καὶ πενθῶ, ὅτι τὰ τῆς κακίας ἀρετῆς  
· εἶναι νομίζουσιν οἱ πολλοί, καὶ ὑπερορᾶν καὶ κατα-  
· φρονεῖν, λαμπρὸν ἔδοξεν εἶναι καὶ σεμνόν · ὅπερ με-  
· γίστη παγίς ἐστὶ τοῦ διαβόλου, τὸ καὶ ἀγαθὴν περι-  
· θεῖναι δόξαν τῇ πονηρίᾳ · διὸ καὶ δυσεξάλειπτος γί-  
· νεται. Καὶ γὰρ πολλῶν ἔγωγε ἤκουσα σεμνυνομένων  
· ἐπὶ τῷ μὴ προσίσθαι τοὺς ἀποστρεφόμενους αὐτοὺς·  
· καίτοι γε ὁ Δεσπότης σου καὶ ἐγκαλλωπίζεταί τούτῳ.  
· Ποσάκις γοῦν αὐτὸν διέπτυσαν ἄνθρωποι; ποσάκις  
· ἀπεστράφησαν; αὐτὸς δὲ οὐ καύεται ἐπιτρέχων. Μὴ  
· τοίνυν λέγε, ὅτι Οὐ δύναμαι προσεῖσθαι τοὺς μισοῦν-  
· τας, ἀλλ' εἰπέ, ὅτι Οὐ δύναμαι διαπτύσαι τοὺς διαπτύ-  
· οντας. Τοῦτο τοῦ μαθητοῦ [724] τοῦ Χριστοῦ τὸ ῥῆμα,  
· ὡς τὸ γε ἔτερον τοῦ διαβόλου · τοῦτο λαμπρὸν ἐποίη-  
· σεν καὶ ἐνδόξου, ὡς τὸ γε ἔτερον αἰσχροῦς καὶ καταγε-  
· λᾶστους. Διὰ τοῦτο θαυμάζομεν Μωῦσά, ὅτι καὶ τοῦ  
· Θεοῦ λόγοντος, *Ἐασόν με, καὶ θυμωθεὶς ἐκτρέψω*  
· αὐτοὺς, οὐκ ἠδυνήθη διαπτύσαι τοὺς πολλάκις αὐτὸν  
· ἀποστραφέντας, ἀλλ' ἔλεγεν, *Εἰ μὲν ἀφῆς αὐτοῖς*  
· *τὴν ἀμαρτίαν, ἄφεσις* · εἰ δὲ μὴ, *καμὲ ἐξάλειψον*.  
· Θεοῦ γὰρ φίλος ἦν καὶ μιμητής. Μὴ δὴ σεμνυνώ-

\* Sic M-s. Editi male, μηδέ.

μεβα ἐν οἷς ἐγκαλύπτεσθαι δεῖ, μηδὲ λέγωμεν τὰ τῶν ἀγοραίων τούτων καὶ σεσυρμένων ἀνθρώπων, οἷδα καταπτύσαι μυρίων· ἀλλὰ κἄν ἕτερος τοῦτο λέγῃ, καταγελώμεν καὶ ἐπιστομίζωμεν, ὅτι καλλωπίζεται ἐφ' οἷς αἰσχύνεσθαι ἔδει. Τί λέγετε, εἰπέ μοι; καταπτύεις ἀνθρώπου πιστοῦ, οὐ ἀπίστου θντος<sup>a</sup>· οὐ κατέπτυσεν ὁ Χριστός; Τί λέγω, οὐ κατέπτυσεν; Οὕτω μὲν οὖν αὐτὸν ἐφίλησεν ἐχθρὸν θντα καὶ δυσειδῆ, ὡς καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ. Εἶτα αὐτὸς μὲν οὕτως ἐφίλησε καὶ τοιοῦτον θντα, σὺ δὲ νῦν, ὅτε ὠραῖος ἐγένετο καὶ θαυμαστός, διαπτύεις, εἰπέ μοι, μέλος θντα τοῦ Χριστοῦ, καὶ σῶμα γενόμενον Δεσπο-

<sup>a</sup> Alius οὐ ἀπιστοῦντος.

τικόν; οὐκ ἐννοεῖς, τί φθέγγῃ; οὐκ αἰσθάνῃ; μᾶς; Κεφαλὴν ἔχει τὸν Χριστόν, καὶ τράπεζα ἱμάτιον καὶ ζῶην καὶ φῶς καὶ νομόφιον, καὶ ἐστὶν ἐκεῖνος αὐτῷ, καὶ τολμᾶς εἰπεῖν, ὅτι ἰούτον; καὶ οὐ τοῦτον μόνον, ἀλλὰ καὶ μυρίους μετ' αὐτοῦ; Ἐπίσχες, ἀνθρώπε, καὶ ἀντιῆς μανίας· ἐπίγνωθι τὸν ἀδελφόν, μάθε δὲ ταῦτα τὰ ῥήματα καὶ παραπληξίαις, καὶ λέγε τὰ, ὅτι Κἄν μυριάκις με διαπτύῃ, ἐγὼ οὐκ ὀσομαι· οὕτω καὶ τὸν ἀδελφὸν κερδανεῖς, καὶ τοῦ Θεοῦ βιώσῃ, καὶ τῶν μελλόντων μεθέξῃ θῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάρι φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἔξης.

#### ΟΜΙΑΙΑ ΚΗ'.

Λέγω δὲ Χριστὸν Ἰησοῦν διάκονον γενηθῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὴν ἐπαγγελίαν τῶν πατέρων.

α'. Πάλιν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ κηδεμονίας διαλέγεται, ἔτι τοῦ αὐτοῦ κεφαλαίου ἐχόμενος, καὶ δεικνύς ὅσα ἐποίησεν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ πῶς οὐκ ἑαυτῷ ἤρσαε. Καὶ μετὰ τούτου κάκεινο κατασκευάζει, ὅτι μειζρόνων εἰσὶν οἱ ἐξ ἐθνῶν ὀφειλέται τῷ Θεῷ. Εἰ δὲ μειζρόνων εἰσὶ, δίκαιοι ἂν εἴεν φέρειν τοὺς ἐξ Ἰουδαίων ἀσθενεῖς. Ἐπειδὴ γὰρ σφόδρα ἐκείνων καθήψατο, ἵνα μὴ τούτους ἐπάρῃ τοῦτο, καταστέλλει πάλιν αὐτῶν τὴν ἀπίνοιαν, ἐκείνοις μὲν ἐξ ἐπαγγελίας πατέρων δεικνύς διδόμενα τὰ ἀγαθὰ, τοῖς δὲ ἐξ ἐθνῶν, ἐξ ἑλλίου καὶ φιλανθρωπίας μόνης· διὸ καὶ ἔλεγε, *Τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἑλλίου δοξάσαι τὸν Θεόν*. Ἴνα δὲ σαφέστερον γένηται τὸ λεγόμενον, αὐτῶν πάλιν ἀκουσον τῶν ῥημάτων, ἵνα μάθῃς τί ἐστὶ τὸ Ἰπὲρ ἀληθείας Θεοῦ γενηθῆσθαι τὸν Χριστὸν διάκονον περιτομῆς, εἰς τὸ βεβαιῶσαι [725] τὴν ἐπαγγελίαν τῶν πατέρων. Τί ποτ' οὖν ἐστὶ τὸ εἰρημένον; Ἐπαγγελία πρὸς τὸν Ἀβραάμ ἦν γενηθῆσθαι λέγουσα· *Σοὶ δώσω τὴν γῆν καὶ τῷ σπέρματι σου, καὶ Ἐν τῷ σπέρματι σου ἐνευλογηθῆσονται πάντα τὰ ἔθνη*. Ἄλλ' ἐγένοντο κολάσεις ὑπεύθυνοι μετὰ ταῦτα οἱ τοῦ σπέρματος Ἀβραάμ ἅπαντες. Ὁ γὰρ νόμος ὄργην αὐτοῖς κατεργάζετο παραβαίνοντες, καὶ τῆς ἐπαγγελίας ἀπιστέρει λοιπὸν ἐκείνης; τῆς τῶν πατέρων. Παραγενόμενος τοίνυν ὁ Υἱὸς συνέπραξε τῷ Πατρὶ, εἰς τὸ τὰς ἐπαγγελίας ἐκείνας ἀληθεύσαι, καὶ εἰς τέλος ἐξελεῖν. Πάντα γὰρ τὸν νόμον πληρώσας ἐν ᾧ καὶ περιτομῆν, καὶ ταύτη καὶ διὰ τοῦ σταυροῦ τῆς κατάρτας ἀπαλλάξας τῆς ἐπὶ τῇ παρατάξει, οὐκ ἀφῆκε διαπεσεῖν τὴν ἐπαγγελίαν. Ὅταν γὼν λέγῃ, *Διάκονον περιτομῆς*, τοῦτο λέγει, ὅτι ἐλλῶν, καὶ πάντα τὸν νόμον πληρώσας, καὶ περιτμηθεὶς, καὶ γενόμενος σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ, ἔλυσε τὴν κατάρταν, ἔπαυσε τοῦ Θεοῦ τὴν ὄργην, ἐπιτηδείους λοιπὸν ἐποίησε τοὺς μέλλοντας δέχεσθαι τὴν ἐπαγγελίαν, ἀπαξ ἀπαλλαγέντας τοῦ προσκεκρουκέναι. Ἴν' οὖν μὴ λέγωσιν οὗτοι οἱ ἐγκαλούμενοι, Πῶς οὖν ὁ Χριστὸς περιετέμενε, καὶ πάντα τὸν νόμον ἐφύλαττεν; εἰς τὸ νῦν αὐτὸν περιτρέπει. Οὐ γὰρ ἵνα μείνῃ<sup>a</sup> ὁ νόμος, τοῦτο ἐποίησε, φησὶν, ἀλλ' ἵνα αὐτὸν λύσῃ, καὶ σὲ ἀπαλλάξῃ τῆς ἐπιχειμένης κατάρτας, καὶ ἐλευθερώσῃ καθόλου τῆς ἀρχῆς τῆς ἐκείνου.

<sup>a</sup> Unus codex, ἵνα μείνῃ.

Ἐπειδὴ γὰρ σὺ παρέβης τὸν νόμον, διὰ τούτου ἐπλήρωσεν, εὐχὴ ἵνα σὺ πληρώσῃς, ἀλλ' ἵνα ἐπαγγελίας βεβαιώσῃ τὰς πρὸς τοὺς πατέρας νόμος διαπεσεῖν ἐποίησε, δεικνύς σε προσκεκκαὶ καὶ τῆς κληρονομίας θντα ἀνάξιον· ὥστε κατὰ χάριν ἐσώθῃς· καὶ γὰρ ἀποβεβλημένος τοίνυν στασίαις, μηδὲ φιλονεῖται ἀντεχόμενος τῶν νόμου, ὅς καὶ τῆς ἐπαγγελίας ἐξέβα εἰ μὴ τοσαῦτα ἐπαθεν ὑπὲρ σοῦ ὁ Χριστός· δὲ ταῦτα, οὐκ ἐπειδὴ σὺ ἀξίος ἦς σωτηρίας, ἀλλ' ἀληθεύσαι τὸν Θεόν. Εἶτα, ἵνα μὴ τοῦτο φησὶ ἐξ ἐθνῶν, φησὶ· *Τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἑλλίου εἰ τὸν Θεόν*. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Οἱ μδαῖοι κἄν ἐπαγγελίας<sup>b</sup> εἶχον, εἰ καὶ ἀνάξιοι σὺ δὲ οὐδὲ τοῦτο. ἀλλ' ἀπὸ φιλανθρωπίας μόνης. Εἰ καὶ τὰ μάλιστα οὐδὲ ἐκείνοις ἐγένετο ἀπὸ τῆς ἐπαγγελίας, εἰ μὴ παρεγ Χριστός· ἀλλ' ὅμως ἵνα αὐτοὺς κερδάσῃ, καὶ ῥῆση κατεξανίστασθαι τῶν ἀσθενῶν, μέμνη ἐπαγγελιῶν· περὶ δὲ τούτων φησὶν, ὅτι ἐλίθησαν μόνω<sup>c</sup>· διὸ καὶ δίκαιοι ἂν εἴεν μάλιστα ζεῖν τὸν Θεόν. Δόξα δὲ Θεῷ, τὸ συνῆφθαι, εσθαι, τὸ ὀμοθυμαδὸν εὐφημεῖν, τὸ βαστάζ ἀσθενέστερον, τὸ μὴ περιορᾶν ἀπορῥηγνύμενος. Εἶτα καὶ μαρτυρίας ἐπάγει, ἐν αἷς δεικνύει διὲ συνῆφθαι τοὺς ἐξ Ἰουδαίων τοῖς ἐξ ἐθνῶν λέγων· *Καθὼς γέγραπται· Διὰ τοῦτο ἐξομσομαι σοὶ ἐν ἔθνεσι, Κύριε, καὶ τῷ ἐνέμα [726] ψαλῶ καὶ, Εὐφράνθητε, ἔθνη, μετὰ τοῦ αὐτοῦ· καὶ, Αἰνεῖτε, πάντα τὰ ἔθνη, τὸν Κ ἐπαιέσεται<sup>d</sup> αὐτὸν, πάντες οἱ λαοὶ· καὶ, ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀριστάμενος ἐ ἐθνῶν· ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιούσι*. Ταῦτα δὲ παρήγαγε, δεικνύς ὅτι δεῖ ἠνώσθαι καὶ δοξάζε Θεόν, ὁμοῦ καὶ τὸν ἐξ Ἰουδαίων καταστέλλει μὴ ἐπαίρηται κατὰ τοῦτου, τῶν προφητῶν π τοῦτου; καλούντων, καὶ τὸν ἐξ ἐθνῶν πεῖθων με ζεῖν, τῷ δεῖξει πλείονος ὑπεύθυνον θντα χάριτο β'. Εἶτα πάλιν ἐπὶ εὐχὴν κατακλείει τὸν λόγο γων· Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ἰ πάσης χαρᾶς καὶ εἰρήνης ἐν τῷ πιστεύειν, ε περισεύειν ἐν τῇ ἐλπίδι, ἐν θυμῷ μὲν Πνεῶν ἁγίου. Τούτῃστιν, ἀπαλλαγείτε τῆς πρὸς ἀλλή ἀθυμίας, καὶ μὴ καταβληθείητε ποτε ὑπὸ τῶν ρασμῶν· τοῦτο δὲ ἔσται ἐν τῷ περισεύειν ὁμῆ

<sup>b</sup> Morel, minus recte, καὶ ἐπαγγελίας. <sup>c</sup> Unus ὅτι ἐλίφ ἐσώθησαν μόνω. <sup>d</sup> Unus cod. et marg. Sa καὶ ἐπαινεσάτωσαν.

rant ; sed dicebat : *Si quidem hoc peccatum illis dimittis, dimitte; sin minus, et me dele.* Dei enim amicus et inceptor erat. Ne itaque gloriemur in iis, ob quæ nos pudere deberet; neque dicamus ea, quæ dicunt forenses et infimum vulgus, Innumeros avversari scio: sed etiamsi quis alius hoc dixerit, irrideamus illum et os illi obstruamus, quia in iis gloriatur, de quibus pudere illum oporteret. Quid, quæso, dicis? avversaris hominem fidelem, quem, infidelis cum esset, Christus non respuit? Quid dico, non respuit? Ita illum, inimicus et deformis cum esset, dilexit, ut etiam pro illo moreretur. Ille, inquam, eum qui talis erat, ita dilexit; tu vero nunc, dic mihi, cum

speciosus et mirabilis factus est, illum respuis, qui membrum Christi et corpus Dominicum factus est? annon cogitas quid dicas? annon sentis quanta audeas? Caput habet Christum et mensam et vestimentum, et vitam et lucem et sponsum, et omnia ipsi ille est, et dicere audes, illum respuo? neque illum tantum, sed et innumeros alios cum illo? Cōhibe te, o homo, et seda furorem: agnosce fratrem, discce hæc verba stulti esse atque lymphati, et contraria dicito: Etsi millies me respuat, ego non discedam: sic et fratrem lucraberis, et ad gloriam Dei vitam duces, atque futura consequeris bona, quæ utinam omnes adispiscamur, gratia et benignitate, etc.

### HOMILIA XXVIII.

CAP. 15. v. 8. *Dico autem Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis pro veritate Dei, ad confirmandas promissiones patrum.*

1. Rursus de Christi cura et sollicitudine disserit, eidem adhuc capiti inhærens, et ostendens quæcumque ille propter nos fecerit, et quomodo sibi ipsi non placuerit. Posteaque illud probat, eos ex gentibus qui credebant magis debitores esse Deo. Si ergo magis debitores sunt, tenentur Judæos infirmantes sustinere. Postquam enim illos vehementer perstrinxerat, ne hinc isti sublatis animis essent, ipsorum rursus arrogantiam deprimit: Judæis quidem ex promissione patribus facta, bona data fuisse ostendens; gentilibus vero ex sola misericordia et benignitate: ideo dicebat, *Gentes autem super misericordia glorificare Deum.* Ut vero clarior res sit, ipsa rursus verba audi, ut discas quid sit, *Pro veritate Dei Christum fuisse ministrum circumcisionis, ad confirmandas promissiones patrum.* Quid ergo est, quod dicitur? Promissio Abrahamo facta fuerat, dicens: *Tibi dabo terram et semini tuo, et, In semine tuo benedicentur omnes gentes (Gen. 12. 7. et 22. 18).* Verum postea quotquot ex semine Abrahæ erant, facti sunt pœnis obnoxii. Violata quippe lex iram in illos concitavit, et promissione patribus facta denuo illos privavit. Adveniens vero Filius cum Patre cooperatus est, ut promissiones illæ veræ deprehenderentur, et ad effectum adducerentur. Cum enim legem omnem et circumcisionem adimplevisset, atque sic et per crucem quoque a maledictione per transgressionem allata liberasset, non permisit ut promissio caderet. Cum ergo dicit, *Ministrum circumcisionis,* hoc sibi vult, ipsum, cum venisset et totam legem implevisset, ac circumciscus fuisset, semen Abrahæ factum, maledictionem abstulisse, iram Dei sedavisse, illosque denuo idoneos effecisse, qui promissionem accepturi erant, semel ab offensa sua liberatos. Ne ergo dicerent ii, qui accusabantur, Quomodo ergo Christus circumciscus fuit, et totam legem implevit? in contrarium istud invertit. Non ut maneret lex, hoc fecit, inquit, sed ut illam solveret, etque ab imminente maledictione eriperet, atque a legis dominio te prorsus liberaret. Quia enim tu le-

gem transgressus fueras, ideo ipse illam implevit, non ut tu impleres, sed ut tibi promissiones patribus factas confirmaret, quas lex abrogaverat, ostendens te offendisse et hereditate indignum esse. Itaque et tu per gratiam salutem nactus es: nam ejectus eras. Ne itaque disceptes neque contendas, intempestive legi adhærendo, quæ te a promissione amovisset, nisi tanta pro te passus esset Christus. Hæc porro passus est, non quod tu salute dignus eases, sed ut Deus verax agnosceretur. Deinde ne hoc gentilem inflaret, ait: 9. *Gentes autem super misericordia glorificent Deum.* Hoc est, Judæi quidem saltem promissiones habuere, etsi indigni essent; tu vero neque hanc habebas, sed ex sola benignitate salute donatus es. Tametsi illis nihil amplius ex promissione accessurum erat, nisi advenisset Christus: attamen ut illos temperet, nec sinat insurgere contra infirmos, promissiones commemorat: de gentilibus vero dicit, quod ex misericordia solum salutem nacti sint: ideoque magis debent Deum glorificare. Gloria autem Deo est, quando coadunamur, quando jungimur, quando unanimiter illum celebramus, quando infirmum portamus, quando abruptum membrum non contemnimus. Deinde et testimonia inducit, in quibus ostendit conjungi debere Judæos fideles cum gentilibus credentibus, ita dicens: *Sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus, Domine, et nomini tuo cantabo (Psal. 17. 50); 10. et, Lætamini, gentes, cum populo ejus; 11. et, Laudate, omnes gentes, Dominum, et collaudate eum, omnes populi (Psal. 116. 1); 12. et, Erit radix Jessæ, et qui exsurgat imperare gentibus: in ipso gentes sperabunt (Isai. 11. 10).* Hæc porro omnia produxit, ostendens ipsos debere simul conjungi et glorificare Deum; simulque Judæum reprimit, ne contra gentilem insurgat, cum prophetæ omnes gentiles advocent; illique, qui ex gentibus est, modeste agere suadet, ostendens illum majori esse gratiæ obnoxium.

2. Deinde sermonem rursus in precessionem concludit, dicens: 15. *Deus vero spei impleat vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis in spe in virtute Spiritus sancti.* Id est, ut liberemini ab hæc tentatione tua rixa, et numquam a tentatione

hoc erit, si vos abundaveritis in spe. Hoc autem omnium causa est bonorum. Hoc a Spiritu sancto erit: nec simpliciter a Spiritu sancto, sed si ea, quæ penes nos sunt, conferamus. Ideo ait, *In credendo*: sic enim potestis repleri gaudio, si credatis, si speretis. Sed non dixit, Si speretis, sed, *Si abundetis in spe*: ita ut non modo consolationem malorum reperiat, sed et gaudio exsuletis propter abundantiam fidei et spei. Sic et Spiritum attrahetis: sic postquam ille advenerit, bona omnia servabitis. Quemadmodum enim vitam nostram esca continet, atque hanc vita dispensat: sic si bona habeamus opera, Spiritum habebimus: si Spiritum habeamus, bona habebimus opera; sicut e contrario, nisi opera habeamus, Spiritus volat. Si autem a Spiritu sancto vacui fuerimus, etiam circa opera claudicabimus: abeunte siquidem illo, spiritus immundus accedit: quod palam est ex Sathã. Quid enim, si nos non suffocat perinde atque illum? Sed alio modo præfocat per mala opera. Cithara ergo Davidis opus nobis fuerit, ut divina cantica animæ concinamus, et ea quæ ad illum pertinent, et ea quæ ex bonis operibus procedunt. Nam si vel alterum fecerimus, et cantionem audientes, canenti per opera repugnemus, ut tunc Sathã faciebat; pharmacum nobis in damnationem erit, et immanior fiet insania. Nam antequam audiamus, timet malignus dæmon, ne audientes corrigamur: cum autem audientes iidem ipsi manemus, ipsi metus abscedit. Psallamus canticum per opera, ut peccatum ipso dæmone deterius ejiciamus. Dæmon enim non omnino privat nos regno cælorum, sed et aliquando vigilantiam prodest; peccatum autem omnino excludit. Peccatum enim dæmon est voluntarius, ac spontanea inania; ideoque non habet qui misericordiam et veniam tribuant. Hoc ergo incantationis genere cantemus animæ sic affectæ, et ab aliis Scripturis et a beato Davide: psallat os et mens erudiat. Neque enim illud spernenda res est: nam si linguam canere doceamus, illa canente animam pudebit contraria volentem. Neque enim illud tantum boni hinc decerpemus, sed et nos multa sciemus, quæ nobis utilia erunt: nam et de præsentibus et de futuris tibi David loquitur, de visibili et de invisibili creatura. Si de cælo discere velis, an nempe maneat vel mutetur; clare tibi respondet et dicit: *Cæli sicut vestimentum veterascent, et sicut amictum involves eos, Deus, et mutantur* (Psal. 101. 27). Si de forma ejus audire velis, audies: *Extendens cælum sicut pellem* (Psal. 103. 2). Si de dorso ejus plura quis scire cupiat, dicet tibi rursum: *Qui tegis aquis superiora ejus* (Psal. 103. 5). Neque hic sistit, sed etiam de latitudine et de altitudine tibi disserit, hæc paria ostendens: *Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. Secundum altitudinem cæli a terra, corroboravit Deus misericordiam suam super timentes se* (Psal. 102. 12. 11). Quod si terræ quoque fundamenta scrutari volueris, neque illa tibi celabuntur; sed audies psallentem et dicentem: *Quia super maria fundavit eam* (Psal. 23. 2). Si discere cupias unde veniant

terræ motus, te omni dubio liberabit, sic dicens: *Qui respicit terram, et facit eam tremere* (Psal. 103. 32). Si noctis usum requiras, illum ab ipso disces: *In ipsa pertransibunt omnes bestię silvæ* (Psal. 103. 20). Si quæras cui rei montes sint utiles, respondet tibi: *Montes excelsi cervis. Et cur petræ sint, dicit tibi, Petra refugium chærogylliis et erinaciis. Cur sint infructuosæ arbores discite: Illic passeret nidificabunt* (Psal. 103. 18. 17). Cur in desertis fontes? *Ibi volatilia cæli habitabunt, et bestię agri* (Ibid. v. 12. 11). Ad quid vinum? Non tantum ut bibas; nam ad id satis esset aqua; sed ut lætificeris et placide agas: nam *Vinum lætificat cor hominis* (Ibid. v. 13). Ita doctus scies quousque vino uti debeas. Unde abantur volatilia, et agrestes feræ? Audies dicentem: *Omnia a te expectant, ut des illis escam in tempore* (Ibid. v. 27). Si dixeris, Ad quid jumenta? respondet tibi hæc etiam propter te facta esse: *Qui producit, inquit, jumentis fenum et herbam servituti hominum* (Ibid. v. 14). Quænam lunæ utilitas? Audi illum dicentem, *Fecit lunam in tempora* (Ibid. v. 19). Et quod omnia fecerit, sive visibilia, sive invisibilia, clare docuit dicens: *Ipsè dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt* (Psal. 32. 9). Et quod etiam mortis solutio futura sit, illud te docet dicens: *Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me* (Psal. 48. 16). Unde nobis corpus? Et hoc dicit, *Recordatus est quoniam pulvis sumus* (Psal. 102. 14). Quo demum abit? *Revertetur in pulverem suum* (Psal. 103. 29). Cur hæc omnia? Propter te: *Gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum* (Psal. 8. 6). An nos homines quid commune habemus cum angelis? Et hoc dixit ita psallens: *Minuisti eum paulo minus ab angelis* (Ibid.). De dilectione Dei: *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentium se* (Psal. 102. 13). De eis, quæ post hæc nos exceptura sint, et de tranquillitate illa: *Convertere, inquit, anima mea, in requiem tuam* (Psal. 114. 7). Cur adeo magnum est cælum? Hoc quoque dicit: *Cæli enarrant gloriam Dei* (Psal. 18. 2). Ad quid facta est nox et dies? Non ut illa luceant, et hæc quietem det tantum, sed ut nos instituant: *Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum* (Ibid. v. 4). Quomodo mare circumdet terram? *Abyssus sicut vestimentum amictus ejus* (Psal. 103. 6): ita siquidem Hebraicum habet.

3. Ab iis quæ dicta sunt, initio ducto, alia omnia ediscetis, quæ circa Christum, quæ circa resurrectionem, quæ circa futuram vitam, de requie, de positione, deque iis quæ ad mores spectant, de dignitatibus omnia, et innumeris repletum bonis librum invenietis. Si in tentationes incidetis, multam inde referes consolationem: si in peccata, innumera pharmacata hic reperies: si in paupertatem, si in arumnam, multos videbis portus: si justus fueris, multam cautionem et securitatem inde lucraberis: si peccator fueris, multam consolationem. Si justus sis, et graviter patiaris, audies dicentem: *Propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis* (Psal.

τῆ ἐλπίδι. Τὸ δὲ πάντων αἰτιῶν τῶν ἀγαθῶν τοῦτο. Τοῦτο δὲ ἀπὸ Πνεύματος ἔσται ἀγίου· ἀλλ' οὐχ ἀπλῶς ἀπὸ Πνεύματος, ἀλλ' ἐὰν καὶ τὰ παρ' ἡμῶν εἰσενέγκωμεν. Διὰ τοῦτο φησιν, Ἐν τῷ πιστεύειν· οὕτω γὰρ δύνασθε πληρωθῆναι χαρᾶς, ἐὰν πιστεύητε, ἐὰν ἐλπίζητε. Ἄλλ' οὐκ εἶπεν, Ἐὰν ἐλπίζητε, ἀλλ', Ἐὰν περισσεύητε ἐν τῇ ἐλπίδι, ὥστε μὴ μόνον παραμυθίαν εὐρεῖν τῶν δεσινῶν, ἀλλὰ καὶ χαρὰν ἔχειν διὰ τὴν παρουσίαν τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐλπίδος. Οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα ἐπιστάσεσθε· οὕτω καὶ ἐκείνου παραγενομένου, τὰ ἀγαθὰ διατηρήσετε πάντα. Καθάπερ γὰρ τὴν ζωὴν ἡμῶν ἡ τροφὴ διακρατεῖ, καὶ ταύτην ἡ ζωὴ οἰκονομεῖ<sup>a</sup>· οὕτως ἐὰν ἔχωμεν ἔργα ἀγαθὰ, τὸ Πνεῦμα ἔξομεν· κὰν τὸ Πνεῦμα ἔχωμεν, καὶ ἔργα ἔξομεν ἀγαθὰ· ὡπερ οὖν καὶ τὸναντίον, ἐὰν μὴ ἔργα ἔχωμεν, τὸ Πνεῦμα ἀφίπταται. Ἐὰν δὲ τοῦ Πνεύματος ἐρημωθῶμεν, καὶ περὶ τὰ ἔργα χωλεύσομεν· ὅταν γὰρ τοῦτο ἀπέλθῃ, τὸ ἀκάθαρτον ἔρχεται· καὶ ὁλοῦν ἀπὸ τοῦ Σαοῦλ. Τί γὰρ, εἰ μὴ πνίγει ἡμᾶς ὡπερ ἐκείνον; Ἄλλ' ἐτέρως ἀπαγχονίζει διὰ πράξεων πονηρῶν. Δεῖ τοίνυν ἡμῖν τῆς κιθάρας τοῦ Δαυὶδ, ἵνα ἐπάδωμεν τῇ ψυχῇ τὰς θέλας ἐπιπόδας, καὶ τὰς ἐντεῦθεν καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν πράξεων· ὡς ἂν ἥτερον μόνον ποιῶμεν, καὶ τῆς ὡδῆς ἀκούοντες, τῷ ταῦτα ἐπάδοντι πολεμῶμεν διὰ τῶν ἔργων, καθάπερ ἐκείνος τότε· καὶ εἰς κρῖμα ἡμῖν ἔσται τὸ φάρμακον, καὶ ἀγριωτέρα ἡ μανία γενήσεται. Πρὸ μὲν γὰρ τοῦ ἀκούσαι δέδοικεν ὁ πονηρὸς δαίμων, μήποτε ἀκούσαντες κατορθώσωμεν· ὅταν δὲ καὶ ἀκούσαντες οἱ αὐτοὶ μένωμεν, καὶ τοῦτο ἐξαιρεῖται τὸ θεὸς αὐτοῦ. Ψάλλωμεν τοίνυν τὴν ἀπὸ τῶν πράξεων ὡδὴν, ἵνα τὴν δαίμονος χαλεπωτέραν ἐκβάλωμεν ἀμαρτίαν. Δαίμων μὲν γὰρ οὐ πάντως ἀποστρεφεί τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ἔστιν ὅπου καὶ συμπράττει τῷ νῆφοντι· ἀμαρτία δὲ πάντως ἐκβάλλει. Δαίμων γὰρ ἔστιν ἐκούσιος αὕτη, καὶ μανία αὐθαίρετος· διὸπερ οὐδὲ τοὺς ἐλευθύντας ἔχει καὶ συγγινώσκοντας. Ἐπάδωμεν τοίνυν τῇ οὕτω διακειμένῃ ψυχῇ, καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων Γραφῶν, καὶ ἀπὸ [727] τοῦ μακαρίου Δαυὶδ· καὶ ψαλλέτω τὸ στόμα, καὶ παιδευέσθω ὁ νοῦς. Οὐκ ἔστιν οὐδὲ τοῦτο αὐτὸ μικρὸν· ἂν γὰρ παιδεύσωμεν τὴν γλῶτταν ψάλλειν, αἰσχυνησεται ἡ ψυχὴ ταύτης ψαλλούσης τάναντία βουλομένη<sup>b</sup>. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον καρπωσόμεθα τὸ καλὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ πολλὰ ἡμεῖς εισόμεθα τῶν ἡμῖν διαφερόντων· καὶ γὰρ καὶ περὶ τῶν παρόντων καὶ μελλόντων σοὶ διαλέγεται, καὶ περὶ τῶν δρωμένων, καὶ περὶ τῆς ἀοράτου κτίσεως. Κὰν περὶ οὐρανοῦ θέλησ μαθεῖν, πότερον μένει τοιοῦτος ἢ μεταβάλλεται, σαφῶς ἀποκρίνεται σοὶ καὶ εἶπεν, ὅτι Οἱ οὐρανοὶ ὡς ἰμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἐλλίξεις αὐτούς, ὁ Θεὸς, καὶ ἀλλαγῆσονται. Καὶ περὶ τοῦ σχήματος ἂν θέλῃς ἀκούσαι, ἀκοῦση πάλιν· Ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρβιν. Κὰν περὶ τῶν νότων αὐτοῦ βουληθῇ τις πλέον εἰδέναι, εἶπεν σοὶ πάλιν· Ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερφᾶ αὐτοῦ. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἴσταται, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ πλάτους καὶ τοῦ ὕψους σοὶ διαλέγεται, δεικνύς ταῦτα ἰσόμετρα ὄντα· Καθ' ὅσον γὰρ, φησὶν, ἀπέχουσιν ἀντολαὶ ἀπὸ δυσμῶν, ἐμάκρυνεν ἀφ' ἡμῶν τὰς ἀντολας ἡμῶν. Κατὰ τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἐκραταίωσεν Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν. Κὰν τῆς γῆς τὰ θεμέλια περιεργάσῃ, οὐδὲ ταῦτά σε ἀποκρύψεται, ἀλλ' ἀκοῦση ψαλλοντος αὐτοῦ καὶ λέγοντος, Ὅτι ἐπὶ θαλασσῶν

ἐθεμελίωσεν αὐτήν. Κὰν περὶ τῶν σεισμῶν ἐπιθυμῆσ μαθεῖν πόθεν γίνονται, ἀπαλλάξει σε πάσης ἀπορίας, οὕτω λέγων· Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν. Κὰν τῆς νυκτὸς ζητήσῃς τὴν χρεῖαν, καὶ ταύτην εἴσῃ παρ' αὐτοῦ μαθῶν, ὅτι Ἐν αὐτῇ διελεύσονται πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ. Καὶ τὰ ὄρη τοῦ χρέσιμα, ἀποκρίνεται σοὶ· Ὅρη τὰ ὕψηλά τοῖς ἐλάφοις. Καὶ διὰ τί αἱ πέτραι, λέγει σοὶ· Πέτρα καταφυγὴ τοῖς χοιρογυλλοῖς καὶ τοῖς λαγωῖς. Διὰ τί τὰ ἀκαρπα δένδρα, μάθε· Ἐκεῖ στρουθία ἐρροσσέσουσιν. Διὰ τί ἐν ἐρήμῳ κτηναί; Ἐπ' αὐτὰ τὰ κτερινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσιν, καὶ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ. Διὰ τί οἶνος; Οὐχ ἵνα πίνῃς μόνον, ἐπεὶ ἔρχεται καὶ ἡ τοῦ ὕδατος φύσις, ἀλλ' ἵνα καὶ εὐφρανθῇς καὶ ἡσθῇς· Οἶνος γὰρ εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου. Τοῦτο δὲ μαθῶν, εἴσῃ καὶ μέχρι τοῦ τῷ οἴνῳ κερηθῆσαι δεῖ. Πόθεν τρέφεται τὰ κτερινὰ, καὶ τὰ ἄγρια θηρία; Ἀκοῦση λέγοντος· Πάντα πρὸς σέ προσδοκῶσι δούναί τὴν τροφήν αὐτοῖς εἰς εὐκαιρον. Κὰν εἴπῃς, Διὰ τί τὰ κτήνη; ἀποκρίνεται σοὶ, ὅτι καὶ ταῦτα διὰ σέ· Ὁ ἐξανατέλλων γὰρ, φησὶ, χορτόν τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων. Τί τῆς σεληνης σοὶ χρεῖα; Ἀκούσον αὐτοῦ λέγοντος· Ἐποίησε σελήνην εἰς καιρούς. Καὶ ὅτι ἐποίησε γενητὰ πάντα τὰ δρώμενα καὶ τὰ μὴ δρώμενα, καὶ τοῦτο σαφῶς ἐδίδαξεν εἰπὼν· Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. Καὶ ὅτι θανάτου λύσις ἔσται, καὶ τοῦτο σε διδάσκει λέγων· Ὁ Θεὸς λυτρώσεται τὴν ψυχὴν μου ἐκ χειρὸς ἔθου, ὅταν λαμβάνῃ με. Πόθεν τὸ σῶμα ἡμῖν γέγονε; καὶ τοῦτο λέγει· Ἐμνήσθη ὅτι χεὺς ἔσμεν. Πού πάλιν ἀπέρχεται; Ἐπιστρέψιν εἰς τὸν χοῦν αὐτοῦ. Διὰ τί ταῦτα [728] πάντα; Διὰ σέ. Δόξη γὰρ καὶ τιμὴ δεσφάνωσας αὐτόν, καὶ καπέστησας αὐτόν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. Εἰ ἔχομέν τι κοινὸν πρὸς τοὺς ἀγγέλους οἱ ἄνθρωποι; Καὶ τοῦτο λέγει ψάλλων οὕτως· Ἠλάττωσας αὐτόν βραχὺ τι παρ' ἀγγέλους. Περὶ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ· Καθὼς οἰκτερεῖ πατὴρ υἱοῦς, φικτεῖρησ Κύριος τοὺς φοβουμένους αὐτόν. Περὶ τῶν μετὰ ταῦτα διαδεδομένων ἡμᾶς, καὶ τῆς ἀταράχου λήξεως ἐκείνης· Ἐπίστρεψον, φησὶ, ψυχὴ μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου. Διὰ τί οὕτω μέγας ὁ οὐρανός; Καὶ τοῦτο εἶπεν, ὅτι Οἱ οὐρανοὶ διηγούνται δόξαν Θεοῦ. Διὰ τί νῦς καὶ ἡμέρα ἐγένετο; Ὅχι ἵνα φαίνωσι καὶ ἀναπαύωσι μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ παιδεύωσιν· Οὐ γὰρ εἰσι λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αἰτῶν. Πῶς ἡ θάλασσα περικείται τῇ γῇ; Ἀβυσσος ὡς ἰμάτιον τὸ περιβόλαιον αὐτῆς· οὕτω γὰρ τὸ Ἑβραϊκὸν ἔχει·

γ'. Ἀπὸ δὲ τῶν εἰρημένων ἀρχὴν λαβόντες καὶ τὰ ἄλλα πάντα εἴσεσθε, τὰ περὶ Χριστοῦ, τὰ περὶ ἀναστάσεως, τὰ περὶ τῆς μελλούσης ζωῆς, τὰ περὶ ἀναπαύσεως, τὰ περὶ κολάσεως, τὰ περὶ τῶν ἠθικῶν λόγων, τὰ περὶ τῶν δογμάτων ἅπαντα, καὶ μυρίων ἀγαθῶν ἐμπλησμένον τὸ βιβλίον εὐρήσετε. Κὰν εἰς πειρασμοὺς ἐμπέσῃς, πολλὴν ἐντεῦθεν λήψῃ παραμυθίαν· κὰν εἰς ἀμαρτήματα, μυρία φάρμακα κείμενα ἐνταῦθα εὐρήσεις· ἂν εἰς πέναν, ἔν εἰς ὀλίφιν, πολλοὺς τοὺς λιμένας βψεῖ· κὰν δίκαιος ἦς, πολλὴν ἀσφάλειαν ἐκεῖθεν καρπώσῃ· κὰν ἀμαρτωλὸς ἦς, πολλὴν τὴν

<sup>a</sup> lidem. τῇ νῆ; καὶ τοῦτο ἐκεῖθεν μαθήσῃ· ἄβυσσος ὡς ἰμάτιον αὐτῆς· οὕτω γὰρ τὸ Ἑβραϊκὸν ἔχει xium inemorai Chrysostrouas pta  
<sup>b</sup> <sup>†</sup>era sic habet: "תרום ופולחן ופרמ'imentum ejus.

<sup>a</sup> Ibidem, καὶ ταύτη τὸ σῶμα οἰκονομεῖται. <sup>b</sup> Uius cod., βουλομένη.

παρὰ μὴ θανόντων. Ἄν τε γὰρ δίκαιος ἦς, καὶ πάσης δεινῆς ἀκούσῃ λέγοντος, ὅτι Ἔνεκεν σοῦ θανάτου μεθὰ ὄλην τὴν ἡμέραν, ἐλογίσθημεν ὡς πρόβουτο σφαγῆς. Ταῦτα πάντα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐπελευθέρωσθέ μου. Κἂν ἐπάρῃ σε τὰ κατορθώματα, ἀκούσῃ λέγοντος· Μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου, ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν· καὶ εὐθέως ταπεινωθήσῃ. Κἂν ἀμαρτωλὸς ἦς, καὶ ἀπαγωγικῶς ἑαυτοῦ, ἀκούσῃ συνεχῶς ἐπιδόντος· Σήμερον ἐστὶν ἡμέρα σωτηρίας σου, καὶ οὐκ ἀποκαταστήσῃς τὴν καρδίαν σου, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ· καὶ ἀναστήσῃ ταχέως. Κἂν διάδημα ἔχῃς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ μέγα φρονῆς, μαθήσῃ ὅτι οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ γῆρας οὐ σωθήσεται ἐν πλῆθει ἰσχύος αὐτοῦ· καὶ δυνήσῃ μετριάσκειν. Ἐὰν πλούσιος ἦς καὶ ἐπίδοξος, πάλιν ἀκούσῃ Ψάλλοντος· Οὐαὶ οἱ πεποιθότες ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῷ πλῆθει τοῦ πλοῦτου αὐτῶν καυχώμενοι· καὶ, ὅτι Ἄνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ, ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως ἐξανθήσεται· καὶ, οὐ συγκρατήσεται ἡ δόξα αὐτοῦ ὅπισω αὐτοῦ· καὶ οὐδὲν ἠγήσῃ μέγα εἶναι τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Τὸ γὰρ πάντων λαμπρότερον, ἡ δόξα καὶ ἡ δυναστεία, ὅταν οὕτως εὐτελής ἦ, τί ἕτερον ἄξιον ἂν εἴη λόγου τῶς ἐπὶ τῆς γῆς; Ἄλλ' ἐν ἀθυμίᾳ κατέστης; Ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος, Ἴνα τί περιλυπὸς εἶ, ἡ ψυχὴ μου, καὶ ἴνα τί συντριβάσσεις με; Ἐλπίσον ἐπὶ [729] τὸν

Θεόν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. Ἄλλ' ὁρᾷ; εὐδοκιμοῦντας παρ' ἄξιαν; εἰπέ, Μὴ παραζήλου ἐν κοιτηρενομένοις, ὅτι ὡσεὶ χόρτος ἐξηρανθήσονται, καὶ ὡσεὶ λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπεσοῦνται. Ὅρξῃ καὶ δικαίους καὶ ἀμαρτωλοὺς κολαζομένους; Ἄκουσον ὅτι οὐχ ἡ αὐτὴ αἰτία· Πολλοὶ γὰρ, φησὶν, αἱ μᾶστιγες τοῦ ἀμαρτωλοῦ. Ἐπὶ δὲ τῶν δικαίων οὐκ εἶπεν, Αἱ μᾶστιγες, ἀλλὰ, Πολλοὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Κύριος· καὶ πάλιν, Θάνατος ἀμαρτωλῶν πενήρος· καὶ, Τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν δίκαιων αὐτοῦ. Ταῦτα λέγε συνεχῶς, ἐντεῦθεν παιδῶν· τούτων γὰρ ἕκαστον τῶν βημάτων πέλαις ἀγανὲς ἔχει νοημάτων. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀπλῶς αὐτὸν παρεδράμομεν· εἰ δὲ βουλευθεῖτε μετὰ ἀκριβεῖς διερευνησασθαι τὰ εἰρημένα, πολλὸν ὄψεσθε τὸν πλοῦτον. Ἀλλὰ τέως καὶ ἐκ τῶν εἰρημίων δυνατὸν καθαίρεσθαι τῶν ἐπικειμένων παθῶν· ὅταν γὰρ μήτι φθονεῖν ἔξ, μήτε λυπεῖσθαι καὶ ἀθυμεῖν ἀκαίρως, μήτε ἠγεῖσθαι τι πλοῦτον μήτε θλίψιν μήτε πενίαν, μηδὲ αὐτὴν τὴν ζωὴν νομίζειν τι εἶναι, πάντων τι ἀπαλλάττει τῶν παθῶν. Ἰπὲρ δὲ τούτων εὐχαριστήσωμεν τῷ Θεῷ, καὶ τὸν θησαυρὸν μεταχειριζώμεθα, Ἴνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλησίσεως τῶν Γραφῶν τὴν ἑλπίδα ἔχωμεν, καὶ τῶν μελλόντων ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν· ὧν γίνονται πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἐξῆς.

#### ΟΜΙΛΙΑ ΚΘ.

Πέπεισμαι δὲ, ἀδελφοί μου, καὶ αὐτὸς ἐγὼ περὶ ὑμῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοὶ ἐστε ἀγαθωσύνης, πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἄλλους νοουθετεῖν.

α'. Εἶπεν, ὅτι Ἐφ' ὅσον ἐμὶ ἐθνῶν ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δοξάζω· εἶπεν, ὅτι Μήπως οὐδὲ σοῦ φεῖσεται· εἶπε, Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς· καὶ πάλιν, Σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; καὶ, Σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἄλλότριον οἰκέτην; καὶ ἕτερα πολλὰ πλείονα τοιαῦτα. Ἐπεὶ οὖν πολλαχοῦ τὸν λόγον τραχύτερον ἐποίησε, θεραπεύει λοιπόν· καὶ ὅπερ ἀρχόμενος ἔλεγε, τοῦτο καὶ τελευτῶν. Ἀρχόμενος μὲν ἔλεγεν· Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ· ἐνταῦθα δὲ, Πέπεισμαι, φησὶν, ὅτι μεστοὶ ἐστε ἀγαθωσύνης, δυνάμενοι καὶ ἄλλους νοουθετεῖν· ὅπερ πλεον ἐστὶν ἐκείνου. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἦκουσα, ἀλλὰ, Πέπεισμαι, καὶ οὐ δέχομαι παρ' ἑτέρου μαθεῖν, ἀλλ' αὐτὸς ἐγὼ, τουτέστιν, ὁ ἐπιτιμιῶν, ὁ ἐγκαλῶν. Καὶ ὅτι μεστοὶ ἐστε ἀγαθωσύνης. Τοῦτο πρὸς τὴν ἐναγχοῦς γενομένην παραίνεσιν· ὡσανεὶ ἔλεγεν, ὅτι Οὐχ ὡς ὡμοῖς οὐδὲ μισαδέλφοις ταῦτα παρήνευσα προσλαμβάνεσθαι, καὶ μὴ ἔξ· μηδὲ καταλύειν τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ· οἶδα γὰρ, ὅτι μεστοὶ ἐστε ἀγαθωσύνης. Δοκεῖ δὲ μοι ἐνταῦθα καὶ ὀλόκληρον τὴν ἀρετὴν οὕτω καλεῖν. [730] Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐχετε, ἀλλὰ, Μεστοὶ ἐστε ἀγαθωσύνης. Καὶ τὸ ἐξῆς μετὰ τῆς αὐτῆς ἐπιτάσεως· Πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως. Τί γὰρ εἰ φιλόστοργοι μὲν ἦσαν, οὐκ ἤδεσαν δὲ πῶς δεῖ τοῖς φιλούμενοις κερῆσθαι; διὰ τοῦτο προσεθήκει, Πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἄλλους νοουθετεῖν· οὐχὶ μόνον μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ διδάσκειν. Τοιμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν ἀπὸ μέρους. Ὅρα Παύλου ταπεινοφροσύνην, ὅρα σοφίαν, πῶς καὶ βαθεῖαν ἔδωκε τὴν τομὴν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, καὶ ἐπιθεὶ κατώρως ἐπερ ἰβούλετο, καλλῆ κέχρη·  
· Morel, καὶ ἔξ, male.

καὶ τῇ θεραπείᾳ πάλιν. Ἰκανὸν γὰρ καὶ χωρὶς τῶν εἰρημίων, αὐτὸ τοῦτο τὸ ὁμολογεῖν τεταλμηκέναι, χαλάσαι αὐτῶν τὸν τόνον. Τοῦτο καὶ Ἑβραῖος ἐπιστέλλων ποιεῖ, λέγων οὕτω· Πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν, ἀγαπητοί, τὰ κρείττονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, εἰ καὶ οὕτω λαλοῦμέν. Καὶ Κορινθίους πάλιν ὁμοίως, Ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς, ὅτι πάντα μου μέμησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις, οὕτω κατέχετε. Καὶ Γαλάταις δὲ ἐπιστέλλων ἔλεγε, Πείσθητε εἰς ὑμᾶς, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε. Καὶ πανταχοῦ δὲ τῶν ἐπιστολῶν τοῦτο εὗροι τις ἂν τὸ θεώρημα δαψιλές· ἐνταῦθα δὲ καὶ μειζῶνως. Καὶ γὰρ ἐν ἀξιωματικῆς ἦσαν πλείονι, καὶ ἔξει φλεγμαίνουσαν τὴν διάνοιαν αὐτῶν καταστέλλειν, μὴ τῷ στόματι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ χαλῶν· καὶ γὰρ διαζέωρος αὐτὸ ποιεῖ. Διὸ καὶ ἐνταῦθα φησι, Τοιμηρότερον ὑμῖν ἔγραψα. Καὶ οὐδὲ τούτω ἀρκεῖται, ἀλλὰ προσεθήκειν, Ἀπὸ μέρους, τουτέστιν ἡρέμα. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἐστὶν, ἀλλὰ τί φησιν; Ὡς ἐπαγαμιμνήσκω ὑμᾶς. Καὶ οὐκ εἶπε, Διδάσκων, οὐδὲ, Ἀναμιμνήσκων, ἀλλ', Ἐπαγαμιμνήσκω, τουτέστι, μικρὸν τι ἀναμιμνήσκων. Ὅρξῃ τὸ τέλος τῷ προοιμίῳ συμβαῖνον; Ὅπερ γὰρ ἐκεῖ ἔλεγεν, ὅτι Ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, οὕτω καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς Ἐπιστολῆς· Ἡ γὰρ ἡμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντα ἀφίκετο. Καὶ ὡπερ ἀρχόμενος ἔλεγεν· Ἐπιποθῶ γὰρ ὑμᾶς ἰδεῖν, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικόν εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς· τοῦτο δὲ ἐστὶν, συμπαρακληθῆναι· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, Ὡς ἐπαγαμιμνήσκω, ἔλεγε. Καὶ ἀπὸ τοῦ θρόνου καταβὰς τοῦ διδασκαλικοῦ, καὶ ἐκεῖ καὶ ἐνταῦθα ὡς ἀδελφοὶς διαλέγεται, καὶ φίλοις καὶ ἡμετέροις· ὁ δὲ μάλιστα ἐστὶ διδασκάλου, διαποικίλλειν τὸν λόγον πρὸς τὴν τῶν ἀκούοντων ὠφέλειαν. Ὅρα γοῦν πῶς εἰπῶν,

· Morel, κατέδωκα τὰς παραδόσεις, omisso ὑμῖν.  
· Uus codex, τὸ ποιηθῆναι.

45. 22. 18). *Hæc omnia venerunt super nos, nec oblitus sumus te.* Si vero facta tui te extollant, dicentem audies : *Ne intres in iudicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens (Psal. 142. 2);* et statim humilis evades. Si peccator sis, et de te ipso desperes, audies frequenter canentem : *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione (Psal. 94. 8: 9);* et statim te eriges. Si diadema in capite gestaveris, et altum sapias, disces : *Non salvatur rex per multam virtutem, et gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ (Psal. 52. 16);* et poteris modeste agere. Si dives sis et gloriosus, rursus audies psallentem : *Væ qui confidunt in virtute sua, et in multitudine divitiarum suarum gloriantur (Psal. 48. 7);* et, *Homo, sicut fœnum dies ejus, tamquam flos campi sic efflorescit (Psal. 102. 15);* et, *Nou descendet post eum gloria ejus (Psal. 48. 18);* nihilque in terra magnam esse putabis. Nam quod omnium splendidissimum est, gloria et potentia, cum tam vile sit, quid aliud in terra existimatione dignum fuerit? An in mœrore versaris? Audi illum dicentem : *Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deum, quoniam confitebor illi (Psal. 41. 12).* Sed quosdam vides præter meritum cele-

bres? Dic : *Noli æmulari in malignantibus, quoniam tamquam fœnum areascent, et quasi olera herbarum cito decident (Psal. 36. 1 et 2).* Viden' justos et injustos plecti? Audi quod non eadem de causa; nam ait : *Multa flagella peccatoris (Psal. 31. 10).* De justis autem non dixit, flagella, sed, *Multæ tribulationes justorum, et de omnibus his liberabit eos Dominus (Psal. 33. 20);* et rursus, *Mors peccatorum pessima;* et, *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus (Psal. 115. 15).* Hæc frequenter dicit, hinc erudiaris : nam singula verba sensuum pelagus immen habent. Nos quidem illa perfunctorie transcurramus : si autem volueritis dicta accuratius examinare, multas videbitis divitias. Sed interim ex dictis instantes pravi actus reprimi poterunt. Cum enim nec invidere permittant, neque dolore et mœrore intempestive affici, neque divitias quidpiam esse putare, nec ærummas nec paupertatem, neque vitam ipsam tanti facere, omnibus te passionibus liberant. Pro his autem omnibus gratias agamus Deo, et thesaurum hunc ita tractemus, *Ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus, et futuris fruamur bonis :* quæ utinam omnes consequamur gratia et benignitate, etc.

#### HOMILIA XXIX.

CAP. 15. v. 14. *Certus sum autem, fratres mei, et ego ipse de vobis, quoniam et ipsi pleni estis bonitate, repleti omni scientia; ita ut possitis alterutrum monere.*

1. Dixerat, *Donc sum gentium apostolus, ministerium meum glorificabo;* dixerat, *Ne forte nec tibi parcat;* dixerat, *Ne sitis prudentes apud vosmetipsos;* et rursus : *Tu vero quid judicas fratrem tuum?* et, *Tu quis es, qui judicas alienum servum (Rom. 11. 13. 21. et 12. 16. et 14. 10. 4)?* et alia longe plura his similia. Quia ergo multis in locis asperiore usus est sermone, iis medetur demum : et quod initio dixerat, in fine repetit. Initio quidem dixerat : *Gratias ago Deo meo pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiat in universo mundo (Id. 1. 8);* hic vero : *Certus sum, inquit, quoniam pleni estis bonitate; ita ut possitis alterutrum monere :* quod magis est quam illud prius. Nec dixit, *Audivi,* sed, *Certus sum,* nec *Opus habeo ab alio discere;* sed, *Ego ipse,* id est, qui increpo, qui accuso. *Quod pleni estis bonitate.* Hoc ad illam admonitionem spectat, quam paulo antefecerat; ac si diceret : non quasi immites ac fratrum osiores vos sic hortatus sum, ut eos suscipiatis, nec dimittatis neque dissolvatis opus Dei : scio enim quod pleni sitis bonitate. Videtur autem mihi hic universam virtutem sic vocare. Et non dixit, *Habetis,* sed, *Pleni estis bonitate.* Et quod sequitur cum eadem emphasi profert, *Repleti omni scientia.* Quid enim si dilexissent quidem, sed nescivissent quo pacto oporteret cum dilectis agere? Propterea adjecit, *Omni scientia; ita ut possitis etiam alios monere;* nec modo discere, sed etiam docere. 15. *Audacius autem scripsi vobis ex parte.* Vide Pauli humilitatem, vide sapien-

tiam, quomodo in præcedentibus profundam infixit plagam, et postquam quod volebat perfecit, multa deinceps utatur medela. Præter ea enim, quæ dicta sunt, sufficiebat quod se asperius audaciusque loquutum fateretur, ut illorum animum mitigaret. Hoc et ad Hebræos scribens facit, ita loquens : *Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora et viciniore salutis : tametsi ita loquimur (Hebr. 6. 9).* Et Corinthiis similiter : *Laudo vos, quia per omnia mei memores estis : et sicut tradidi vobis traditiones, ita tenetis (1. Cor. 11. 2).* Galatis autem scribens dicebat : *Confido in vobis, quod nihil aliud sentiat (Gal. 5. 10).* Et ubique in ipsius epistolis hanc sententiam frequenter videas; hic vero maxime. Nam in majore erant dignitate constituti, opusque erat tumentem illorum animum deprimere, non perstringendo solum, sed etiam remittendo; nam diversa illud ratione facit. Propterea hoc loco dicit, *Audacius vobis scripsi.* Neque hoc satis illi fuit, sed adjecit, *Ex parte,* hoc est, sensim. Neque hic constitit, sed quid ait? *Tamquam in memoriam vobis reducens.* Nec dixit, *Docens,* sed, *In memoriam reducens,* id est, paululum commemorans. Viden' finem cum exordio consentire? Sicut enim illic dicebat : *Fides vestra annuntiat in universo mundo :* sic et in epistolæ fine : *Obedientia vestra ad omnes pervenit.* Et sicut in exordio dicebat : *Desidero enim videre vos, ut aliquam vobis spiritualem gratiam impartiar ad confirmandos vos (Rom. 1. 8. 11);* id est, ad mutuam capiendam consolationem : ita et hoc loco dixit, *Tamquam in memoriam vobis reducens.* De throno namque doctoris hic et illic descendens, tamquam fratres alloquitur, et amicos et æquales : id

Θεῶν. Ὅταν γὰρ ἐνοφοῦς πῶς τὰ ἔθνη εἰσήγαγε καὶ ἀνεκέρασε τοῖς πάσαι κατωρθώσας, πῶς ἀγνωσμένους ἔσωσε, πῶς τῆς γῆς ἀναξίου δυνάτας εἰς οὐρανοὺς ἀνήγαγε, καὶ τῆς παρουσίας ζωῆς ἐκπεπωκότας εἰς τὴν ἀθάνατον ἐκείνην καὶ ἀπόβροχτον εἰσήγαγε, καὶ ὑπὸ δαιμόνων πατούμενους ἀγγέλοις ἐφαιλλοὺς ἐποίησε, καὶ παράδεισον ἠνέψξε, καὶ τὰ παλαιὰ ἅπαντα κακὰ ἔλυσε, καὶ ταῦτα ἐν χρόνῳ βραχεῖ, καὶ δι' ὁδοῦ βραδίας καὶ συντομωτάτης· τότε γνώση τὴν σοφίαν, ὅταν ἦδης, ὃ μήτε ἀγγελοὶ μήτε ἀρχάγγελοι ἤδρασαν, τοῦτο ἐξαίφνης τοὺς ἐξ ἐθνῶν μεμαθηκότας διὰ τοῦ Ἰησοῦ. Δέον οὖν θαυμάζειν αὐτοῦ τὴν σοφίαν, καὶ δοξάζειν αὐτόν· οὐ δὲ περὶ μικρὰ στρέφῃ, τῇ σκιᾷ προσεδρεύοντι· ὅπερ οὐ σφόδρα ἐστὶ δοξάζοντος. Ὁ γὰρ μὴ θαρρῶν αὐτῷ, μηδὲ τῇ πίστει πεποιθῶς, οὐ μαρτυρεῖ τῷ μεγέθει τῶν γενομένων. Ἄλλ' αὐτὸς τὴν ὑπὲρ ἐκείνων δόξαν ἀνήνεγκε, κακείνους εἰς τὸν αὐτὸν ζῆλον ἐνάγων. Ὅταν δὲ ἀκούσης αὐτοῦ λέγοντος, *Μόνω σοφῷ Θεῷ, μὴ πρὸς ἀθέτησιν τοῦ Υἱοῦ νόμιζε τοῦτο λέγεσθαι*. Εἰ [720] γὰρ ἅπαντα ταῦτα, ἀφ' ὧν ἡ σοφία αὐτοῦ δείκνυται, διὰ Χριστοῦ γέγονε, καὶ χωρὶς αὐτοῦ οὐδὲ ἐν γέγονε, εὐδὴλον ὅτι καὶ τὰ τῆς σοφίας ἴσα. Τίνος οὖν ἔνεκεν *Μόνω* εἴρηκε; Πρὸς ἀντιδιαστολήν τῆς κτίσεως ἀπάσης. Ἀποδοὺς τοίνυν τὴν δοξολογίαν, πάλιν ἀπὸ τῆς εὐχῆς ἐπὶ παραίνεσιν χωρεῖ, πρὸς τοὺς ἰσχυροτέρους τρέπων τὸν λόγον, καὶ λέγων οὕτως· *Ὁφείλομεν δὲ ἡμεῖς οἱ δυνατοί. Ὁφείλομεν, οὐ χαρίζομεθα. Τί ὀφείλομεν; Τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν.*

β'. Εἶδες πῶς ἐπῆρεν αὐτοὺς τοῖς ἐγκωμίοις, οὐχὶ τῷ δυνατοῦς μόνον εἶπειν, ἀλλὰ καὶ τῷ μεθ' ἑαυτοῦ τάξαι ἐκείνους; Οὐ ταύτη δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ χρησίμῳ πάλιν αὐτοὺς ἐπισπᾶται, καὶ ἀνεπαχθῶς· οὐ μὲν γὰρ δυνατὸς εἶ, φησὶ, καὶ καταβαίνων οὐδὲν βλέπτῃ· ἐκείνῳ δὲ περὶ τῶν ἐσχάτων ὃ κίνδυνος, ἂν μὴ διαδαστάζῃται. Καὶ οὐκ εἶπε, *Τοὺς ἀσθενεῖς, ἀλλὰ, Τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων*, εἰς ἔλεον αὐτῶν ἐπισπῶμενος καὶ ἐπικαλῶν· ὥς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν, *Ἔμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε εἰς τοιοῦτον*. Δυνατὸς γέγονας; Ἀπόδος τῷ Θεῷ τὴν ἀμοιβὴν τῷ ποιήσαντί σε τοιοῦτον· ἀποδώσεις δὲ, τὴν ἀσθένειαν τοῦ ἀρρώστου διορθούμενος. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀσθενεῖς ἤμεν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς χάριτος ἐγνωμέθα δυνατοί. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐνταῦθα δεῖ μόνον ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλως ἀσθενούντων· οἷον ἂν ἀκρόχολός τις ἦ, ἂν ὕβριστής, ἂν ἄλλο τι ἔχων τοιοῦτον ἰλάττωμα, διαβάσταζε. Πῶς δὲ τοῦτο γένοιτο· ἂν, ἀκουσον τῶν ἐξῆς. Εἰπὼν γὰρ, *Ὁφείλομεν βαστάζειν*, ἐπήγαγε, *Καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἠρέσκειν*. *Ἐκαστος ὑμῶν τῷ πλησίον ἄρσκέτω εἰς τὸ ἀγαθόν, πρὸς οἰκοδομήν*. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτο ἐστὶ· Δυνατὸς εἶ; Ἀσθθενέτω σου πείραν τῆς δυνάμεως ὃ ἀσθενής· ἐκείνος μανθάνετω σου τὴν ἰσχύον, ἐκείνῳ ἄρσκειν. Καὶ οὐκ ἀπλῶς εἶπεν, *Ἄρσκειν*, ἀλλ', *Εἰς τὸ ἀγαθόν*· καὶ οὐδὲ ἀπλῶς εἰς τὸ ἀγαθόν, ἵνα μὴ λέγῃ ὁ τέλειος, Ἰθεὺ γὰρ εἰς τὸ ἀγαθὸν ἔλκει, ἀλλὰ προσέθηκε, *Πρὸς οἰκοδομήν*. Ὅστε κἂν πλουτήσῃ, κἂν ἐν δυναστείᾳ ᾖ, μὴ σαυτῷ, ἀλλὰ τῷ πένητι καὶ τῷ δεομένῳ ἄρσκει· οὕτω γὰρ καὶ θόξῃς ἀπολαύσῃ τῆς ἀληθοῦς, καὶ ὠφέλειαν ἐργάσῃ πολλήν. Ἢ μὲν γὰρ τῶν πνευματικῶν δόξα εὐθέως ἀφίπταται·

ἡ δὲ τῶν πνευματικῶν μένει, ἂν πρὸς οἰκοδομήν τοῦτο ποιῆς. Διὸ παρὰ πάντων τοῦτο ἀπαιτεῖ· οὐ γὰρ ὃ δεῖνα καὶ ὃ δεῖνα, ἀλλ' *Ἐκαστος ὑμῶν*. Εἶτα ἐπειδὴ μέγα ἐπέταξε, καὶ τῆς οἰκειᾶς ἐκέλευσε καθυφείναι τελειότητος εἰς τὴ διορθῶσαι τὴν ἑτέραν ἀσθένειαν, πάλιν τὸν Χριστὸν εἰσάγει μέσον λέγων· *Καὶ γὰρ Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρσκειν*· ὅπερ καὶ αὐτὸς ποιεῖ. Καὶ γὰρ ὅτε περὶ ἐλεημοσύνης ἔλεγεν, αὐτὸν παρήγαγε, λέγων· *Γινώσκετε τὴν χάριν τοῦ Κυρίου, ὅτι δι' ἡμῶν ἐπτώχευσεν πλούσιος ὢν*· καὶ ὅτε εἰς ἀγάπην προὔτρειπεν, ἐκείθεν προὔτρειπεν, εἰπὼν· *Καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς*· καὶ ὅτε περὶ τοῦ φέρειν ἀισχύνην καὶ κινδύνους συνεβούλευεν, ἐπ' αὐτὸν κατέφυγε, [721] λέγων· *Ὅς ἀντὶ τῆς προκλιμένης αὐτῷ χάριτος ὑπέμεινε σταιρόν, ἀισχύνης κατατροπήσας*. Οὕτω καὶ ἐν ταῦθα δείκνυσι καὶ αὐτὸν τοῦτο ποιήσαντα, καὶ ἐν προφήτῃν ἀνωθεν προαναφανήσαντα· διὸ καὶ ἐπήγαγε, *Καθὼς γέγραπται, Οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδίζοντων σε ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ*. Τί δὲ ἐστίν, οὐχ ἑαυτῷ ἤρσκειν; Ἐξῆν αὐτῷ μὴ ὀνειδισθῆναι, ἔφη μὴ παθεῖν ἅπερ ἔπαθεν, εἰ γε ἤθελε τὸ ἑαυτοῦ σκεπτεῖν· ἀλλ' ὁμως οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλὰ τὸ ἑμέτερον σκοπήσας, τὸ ἑαυτοῦ παρεῖδε. Καὶ τίνος ἔνεκεν οὐκ εἶπεν, *Ἐαυτὸν ἐκένωσεν*; Ὅτι οὐ τοῦτο ἐβούλετο δεῖξαι μόνον, ὅτι ἀνθρώπος γέγονεν, ἀλλ' ὅτι καὶ ὑβρίσθη, καὶ πονηρὰν παρὰ πολλοῖς ἔλαβε δόξαν, ἀσθενής εἶναι νομισθεῖς. Εἰ γὰρ *Υἱὸς εἶ*, φησὶ, τοῦ Θεοῦ, *κατάδηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ*· καὶ, *Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι*. Διὸ πράγματος ἐμνημόνευσε χρησιμεύοντος αὐτῷ εἰς τὴν παρῶσαν ὑπόθεσιν, καὶ δείκνυσι πολλῶ πλεον ὃ ἐπηγγέλατο. Οὐ γὰρ τὸν Χριστὸν δείκνυσιν ὀνειδισθέντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν Πατέρα· *Οἱ ὀνειδισμοὶ γὰρ τῶν ὀνειδίζοντων σε ἐπέπεσον*, φησὶν, *ἐπ' ἐμέ*. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐδὲν συνέδη καινῶ, οὐδὲν ξένον. Οἱ γὰρ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς ὀνειδίζουσιν αὐτῷ μελετήσαντες, οὗτοι καὶ κατὰ τοῦ Παιδὸς ἐμάνθησαν. Ταῦτα δὲ ἐγράφη, ἵνα μιμώμεθα. Ἐνταῦθα αὐτοῖς καὶ εἰς πειρασμῶν ὑπομονὴν ἀλείφει λοιπὸν· *Ὅσοι γὰρ προσεγράφη, φησὶν, εἰς διδασκαλίαν ἡμῶν προσεγράφη· ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν Γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν*, τοῦτο ἐστίν, ἵνα μὴ ἐκπέσωμεν. Ποικίλοι γὰρ οἱ ἀγῶνες ἔσωθεν, ἔξωθεν, ἵνα νευρούμενοι καὶ παρακαλούμενοι παρὰ τῶν Γραφῶν, ὑπομονὴν ἐπιδειξώμεθα, ἵνα ἐν ὑπομονῇ ζῶντες, μένωμεν ἐπὶ τῆς ἐλπίδος. Ταῦτα γὰρ ἀλλήλων ἐστὶ κατασκευαστικά, ἡ ὑπομονὴ τῆς ἐλπίδος, ἡ ἐλπίς τῆς ὑπομονῆς· ἅπερ ἀμφοτέρω ἐπὶ τῶν Γραφῶν γίνεται. Εἶτα πάλιν εἰς εὐχὴν περιτρέπει τὸν λόγον, λέγων· *Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως δῶψ ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις, κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν*. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε τὰ παρ' ἑαυτοῦ, καὶ τὰ ὑποδείγματα ἐπήγαγε τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν Γραφῶν προσέθηκε μαρτυρίαν, δείκνυς ὅτι μετὰ τῶν Γραφῶν καὶ αὐτὸς πάλιν δίδωσι τὴν ὑπομονήν. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν, *Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως δῶψ ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις, κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν*. Τοῦτο γὰρ ἐστὶν ἀγάπης ἢ, ὃ περὶ ἑαυτοῦ τις φρονεῖ, τοῦτο καὶ περὶ τοῦ ἄλλου.

• Ἄλλος συνεβούλευσεν. ἔ Ἄλλος ἐστὶν ἀγάπη.



3. Deinde ut ostendat se non simpliciter dilectionem querere, subiungit, *Secundum Christum Jesum* : quod ubique facit, quoniam aliud est dilectionis genus. Et quodnam est concordiae lacrum? 6. *Ut unanimiter*, inquit, *uno ore glorificetis Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi*. Non dixit solum, *Uno ore*, sed et una anima hoc fieri iussit. Viden' quomodo totum corpus coniunxerit, et quomodo rursus sermonem in glorificationem concluderit? Unde potissimum ad consensum et concordiam iuducit. Deinde rursus in eadem adhortatione pergit, dicens : 7. *Propterea, suscipite vos mutuo, sicut et Christus suscepit vos ad gloriam Dei*. Rursus exemplum a supernis ducit, et ineffabile lacrum : nam hoc maxime Deum glorificat, quod hoc consensu nos mutuo muniamus. Itaque etiamsi dolens pro hac re a fratre dissentias, cogitans te si iram dimittas, Dominum tuum glorificare, etiamsi non propter fratrem, propter hoc ipsum reconciliare : imo propter hoc ipsum primo. Nam hoc Christus semper sus deque versat, et Patrem alloquens dicebat : *In hoc cognoscent omnes quod tu me miseris, si fuerint unum* (Joan. 17. 21).

*Dilectio commendatur etiam erga inimicos.*—Obtemperemus igitur, et nos mutuo jungamus. Hic enim non jam infirmos tantum, sed omnes excitat. Et si quis a te discindi cupiat, ne discindaris tu, neque hoc frigidum verbum proferas : Si me dilexerit, diligo ; et si non dilexerit dexter oculus, effodiam illum : nam satanica sunt hæc dicta, et ad gentilium similitates præferunt. Tu vero, qui ad majus institutum vitæ vocatus es, et in caelo descriptus, majoribus es legibus subditus. Ne ista dixeris ; sed cum te ille diligere nolet, tunc majorem illi dilectionem exhibe, ut illum allicias : membrum enim est ; membrum autem cum per necessitatem quampiam a reliquo corpore scinditur, nihil non aginus, ut illud rursus uniamus, et tunc majorem impendimus curam. Etenim major est merces, cum non diligere volentem attraxeris. Si enim ad prandium invitare jubet eos, qui nobis non possunt vicem rependere, ut merces augeatur ; multo magis in dilectione hoc faciendum est. Nam is qui dilectus diligit, mercedem tibi reddidit ; qui vero dilectus non diligit, Deum tibi debitorem constituit : ac præterea cum te diligit, non multa cura opus habet ; cum autem non diligit, tunc tuo opus habet auxilio. Ne igitur curæ ac diligentiae causam reddas ignaviae causam, nec dicas : Quia infirmatur, ideo ipsum negligam ; morbus enim est dilectionis frigiditas ; sed tu sove id quod refrigeratum est. Quid vero, inquires, si non incalescat? Mane semper quæ tua sunt faciens. Quid si magis aversetur? Rursus majorem tibi mercedem conciliat, et tanto magis te ostendit Christi imitatorum. Nam si diligere invicem discipulorum insigne est : *In hoc enim, inquit, cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si diligatis invicem* (Joan. 13. 35) ; cogita quantum sit odientem se diligere. Nam Dominus tuus eos qui se oderant diligebat et hortabatur ; et quanto infirmiores erant, tanto magis illorum gerabat curam, et clamabat dicens : *Non opus habent*

*bene valentes medico, sed qui male habent* (Matth. 9. 12) : et publicanos peccatoresque sua dignabatur mensa ; et quanto majori illum ignominia dedecoravit Judæorum populus, tanto majorem illi honorem et caram exhibuit ; imo multo majorem. Hanc et tu amulare. Neque enim parva res est hoc opus, sed sine quo ne martyr quidem admodum potest placere Deo, quemadmodum Paulus dicit (1. Cor. 15. 5). Ne itaque dicas, Odio habeor, et ideo non diligo : ideo enim magis amare debes. Alioquin autem non potest is, qui diligit, tam cito odio haberi ; sed etiamsi fera quis fuerit, diligentes se diliget : hoc enim, inquit, facium : ethnici et publicani (Matth. 5). Quod si quisque diligentes se diligit, eos qui odio habiti diligunt, quis non dilexerit? Hoc itaque exhibeto, et ne finem facias hoc dicendi, quantumcumque me odio habeas, te diligere non cessabo, et omnem contentionem sedas, et omnem animum emollivisti. Morbus enim hic aut ex inflammatione oritur, aut ex frigiditate : sed utriusque dilectionis vis ex ardore suo mederi solet. Non vides turpes illos amatores, ut alapas, sputa, opprobria et innumera mala patiuntur a mulieribus illis meretricibus? Quid ergo hunc solvet amorem? contumeliam? Nequaquam, imo magis accendunt : etiamsi illæ quæ hæc faciunt, præterquam quod scorta sunt, ex obscuro et vili genere sint ; qui vero hæc patiuntur, claris sæpe possint progenitores numerare, et alia ratione illustres sint : attamen ne hoc quidem illos solvit, nec ab amata avellit.

4. Annon erubescimus, quod non tantam secundum Deum dilectionem exhibere possimus, quantum illa vis diabolici et dæmoniaci amoris? non cogitas hoc maximum esse telum contra diabolum? Non consideras quod malus ille dæmon instet illudque exosum membrum ad se trahat, suumque facere coeuret? tu vero prætercurris, et pugnae præmium prodis? Nam veluti præmium in medio jacet frater : si viceris, coronam accipies ; sin ignave agas, incoronatus discedes. Finem ergo fac satanicum illud dictum proferendi, Si frater meus me oderit, ne videre quidem illum volo. Nihil enim turpius hoc dicto : etiamsi illud generosi esse animi putent multi : at nihil his ignobilius, stultius, immanius. Ideo maxime dolens, quod multi putent ea, quæ ad malitiam pertinent, esse virtutem : ac quod despiciere et contemnere, splendidum et honestum videatur esse. Illic maximus est diaboli laqueus, quod nequitiae bona tribuatur fama : quare difficile est malum hoc deleri. Etenim multos ego audivi gloriantes, quod sibi adversantes non adirent : atqui Dominus tuus in ea re gloriatur. Quoties illum homines conspuerunt? quoties aversati sunt? ille vero non cessat accurrens. Ne igitur dicas, Ne odio habentes adire non possim ; sed dic, Respuentes me respuere nequeo. Hoc dictum est discipuli Christi ; ut illud aliud diaboli ; hoc illustres fecit et claros, aliud vero turpes ac ridiculos. Ideo miramur Moysen, quod ipso Deo dicente, *Dimitte me, et iratus conteram illos* (Exod. 32. 10. 32), non potuerit illos respuere, qui illum sæpe aversati fue-

γ. Εἶτα πάλιν δεικνύς, ὅτι οὐκ ἀπλῶς ἀγάπην ζητεῖ, ἐπήγαγε, *Κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν* · ὁ πανταχοῦ ποιεῖ, ἐπειδὴ ἐστὶ καὶ ἑτέρα ἀγάπη. Καὶ τί τὸ κέρδος τῆς συμφωνίας; *Ἰνα ὁμοθυμαδὸν*, φησὶν, *ἐν ἐνὶ στόματι δοξάζητε τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Οὐκ εἶπεν ἀπλῶς, *Ἐν ἐνὶ στόματι*, ἀλλὰ καὶ μιᾶ ψυχῇ τοῦτο ποιεῖν ἐκέλευσεν. Εἶδες πῶς τὸ σῶμα ἤνωσεν ἅπαν, καὶ πῶς τὸν λόγον κατέκλεισε πάλιν εἰς δοξολογίαν; Ὅθεν καὶ ἐνάγει μάλιστα εἰς ὁμόνοιαν καὶ συμφωνίαν. Εἶτα πάλιν ἐντεῦθεν τῆς αὐτῆς [722] παραίνεσιν ἐχεται λέγων · *Διὸ προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο ὑμᾶς εἰς δόξαν Θεοῦ*. Πάλιν τὸ παράδειγμα ἄνωθεν, καὶ τὸ κέρδος ἄφατον · μάλιστα γὰρ τὸν Θεὸν τοῦτο δοξάζει τὸ συμπεφράχθαι. Ὅστε καὶ ἀλγῶν ὑπὲρ αὐτοῦ διαστασιάζησιν πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ἐνοήσα; ὅτι καταλύσας τὴν ὀργὴν τὸν Δεσπότην σου δοξάζεις, καὶ μὴ διὰ τὸν ἀδελφόν, δι' αὐτὸ γοῦν τοῦτο καταλλάγηθαι · μάλλον δὲ διὰ τοῦτο πρώτων. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς τοῦτο ἄνω καὶ κάτω στρέφει, καὶ τῷ Πατρὶ διαλεγόμενος ἔλεγεν · *Ἐν τούτῳ γινώσκονται πάντες, ὅτι σὶ μὲ ἀπέστειλας, ἕαν ὡσιν ἐν*.

